Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Augustanae confessionis eiusque apologiae tabulis delineatae & resolutae, pars prima : addita est e regione Confessio Ecclesiarum Saxonicarum, et Vuirtembergensium, Synodo Tridentinae oblata : vt harum omnium formularum Christianae, & orthodoxae, vereq(ue) Catholicae doctrinae ... harmonia, atq(ue) concentus, vno quasi intuitu cerni possit

https://hdl.handle.net/1874/402647

# AVGVSTANAE CONFESSIONIS, EIVSQVE APOLOGIÆ

Tabulis delineatæ,

& reſolutæ,

## PARS PRIMA.

ADDITA EST E REGIONE CONFESSIO ECCLESIARVM SAXONICARVM, ET Vuirtembergenſium, Synodo Tridentinæ oblata: vt harum omnium formularum *Chriſtianæ, & orthodoxæ, vereq; Catholicæ doctrinæ (ex illa συζητήσεως, comparatione) harmonia, atq; concentus, vno quaſi intuitu cerni poſſit.*

Concinnata hæc omnia ſunt, opera, & ſtudio VALENTINI ERYTHRÆI Lindauienſis: in gratiam catechumenorum, ac rudium huius ſanæ, piæq; doctrinæ.

Acceſſit confeſſio de Cœna Dominica, eodem Erythræo autore.

*CHRISTVS Matth.* X.
Qui me confeſſus fuerit coràm hominibus: confitebor & ego eum apud Patrem meum cœleſtem.

*PAVLVS Rom.* X.
Corde creditur ad iuſtitiam: ore fit confeſſio ad ſalutem.

*PSALM.* CXIX.
Et loquebar de teſtimonijs tuis, in conſpectu Regum: & non confundebar.

ARGENTORATI EXPRIMEBAT
*CHRISTIANVS MYLIVS.*

M. D. LXV.

# AD LECTORES.

HÆC Confeſsio prorſus ignorantibus Principibus, qui eam Cæſari exhibuerunt, ab auaro aliquo typographo, ante ſemeſtre publicata eſt, & ita excuſa eſt: vt multis in locis appareat, de induſtria, deprauatam eſſe. Cùm autem Principes, nec ſi velint, queant eam nunc è manibus hominum extorquere: & tamen periculum ſit, ne mendæ illæ primæ editionis pariant nouas calumnias: neceſſe fuit recognitam, & emendatam denuò edere. Quia non ſolum ad exiſtimationem Principum, ſed etiam ad religionem pertinet, præſtare, ne ipſorum titulis ſpargantur in vulgus, huius generis mendoſa ſcripta. Quare nunc emittimus probè, & diligenter deſcriptam Confeſsionem, ex exemplari bonæ fidei. Addidimus & Apologiam, quæ etiam Cęſ. Maieſtati oblata eſt. Verebamur enim futurum: vt alibi ederetur non fœlicius, quàm edita eſt Confeſsio. Quanquam autem aduerſarij placari nolint: tamen ſperamus, omnes bonos, ac prudentes viros vbiq; gentium his libellis lectis, intellecturos eſſe: quòd nullum dogma contra autoritatem ſcripturæ ſanctæ, & Catholicæ Eccleſiæ profiteamur: ſed quòd noſtri optimo iure quoſdam abuſus reprehenderint, & præcipuis locis doctrinæ Chriſtianę, qui ad id tempus pernicioſiſsimis opinionib. obruti fuerãt, lumẽ attulerint. De iuſtitia fidei omnia templa, monaſteria, ſcholę, deniq; libri omnes theologorũ recentium antea muti erant. In doctrina pœnitentiæ nuſquam tradebatur certa, & firma conſolatio cõſcientiarum. Nemo docebat peccata remitti per fidem in Chriſtum. Doctrina ſatisfactionum carnificina erat conſcientiarum. Sacramenta impiè prophanata ſunt: poſtquam recepta eſt opinio, quòd ex opere operato iuſtificent. Et hæc opinio doctrinam fidei prorſus oppreſsit, & multiplicem idolatriam peperit. Traditiones humanæ plus quàm Labyrinthi erant, quia partim Iudaicis, ac ſuperſtitioſis, partim tyrannicis interpretationibus, in infinitũ auctæ fuerant. Poſtea relaxatio traditionum collata fuit ad quæſtum. Hæc vitia noſtri reprehenderunt: non vt Eccleſiaſticam politiam diſſoluerent: ſed vt gloriam Chriſti illuſtrarent: vt Euãgelium natiuę puritati reſtituerent: vt piis conſcientijs conſulerent. Neq; nunc poſſunt deſerere patrocinium veritatis, cum Chriſtus dicat: Omnis qui confitebitur me coràm hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã patre meo, qui in cœlis eſt. Nunc igitur rogamus omnes bonos viros: ne de nobis tantũ ex aduerſariorum ſcriptis, aut clamoribus iudicium faciant, qui miris technis, & calumnijs veritatem obruere conantur: ſed quod æquiſsimum eſt, audiant nos quoq;: & cauſam totam cognoſcant, quæ cùm ad gloriam Dei, ad religionem, & ad ſalutem animarum pertineat, nemini debet eſſe ignota.

# PRAEFATIO AD CÆSAREM, CAROLVM QVINTVM.

INVICTISSIME IMPERATOR, CÆſar Auguſte, Domine clementiſsime. Cum Veſt. C. M. indixerit conuentum Imperij Auguſtæ, vt deliberetur de auxilijs contra Turcam atrociſsimum, hæreditarium, atque veterẽ Chriſtiani nominis, ac religionis hoſtem: quomodo illius ſcilicet furori, & conatibus, durabili, & perpetuo belli apparatu reſiſti poſsit. Deinde & de diſſenſionibus in cauſa noſtræ ſanctæ religionis, & Chriſtianæ fidei: & vt in hac cauſa religionis partium opiniones, ac ſententiæ inter ſeſe, in charitate, lenitate, & manſuetudine mutua audiantur coràm, intelligantur, & ponderentur: vt illis, quæ vtrinq; in ſcripturis ſecus tractata, aut intellecta ſunt, ſepoſitis, & correctis, res illæ ad vnam ſimplicem veritatem, & Chriſtianam concordiam componantur, & reducantur: vt de cætero, à nobis vna, ſincera, & vera religio colatur, & ſeruetur: vt quemadmodum ſub vno Chriſto ſumus, & militamus: ita in vna etiam Eccleſia Chriſtiana, in vnitate, & concordia, viuere poſsimus.

Cumq; nos infrà ſcripti Elector, & Principes, cum alijs, qui nobis coniuncti ſunt, perinde vt alij Electores, & Principes, & Status ad præfata Comitia conuocati ſimus: vt Cæſareo mandato obedienter obſequeremur: maturè venimus Auguſtam: &, quod citra iactantiam dictum volumus, inter primos affuimus.

Cum igitur V. C. M. Electoribus, Principibus, & alijs Statibus Imperij, etiam hîc Auguſtæ ſub ipſa initia horum comitiorum inter cætera proponi curauerit, quòd ſinguli Status Imperij, vigore Cæſarei Edicti, ſuam opinionem & ſententiam in Germanica, & Latina lingua proponere debeant, atq; offerre: Et, habita deliberatione, proxima feria quarta, rurſum reſponſum eſt V. C. M. nos proxima feria ſexta Articulos noſtræ confeſsionis pro noſtra parte oblaturos eſſe: Ideo vt V. M. voluntati obſequamur, offerimus in hac religionis cauſa noſtrorum Concionatorum, & noſtram confeſsionem: cuiuſmodi doctrinam ex ſcripturis ſanctis, & puro verbo Dei, hactenus illi in noſtris terris, ducatibus, ditionibus, & vrbibus tradiderint, ac in Eccleſijs tractauerint. Quòd ſi & cæteri Electores, Principes, ac Status Imperij ſimilibus ſcriptis, Latinis ſcilicet, & Germanicis, iuxta prædictam Cęſaream propoſitionem, ſuas opiniones in hac cauſa Religionis produxerint, hîc nos coram V. C. M. tanquam domino noſtro clementiſs. paratos offerimus, nos cum præfatis Principibus, & amicis noſtris, de tolerabilibus modis, ac vijs amicè conferre: vt quantum honeſtè fieri poteſt, cõueniamus, & re inter nos, partes, citra odioſam contentionem, pacificè agitata, Deo dante, diſſenſio dirimatur, & ad vnam veram concordem religionem reducatur. Sicut omnes ſub vno Chriſto ſumus, & militamus, & vnum Chriſtum cõfiteri debemus, iuxta tenorem edicti V. C. M. & omnia ad veritatem Dei perducantur: id quod ardentiſsimis votis à Deo petimus.

Si autem, quod ad cæteros Electores, Principes, & Status, vt partem alteram attinet, hæc tractatio cauſæ Religionis, eo modo, quo V. C. M. agen-

 dam,

dam, & tractandam ſapienter duxit, ſcilicet cum tali mutua præſentatione ſcriptorum, ac ſedata collatione inter nos non proceſſerit, nec aliquo fructu facta fuerit, nos quidem teſtatum clarè relinquimus, hîc nihil nos, quod ad Chriſtianam concordiam (quæ cum Deo, & bona conſcientia fieri poſsit) conciliandam conducere queat, vllo modo detrectare. Quemadmodum & V. C. M. deinde & cæteri Electores, & Status Imperij, & omnes, quicunque ſyncero religionis amore, ac ſtudio tenentur: quicunque hanc cauſam æquo animo audituri ſunt, ex hac noſtra, & noſtrorum confeſsione, hoc clementer cognoſcere, & intelligere dignabuntur.

Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus, & reliquis Statibus Imperij non vna vice, ſed ſæpe clementer ſignificauerit, & in Comitijs Spirenſibus, quæ anno Domini, &c. XXVI. habita ſunt, ex data, & præſcripta forma veſtræ Cæſareæ inſtructionis, & commiſsionis recitari, & publicè prælegi fecerit, Veſtram M. in hoc negocio religionis ex cauſis certis, quæ V. M. nomine allegatæ ſunt, non velle quicquam determinare, nec concludere poſſe: ſed apud Pontificem Romanum pro officio V. C. M. diligenter daturam operam de congregando concilio generali; quemadmodum idem latius expoſitum eſt ante annum in publico proximo conuentu, qui Spiræ cōgregatus fuit, vbi V. C. M. per dominū Ferdinandum, Boemię, & Vngarię Regem, amicū, & Dominum clementē noſtrum. Deinde per oratorem, & comiſſarios Cæſareos hęc inter cætera proponi fecit, quod V. C. M. intellexiſſet & expēdiſſet Locū tenentis V. C. M. in Imperio, & pręſidētis, & Conſiliariorū in Regimine, & Legatorum ab alijs Statibus, qui Ratiſponę cōuenerant: deliberationem de Concilio cōgregando. Et quod iudicaret etiā V. C. M. vtile eſſe, vt cōgregaretur Concilium: Et quia cauſę, q̃ tum tractabantur inter V. C. M. & Rom. Pontificē, vicinę eſſent concordię, & Chriſtianę recōciliationi, non dubitare V. C. M. quin Rom. Pontifex adduci poſſet ad habendū generale Conciliū: ideo ſignificabat V. C. M. ſe operā daturam, vt prę̄fatus Pont. Maximus vnà cum V. C. M. tale generale Cōcilium, primo quoque tempore emiſsis literis publicandum congregare conſentiret.

In euentum ergo talem, quod in cauſa religionis, diſſenſiones inter nos, & partes amicè, & in Charitate non fuerint compoſitę: tunc coràm V. C. M. & hîc in omni obedientia nos offerimus, ex ſuperabundanti comparituros, & cauſam dicturos in tali generali, libero, & Chriſtiano Concilio, de quo congregando in omnibus Comitijs Imperialibus, quæ quidem annis Imperij V. C. M. habita ſunt per Electores, Principes, & reliquos Status Imperij, ſemper concorditer actum, & congruentibus ſuffragijs concluſum eſt. Ad cuius etiam generalis concilij conuentum, ſimul & ad V. C. M. in hac longè maxima, & grauiſsima cauſa, iam antè etiam debito modo, & in forma iuris prouocauimus, & appellauimus. Cui appellationi ad V. C. M. ſimul & concilium adhæremus, neque eam per hunc, vel alium tractatum (niſi cauſa inter nos, & partes, iuxta tenorem Cęſareæ proximæ Citationis amicè in charitate compoſita, ſedata, & ad Chriſtianam concordiam reducta fuerit) deſerere intendimus, aut poſſumus.

De quo hîc etiam ſolenniter, & publicè proteſtamur.

# IN CONFESSIONEM DOCTRINÆ Saxonicarum Eccleſiarum, Synodo Tridentinæ oblatā, Anno Domini M. D. L I.

NOS, quorum nomina adſcripta ſunt, qui nunc in Eccleſijs, & Academijs, quarum infrà fit mentio, docemus: adfirmamus in hoc ſcripto, quòd dextrè, & non calumnioſe intelligi volumus, recitatam eſſe doctrinam communem, quæ ſonat in Eccleſijs, & Academijs, in quibus Euangelium Docemus: & ſentimus, verè hanc eſſe puram, & incorruptam doctrinam Domini noſtri IESV Chriſti, congruentem cum ſcriptis Propheticis, & Apoſtolicis, & Symbolis, ac neceſſariam Eccleſijs. Et oramus Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, crucifixum pro nobis, & reſuſcitatum: vt has Eccleſias clementer regat, ac protegat.

Offerimus etiam nos ad declarationem in ſingulis Articulis.

Hęc ſcripta ſunt Anno 1551. die decima Iulij, in oppido Vitæbergę, vbi vicinarum Eccleſiarum paſtores conuenerunt.

Ioannes Bugenhagius Pomeranus, Paſtor Eccleſiæ Vitæbergenſis, & ſuperintendens in Electoratu Saxoniæ.
D. Ioannes Pfeffingerus, Eccleſiæ Lipſenſis paſtor, & ſuperintendens.
Eraſmus Sarcerius, paſtor Lipſenſis.
D. Volfgangus Pfentnerus, Annęmontanę Eccleſię paſtor, & ſuperintendens.
Gaſpar Zeunerus, Fribergenſis Eccleſiæ paſtor, & ſuperintendens.
Daniel Greſſerus, Dresdenſis Eccleſiæ paſtor, & ſuperintendens.
D. Alexander Aleſius, facultatis Lipſenſis in Theologia Decanus.
D. Bernhardus Ziglerus, Lipſenſis Academiæ profeſſor.
D. Nicolaus Herco, Eccleſiæ Lipſenſis miniſter, & profeſſor Theologiæ.
D. Georgius Zelerus, profeſſor Theologiæ.
D. Ioannes Menzelius, Lipſenſis.
D. Georgius Forſterus, profeſſor Theologiæ in inclyta Academia Vitæbergenſi.
D. Georgius Maior, Profeſſor Theologiæ.
D. Paulus Eberus, profeſſor Artium. D. Philippus Melanthon.
D. Ioachimus Camerarius, artium profeſſor in Academia Lipſenſi.
Nicolaus Picus, Chemnicenſis Eccleſiæ paſtor, & ſuperintendens.
Georgius Hala, Cignenſis Eccleſiæ paſtor, & ſuperintendens.
Ioannes Schreyer Eccleſiæ Grimmenſis paſtor, & ſuperintendens.
Auguſtinus Himmelius, Eccleſiæ Aldenburgenſis paſtor, & ſuperintendens.
Iacobus Vuigandus, Eccleſiæ Vueiſſenfeldenſis paſtor, & ſuperintendens.
Ioannes Bucherus, eccleſiæ Oſchizenſis paſtor, & ſuperintendens.
Ioannes Rutilius, Eccleſiæ Salzenſis, paſtor, & ſuperintendens.
Ioannes Vueilenderus, Eccleſiæ Eckersbergenſis paſtor, & ſuperintendens.
Iacobus Klapius, Eccleſiæ Hanenſis paſtor, & ſuperintendens.
Martinus Vuolfius, Eccleſiæ Choldicenſis paſtor, & ſuperintendens.
Valentinus Braun, Eccleſiæ Dobelnenſis paſtor, & ſuperintendens.
Georgius Mohr, Eccleſiæ Torgenſis paſtor, & ſuperintendens.
Sebaſtianus Froſchelius, Diaconus Eccleſiæ Vitæbergenſis.
Lucas Hezerus, Diaconus Vitæbergenſis.

## PRÆFATIO.

NEceſſe eſt, interrogatos recitare doctrinam. præſertim cùm accuſantur Eccleſiæ, quòd vel errore falſa dogmata ſparſerint, aut receperint: vel petulantia moueant ſeditiones, & à communi ſenſu temerè diſcedant, propter ambitionem, odia, auaritiam, cupiditatē vindictæ, aut alios prauos affectus. Itaq; & nos iuſsi, verè, & bona fide iterum recitabimus doctrinam in Eccleſijs noſtris ſonantem: quam etſi alij magis, alij minus eruditè, aut perſpicuè tradunt: tamen ſine diſcordia in fundamento omnes paſtores in Eccleſijs noſtris amplectuntur.

# PRÆFATIO.

Quanquam autem ſcimus, periculoſum eſſe veritatis confeſsionem : tamen propter multas honeſtas cauſas, eam non grauatim repetimus. Primùm, quia cùm multa falſa crimina apud Reges, & apud exteras nationes in nos conferantur, & odia contra nos varijs calumnijs accenſa ſint: hæc commemoratio mendacia illa refutabit, & aliquorum iracundiam leniet. Deinde, ſæpius repetere veram doctrinæ explicationem, Deo gratum eſt: & aliqui cognitis fontibus, ad ueritatem inuitantur. Neceſſe eſt nos etiam ad poſteros relinquere publica teſtimonia digna fide, oppoſita falſis criminationibus, ne poſteritas de nobis ſecus iudicet: & vt aliqui his noſtris teſtimonijs commonefacti, veritatem inquirant, & in veris ſententijs confirmentur.

Speramus etiam, eos qui conſiderabunt hiſtoriæ ſeriem, & initia horum certaminum intellecturos eſſe; nos nec errore, nec ylla praua cupiditate hanc doctrinam amplexos eſſe, & tueri.

Nullum maius ſcelus eſt, quàm agnitę veritati aduerſari. Sicut ſcriptum eſt: Blaſphemia ſpiritus non remittetur.

Nos igitur, cùm audiuiſſemus perſpicuam veritatem de rebus neceſſarijs, de pœnitentia, de fide accipiente remiſsionem peccatorum, de lege, de gratia, de vera inuocatione, de diſcrimine verorum, & falſorũ cultuum, de vſu ſacramentorum, & alijs neceſſarijs doctrinę partibus: adſentiri, & Deo gratias agere, ꝑ hoc im̃enſo beneficio oportuit, quòd reddita Euangelij luce, plures ad ſe conuertit. Cùm enim ſcriptum ſit, Pater ſanctifica eos in veritate tua, Sermo tuus eſt veritas: Eccleſia colligitur non falſis opinionibus, & ſuperſtitionibus, ſed incorrupta Euangelij voce. Itaqꝫ ſic conſtabit genus doctrinæ, quod amplexi ſumus, verum & neceſſarium eſſe Eccleſiæ, non ſophiſticum, non ſeditioſum: non exiſtimemur aut errore lapſi, aut curioſitate, aut odio diſciplinæ, ac leuitate, & licentiæ dulcedine, aut alijs prauis cupiditatibus impulſi: vt nouis opinionibus adplauderemus. Initium autem his diſputationibus prębuit contẽtio de indulgentijs: quas cùm monachus Tecelius in his regionibus venales circumferret, & in earum præconijs multa tetra mendacia ſcurrili impudentia ſpargeret: officij ratio pios doctores cogebat, hos furores reprimere. Edidit igitur D. Lutherus propoſitiones piè, & modeſtè ſcriptas, ad erudiendas, & commonefaciendas Eccleſias de tota doctrina pœnitentiæ. Hic pugnare Tecelius incœpit, non ſolum clamoſis concionibus, & ſuorum ſatellitum ſcriptis, ſed etiam fulminibus condemnationum, & excommunicationum.

Ac citò ex Germania Romam perlata eſt fama horum certaminum, & duos ſtatim belli ſocios habuit Tecelius Romæ, Magiſtrum Palatij, & in Germania, Eccium: qui Leonis bullam Roma attulit. Lutherus, quia veritatis defenſionem abijcere nõ potuit, & tot modis irritabatur: edidit Defenſiones copioſe ſcriptas: in quibus vt cauſarum magnitudo, & varietas poſcebat, de multis partibus doctrinæ Eccleſiaſticę dici neceſſe fuit.

Cùm igitur multi errores, & abuſus in Eccleſia multis iam ſeculis hæreant, quos multi docti, & pij etiam ante hæc tempora, & deplorarunt, & taxauerunt: fieri non potuit, quin hi errores, & abuſus reprehenderentur, cum de fontibus harum controuerſiarum dicendum eſſet. Quanquam autem & fuerunt, & ſunt, & erunt diſsimilia hominum iudicia: tamen res oſtendit, Deum voluiſſe depulſis tenebris apud multos reſtituere miniſterium Euangelij, & veram inuocationem, & hac repurgatione doctrinæ paſsim ſibi æternam Eccleſiam colligere. Nec verò dici poteſt, nullos fuiſſe, aut eſſe errores in doctrina, & traditionibus aduerſariorum.

Maximè neceſſarium eſt, in Eccleſia extare doctrinam de pœnitentia, & de fide accipiente remiſsionem peccatorum incorruptam, & perſpicuam. Manifeſtum eſt autem, de hac præcipua parte doctrinæ Eccleſiaſticę multos pernicioſos errores, & labyrinthos tradi, & confirmari ab aduerſarijs. Extant enim libri, qui inde vſqꝫ à trecentis annis in multorum manibus ſunt. Quanta contumelia eſt aduerſus Filium Dei, quòd dicunt, homines mereri remiſsionem peccatorum proprijs operibus, & iuſtos eſſe impletione legis? Deinde cumulant errores, cùm nemo ſciat, quando ſatis habeat operum: iubent homines perpetuò dubitare, an habeant remiſsionem peccatorum, & an placeant Deo. Hic de mediatore Filio Dei, & de fide accipiente gratuitam remiſsionem peccatorum, & vincente dubitationem, ſilentium eſt in aduerſariorum ſcriptis. Hi errores prorſus ethnica ſomnia ſunt, & complectuntur aliud magnum chaos errorum.

Fingunt

# PRÆFATIO.

Fingunt, deprauationem in humana natura, quę nominatur mala concupiſcentia, nõ eſſe peccatum: id eſt, non eſſe malum pugnans cũ lege Dei. Fingunt, obedientiam, quæ præſtari poteſt in hac vita, eſſe impletionem legis, & hominem hac impletione legis coram Deo iuſtum eſſe. Poſtea in doctrina pœnitentiæ finxerunt inextricabilia delyramenta: oportere contritionem ſufficientem eſſe, & hanc mereri gratiam.

De confeſsione, flagitant enumerationem ſingulorum delictorum: quæ eſt carnificina conſcientiarum, impediens fidem, & inuocationem.

Nomen ſatisfactionum non intellectum, falſò tranſtulerunt ad compenſationes pro peccatis: & finxerunt, opera non debita cultus Dei eſſe, & compenſationes.

Poſtea res ad quæſtum tranſlata eſt. Excogitatæ ſunt indulgentiæ, ne ab ipſis quidẽ intellectæ, qui venales circumferebant. Et hæ præſtigiæ obſcurabant doctrinam de Filio Dei, de vera conuerſione, de fide, de inuocatione, de veris cultibus.

Erat ignota tota hæc conſolatio, neceſſaria omnibus, quomodo conuerſus ad Deum fiat iuſtus, & placeat Deo: qua de re, in ſcriptis monachorum, leguntur tantum Phariſaicę opiniones: nec oſtenditur diſcrimen iuſticiæ fidei, & diſciplinæ.

Præterea in multis regionibus aut ſilent conciones ferè toto anno: aut ſi quæ fiunt, plenæ ſunt vanitatis. Non enim continent doctrinam de beneficijs Filij Dei: ſed indocti recitant fabuloſas hiſtorias de Sanctis: aut ſuperſtitioſas nænias traditionum: & doctiores oſtentant philoſophiam; nunc vtriq́ue, docti, & indocti, tantum conuiciantur Lutheranis, & damnant incognita.

Præterea, intueantur oculi ea, quę fiunt in ipſorum templis. Omnia plena ſunt inuocatione hominum mortuorum. In multis locis adhuc proſtrati ad ſtatuas, inuocant alij alia numina, & alijs de cauſis. Ab Anna petuntur diuitiæ, vt à Iunone: à Georgio victoriæ, vt à Marte, deniq́ue ab alijs alia. Hi furores manifeſtè contumelioſi ſunt aduerſus Deum. Quantũ manifeſtæ turpitudinis oritur ex lege de cœlibatu? Quàm multi homines in ſeculis, alioqui amantes virtutem, polluti ſunt horrendis peccatis: propter hoc vinculum, qui tandem deſperatione, & æternis pœnis oppreſsi ſunt?

Vita monaſtica plena eſt falſarum opinionum, & ſuperſtitionum: & multæ bonæ mentes pereunt ibi, ignorantes Euangelium: & implicitæ laqueis ſtultarum, & impiarum traditionum. Ita & in reliqua Eccleſia, multæ falſæ opiniones de humanis traditionibus à monachis, & antea ſparſæ ſunt: quæ fidem, & inuocationem, & veros cultus a-tos à Deo mandatos obſcurauerunt. In templis etiam palàm cernitur multiplex prophanatio cœnę Domini, quam ſumma reuerẽtia adminiſtrari oportuit. Legunt Miſſas, & offerunt, vt loquuntur, plurimi ſacrificuli, ignorantes quid agant. Tantum conſuetudini obtemperant, aut ſeruiunt ventri. Alij ſuperſtitioſi, qui plus cogitant de hoc ſuo opere, fingunt ſe opus facere toti Eccleſiæ neceſſarium: quod mereatur facienti, & alijs remiſsionem peccatorum. Poſtea fit aucupium maximi quæſtus: fiunt ſacrificia pro mortuis. Et templa magis occupata ſunt funerum ceremonijs, quàm voce concionum, aut exercitijs viuentium. Nec populus rectè docetur apud aduerſarios, de vſu ſacramenti: quia docent monachi, ſumentes ex opere operato, vt loquuntur, accipere remiſsionem peccatorum. Et vna pars ſacramenti populo adimitur: altera pars etiam extra vſum inſtitutum, circumfertur, & adoratur, contra rationem ſacramenti: & additæ ſunt falſæ opiniones multæ. Nihil dicunt hi de iuſtitia fidei, & de vero vſu ſacramentorum: quæ non ſunt merita, ſed teſtimonia confirmantia fidem, vt ſuo loco dicemus.

Hos morbos in Eccleſia ſi quis aut diſsimulare, aut excuſare vult, facit iniuſtè: & inter eos eſt, de quibus dicitur: Væ vobis qui dicitis malum bonum, &c. Sunt enim publicę nota omnibus, non faſcinatis tetra hypocriſi.

Diximus pauca de erroribus doctrinæ, & cultuum. Iam Epiſcoporum aulæ aſpiciantur: vbi non de communibus aularum vitijs, & miſerijs querimur: quales ſunt in omnibus etiam paruis familijs: ſed de neglectione præcipui officij. Ordinatio miniſtrorũ, inſpectio Eccleſiarum, gubernatio ſtudiorum doctrinæ, cura diſciplinæ: hæ ſummæ res initiò commendatæ fuerunt Epiſcopis, quas ferè vbiq́ue ab eis negligi manifeſtum eſt. Ita tenebræ, idola, diſciplinæ laxatio peruaſerunt in Eccleſiam, Epiſcopis negligentibus ſui muneris officia. Nunc magis negligunt, quàm antea: & addunt tyrannidem aduerſus homines innocentes, vt idola, & impias leges ſtabiliant.

Eſt

# PRÆFATIO.

Eſt & omnibus doctis nota vanitas Conſtitutionum, & opinionum: quæ tribuunt Romano Epiſcopo, etiam authoritatem regiam; qua opinione inflati Pontifices, ſæpe magna bella accenderunt.

Non igitur nobis obijci poteſt: nos falſò queri de Eccleſiaſtica gubernatione: & ſeditioſè aduerſari gubernatoribus, ſine iuſtis cauſis: ac nos potius ſerere nouas, ac pernicioſas opiniones. Multi enim tetri errores, & multi abuſus adeò manifeſti ſunt: vt facilimè agnoſci, & iudicari ab omnibus communi ſenſu præditis poſsint. In talibus cum regulæ ſeruandæ ſint, Non habebis Deos alienos: item, Blaſphemia ſpiritus non remittitur: item, Si quis aliud Euangelium docet, anathema ſit: neceſſe eſt nos diſſentire ab ijs, qui mendacia, & idola ſtabiliunt, & ſonare noſtram confeſsionem: qua in re, & intra iuſtas metas manſimus. Fideliter vniuerſam doctrinam Eccleſiæ, inquiſitis fontibus, tradidimus, & tantum docendo eam propagauimus. Non fuimus tubæ ſeditionum: imò ſcriptis Lutheri magis illuſtrata, & ornata eſt politica poteſtas, quàm vllis ſcriptis aliorum poſt Apoſtolos. Vt autem antea in multis ſcriptis, ſine vlla ambiguitate, ſimpliciter recitauimus doctrinam, & ceremonias Eccleſtarum noſtrarum: ita & nunc eandē commemorationem, ſine ambiguitate, & ſine corruptelis, exhibemus. in qua ſatis conſpicient omnes verè iudicantes hoc tempore, & ad poſteros, nos fideliter retinere conſenſum Eccleſiæ catholicæ Domini noſtri IESV Chriſti, & illuſtrare doctrinam neceſſariam, ad agnitionem Filij Dei, & ad ſalutem hominum: & non mouere curioſas, aut inutiles quæſtiones. Et offerimus nos ad piam declarationem, in quacunq; parte flagitabitur.

## PRÆFATIO ILLVSTRISS. PRINCIPIS, AC DOMINI, D. CHRISTOPHORI, DVCIS VVIRTEMBERGENSIS, THECENSIS, COMITIS IN MONTBELGARD, &c.

CVM agnoſcamus, nos diuina clementia ad gubernaculum noſtræ Regionis, ac Reipublicæ vocatos: nihil prius hactenus duximus: quàm vt coràm Deo Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vniuerſa eius Eccleſia, ſtudium noſtrum in excitanda, & propaganda verè pia doctrina, quibuſcunq; poſſemus officijs, teſtificaremur.

Etſi enim non ignoramus, ſuum eſſe diſcrimen inter Politicam, & Eccleſiaſticam functionem: tamē cum Pſalmus nos grauiſsimè hortetur: Nunc Reges, inquiens, intelligite, erudimini, qui iudicatis terrā, ſeruite DOMINO in timore, & tremore: non debuimus cœleſtem vocem contemnere: ſed omnem conatum, & operam noſtram, ad iuuandam veram Eccleſiam Filij Dei, pro virili noſtra, conferre.

Alij, alias quidem rationes inire ſolent, quibus cogitant, ſe Filio Dei, & Eccleſiæ eius, ſtudium ſuum probare.

Nos autem iudicauimus, ad veram Eccleſiæ ſalutem, aut conſtituendam, aut conſeruandam, nihil eſſe nec vtilius, nec Deo acceptius, quàm vt miniſterium cœleſtis, ac verè piæ doctrinæ, officijs tum publicis, tum priuatis, iuuetur.

Et quia propter immenſam clementiam Dei, quam fecit nobis in Ieſu Chriſto, Filio ſuo teſtatiſsimā, non dubitamus: quin nos, vt vera membra ſua complectatur: debuimus ei viciſsim hoc obſequium, vt, quoquo modo poſſemus, beneuolentiam noſtram erga ſponſam eius Eccleſiam, qua nihil ei eſt in his terris aut amabilius, aut precioſius, declararemus.

Iuſsit nos alius Pſalmus, portas noſtras aperire Regi gloriæ. Exiſtimauimus autem, portas tanto Regi verè tum patere: cum cœleſti doctrinæ eius in Eccleſijs locus conceditur.

Sed cum inciderunt variæ de doctrina Eccleſiaſtica diſſenſiones, & viſum eſt Inuictiſsimo Domino Imperatori Carolo, eius nominis Quinto, domino noſtro clementiſsimo, ac reliquis ſtatibus ſacri Romani Imperij, ſi quid habemus, quod vel ad publicam Eccleſiæ pacem, vel ad priuatam conſcientiæ tranquillitatem, pertinere videatur, commemorare: Iuſsimus concionatores noſtros ſummam doctrinæ ipſorum conſcribere, vt palàm teſtarentur, in noſtris Eccleſijs, non niſi verè apoſtolicæ, Catholicę, & Orthodoxæ doctrinæ, locum datum eſſe.

Voluimus igitur, vt hoc ſcriptum Concionatorum noſtrorum publicè proponeretur, & ſperamus futurum, vt vniuerſa Eccleſia piorum reipſa videat, nihil à noſtris Eccleſijs alienius eſſe, quàm vt in ijs quicquam, quod cum ſcriptis Propheticis, & Apoſtolicis, ac conſenſu verè Catholicæ Eccleſiæ pugnet, vel in doctrina prædicandum, vel in ritibus ſacrorum adminiſtrandum, ſuſceptum fuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ Η ΑΡΘΡΑ ΤΗΣ ΥΓΙΑΙΝΟΥΣΗΣ, ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΟΥ πίστεως ἐξαίρετα. 1.

# ARTICVLI CHRISTIANÆ FIDEI PRÆCIPVI.

## Primus, De VNITATE ESSENTIÆ DIVINÆ, ET DE TRIBVS PERSONIS.

### Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus, in Symbolo, quod ſcriptum eſſe creditur, circa annum Domini 333.

| | |
|---|---|
| Ὅστις βούληται σωθῆναι: πρὸ πάντων χρὴ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν ἣν εἰ μὴ εἷς ἕκαστος σώαν, καὶ ἀμώμητον τηρήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. | *Quicunq; vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem: quam, niſi quis integram, inuiolatamque ſeruauerit: abſq; dubio, in æternum peribit.* |
| Πίστις δὲ ἡ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν: ἵνα ἕνα θεὸν ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι σεβώμεθα. | *Fides autem catholica hæc eſt: vt* VNVM DEVM *in* TRINITATE, *& Trinitatem in vnitate veneremur.* |
| Μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν μερίζοντες. | *Neq; confundentes Perſonas: neq; ſubſtantiam ſeparantes.* |
| Ἄλλη γάρ ἐστιν ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, ἄλλη τοῦ υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος. | *Alia enim eſt perſona Patris: alia Filij: alia Spiritus Sancti.* |
| Ἀλλὰ καὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἴση ἡ δόξα, συναΐδιος ἡ μεγαλειότης. | *Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna eſt diuinitas: æqualis gloria: coæterna maieſtas.* |

*ECCLEſiæ magno conſenſu apud nos, ὁμοφρονοῦσαι αἱ παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαι,*

- *I. DOCENT, τῇ διδασκαλίᾳ, Decretum* NICENAE *Synodi, χωρὶς παντὸς δισταγμοῦ, ſine vlla dubitatione, credendum eſſe,* DE
  - *VNITATE ES*SENTIAE DIVINAE, *περὶ ἑνότητος τῆς θείας οὐσίας.*
  - *TRIBVS PERSONIS. Et nomine Perſonæ, τῆς ὑποστάσεως, ἢ προσώπου, vtūtur ea ſignificatione, σημασίᾳ: qua vſi ſunt in hac cauſa Scriptores Eccleſiaſtici: vt ſignificet, non partem, aut qualitatem in alio: μὴ μέρος, ἢ ποιότητα ἐν ἄλλῳ ὑποκειμένην: ſed quod propriè ſubſiſtit, τὸ ἰδιάζον, καὶ ἰδίως ὑφιστάμενον.*
  - *Videlicet, quòd*
    - *Etſi* VNA *Eſſentia Diuina ſit, μία θεία οὐσία, quæ & appellatur, & eſt Deus*
      - *Æternus, ἀΐδιος.*
      - *Incorporeus, ἀσώματος.*
      - *Impartibilis, ἀμέριστος.*
      - *Immenſa, ἀμετρήτῳ.*
        - *Potentia, δυνάμει.*
        - *Sapientia, σοφίᾳ.*
        - *Bonitate, ἀγαθότητι.*
      - *Creator* / *Conſeruator*
        - *Rerum omnium, viſibilium, & inuiſibilium, κτίστης, καὶ διασώζων πάντων, τῶν ὁρατῶν, καὶ ἀοράτων.*
    - TRES *ſunt tamē* PERSONAE, *eiusdem eſſentiæ, & coæternæ, ὑποστάσεις τρεῖς, ὁμοούσιοι, ὁμοδυνάμοι, καὶ συναΐδιοι:*
      - *PATER, ὁ Πατήρ.*
      - *FILIVS, ὁ Υἱός.*
      - *SPIRITVS Sanctus, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.*
- *II. DAMNANT, καταδικάζουσι, κατ' ἀντίθεσιν, τῷ ἀναθεματισμῷ, omnes hæreſes, contra hūc articulum exortas. vt hæreticos*
  - *Manichæos: qui duo principia ponebant:*
    - *Bonum.*
    - *Malum.*
  - *Valentinianos.*
  - *Arianos.*
  - *Eunomianos.*
  - *Machometiſtas, & omnes horum ſimiles.*
  - *Samoſatenos veteres, & neotericos: qui, cum tantum vnam perſonam eſſe contendant:* de Verbo, & Spiritu Sancto: *aſtutè, & impiè rhetoricantur: quòd non ſint Perſonæ diſtinctæ: ſed quòd Verbum, ſignificet verbum vocale, τὸν κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν λόγον: & Spiritus, motum, in rebus creatum, κίνησιν τινὰ ἐν τοῖς οὖσι κεκτισμένην.*

APOLOGIA Confeſsionis, huius Articuli.

PRIMVM ARTICVLVM confeſsionis noſtræ, probant Aduerſarij. In quo exponimus, nos CREDERE, & DOCERE, quòd ſit VNA ESSENTIA DIVINA, indiuidua, &c̃. & tamen TRES ſint diſtinctæ PERSONAE: PATER, FILIVS, & SPIRITVS SANCTVS.

Hunc Articulum ſemper docuimus, & defendimus.

Et ſentimus, eum habere certa, & firma teſtimonia in SCRIPTVRIS ſanctis, quę labefactari nõ queant.

Αναθεματισμός.

Et conſtanter affirmamus, aliter ſentientes, extra Eccleſiam CHRISTI, & Idolatras eſſe, & Deum contumelia afficere.

CONFESSIO DOCTRINÆ ECCLESIARVM

Saxonicarum.

ESSENTIA diuina eſt VNICA: æternus PATER, coæternus FILIVS, imago Patris, & coæternus SPIRITVS Sanctus, à Patre & Filio procedens. Immenſæ ſapientiæ, potentiæ, bonitatis: verax, iuſta, benefica, caſta, liberrima. Sicut ipſe deſcribit ſeſe in LEGE ſua. qui condidit angelos, & homines: vt ſuam lucem, ſapientiam, & bonitatẽ in omni æternitate eis cõmunicaret: & eſſent templa Dei, in quibus Deus habitaret, vt eſſet Deus omnia in omnibus.

Vuirtembergenſium.

*DE DEO, ET TRIBVS IN* vna Diuinitate Perſonis.

CREDIMVS, & confitemur, VNVM, ſolum, verum, æternum, immenſum eſſe DEVM, omnipotentem, creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium: & in hac VNA, & æterna Diuinitate, TRES eſſe per ſe ſubſiſtentes proprietates, ſeu perſonas, PATREM, FILIVM, & SPIRITVM SANCTVM. Sicut docet Prophetica, & Apoſtolica ſcriptura, & explicant tria Symbola: Apoſtolicum, Nicenũ, & Athanaſij.

*ἡ θεότης, ἡ μονὰς, vnitas eſſentiæ diuinæ.*

*De hac fides, & confeßio.*

*ἡ ἁγία τριὰς, ſancta Trinitas.*

*Confirmatio, et explicatio, per teſtimonia.*

*DE FILIO DEI.*

Credimus, & confitemur, FILIVM Dei, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, ab æterno à Patre ſuo genitum, verum, & æternum Deum, Patri ſuo conſubſtantialem: & in plenitudine temporis FACTVM HOMINEM, ad expianda peccata, & procurandam æternã ſalutem humani generis. VT IESVS CHRISTVS verus Deus, & verus homo, ſit VNA tantũ Perſona, non duæ: & in vna Perſona ſint DVÆ naturæ, non vna tantum. Sicut teſtimonijs ſacræ ſcripturæ expoſuerunt S. Patres in Concilio Nicęno, Epheſino primo, & Chalcidonenſi. Itaq; deteſtamur omnem hęreſin, cum hac doctrina de FILIO DEI pugnantem.

*Ἐξομολόγησις τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, fidei in Chriſtum confeßio.*

*Teſtimonia ſcripturæ, Patrum, & Conciliorum.*

Αναθεματισμός.

*DE SPIRITV SANCTO.*

Credimus, & confitemur, Spiritum Sanctum ab æterno procedere â Deo Patre, & Filio: & eſſe eiusdem cum Patre, & Filio ESSENTIÆ, maieſtatis, & gloriæ, verum, ac æternum DEVM. Sicut autoritate ſcripturæ rectè explicauerũt Sancti Patres, in Concilio Conſtantinopolitano, aduerſus Macedonium.

*ἡ τῆς πίστεως ἐξομολόγησις, Fidei in Spiritum ſanctum cõfeßio.*

*Confirmatio per teſtimonia Scripturæ, Patrum, & Conciliorum.*

# DE TRINITATE, ex Athanaſio.

QVALIS (οἷος) Pater: talis Filius: talis (τοιοῦτος) Spiritus Sanctus.

I. Ἄκτιστος, Non creatus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

II. Ἀκατάληπτος, Immenſus.

Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus Sanctus.

III. Αἰώνιος, Æternus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.
Et tamen non TRES æterni: ſed VNVS æternus. Sicut non tres increati, ἄκτιστοι: nec tres immenſi, ἀκατάληπτοι: Sed vnus increatus, & vnus immenſus.

IIII. Παντοδύναμος, Omnipotens.

Similiter omnipotens Pater: omnipotens Filius: omnipotens Spiritus Sanctus.
Et tamen non TRES omnipotentes: Sed VNVS omnipotens.

V. Θεός, Deus.

Ita Deus Pater: Deus Filius: Deus Spiritus Sanctus.
Et tamen non TRES Dij: ſed VNVS eſt Deus.

VI. Κύριος, Dominus.

Ita Dominus Pater: Dominus Filius: Dominus Spiritus Sanctus.
Et tamen non TRES Domini: ſed VNVS eſt Dominus.

QVIA, ſicut ſigillatim, vnamquamque perſonam DEVM, aut Dominum confiteri, christiana veritate compellimur; ita TRES Deos, aut Dominos, dicere: catholica religione, prohibemur.

## DISTINCTIO TRIVM PERSONARVM.

### PATER.

PATER à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus: ἀπ' οὐδενός ἐστιν ποιητὸς, οὔτε μὴν κτιστὸς, οὐδὲ γεννητός.

### FILIVS.

FILIVS à Patre ſolo eſt, non factus, non creatus, ſed genitus: ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου ἐστὶν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός.

### SPIRITVS SANCTVS.

SPIRITVS SANCTVS, à Patre, & Filio, nec factus, nec creatus: ſed procedens, ἐκπορευτός. VNVS ergo Pater, non tres Patres: VNVS Filius, non tres Filij: VNVS Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

### COMMVNE TRIBVS PERSONIS.

Et in hac Trinitate, nihil prius, aut poſterius: nihil maius, aut minus. Sed totæ TRES perſonæ (σῶαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις) coæternæ ſibi ſunt, συναΐδιαί ἐστιν ἑαυταῖς, & coæquales, ἴσαι. Ita, vt per omnia (ſicut iam ſupra dictum eſt) & Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate veneranda ſit. ὥστε κατὰ πάντα, καὶ τὴν μονάδα ἐν τριάδι σέβεσθαι δεῖ, καὶ τὴν τριάδα ἐν μονάδι.

QVI vult ergo ſaluus eſſe: ita de TRINITATE ſentiat.

*Hæc S. Athanaſius de Chriſti Diuinitate, contra Arianos.*

# DE DOCTRINA, EX CONfeſsione Saxonicarum Eccleſiarum.

CVm certiſsimum ſit, Deum ſibi in genere humano, propter Filium, & per eum, colligere æternam Eccleſiam, voce doctrinę, quæ ſcripta eſt in libris Prophetarum, & Apoſtolorum: adfirmamus clarè, coràm Deo, & vniuerſa Eccleſia, in cœlo, & in terra: nos, vera fide, amplecti omnia ſcripta Prophetarum, & Apoſtolorum: & quidem in hac ipſa natiua ſententia, quæ expreſsa eſt in Symbolis, Apoſtolico, Nicęno, et Athanaſiano. Et hęc ipſa ſymbola, et eorum natiuam ſententiam, ſine corruptelis ſemper conſtanter amplexi ſumus: & Deo iuuante, perpetuò amplectemur. Et in hac fide, verũ Deum, qui ſe patefecit in Eccleſia ſua, miſso Filio, & additis illuſtribus teſtimonijs, inuocamus, cum omnibus ſanctis in cœlo, & in terra. Et extant noſtræ enarrationes in Symbola, compræhendentes totum doctrinæ corpus, & fundamentum: quæ oſtendunt, hanc noſtram aſseuerationem veriſsimam eſſe.

*DEVS voce ſui verbi colligit ſibi Eccleſiam.*

*Quid ſit ἡ γραφὴ, ſcriptura.*

*Quomodo ea amplectenda ſit.*

*Eiusdem διάνοια, ſententia.*

*Fide vera Deus inuocandus eſt.*

Damnamus etiam conſtantiſsimè omnes furores: qui pugnant cum Symbolis: vt ſunt Ethnicorum, Iudęorum, Mahomætiſtarum, Marcionis, Manichæorũ, Samoſateni, Arij, Pneumatomachorum, portentoſæ opiniones, & aliæ, condemnatæ veris Eccleſiæ iudicijs.

*Αναθεματισμός.*

Cum autem controuerſiæ, quæ exortæ ſunt, præcipuè pertineant ad duos Articulos Symboli: videlicet ad articulum, Credo remiſsionem peccatorum. Item: Credo Eccleſiam ſanctam catholicam: oſtendemus harum controuerſiarum fontes, quibus conſideratis, intelligi poterit, noſtras declarationes ipſam Euangelij vocem eſſe, & ab aduerſarijs corruptelas in Eccleſia ſparſas eſſe.

*Controuerſiarum exortarũ ad duos Symboli articulos accomodatio.*

# 6. De vnitate Eſſentiæ Diuinæ, & de tribus Perſonis.

## QVID SIT DEVS.

DEVS eſt eſſentia ſpiritualis, intelligẽs, æterna, alia à creaturis omnibus, verax, bona, iuſta, caſta, miſericors, benefica, liberrima, immenſæ ſapientiæ, & potentiæ, iraſcens peccatis, PATER æternus, qui FILIVM, imaginem ſuam ab æterno genuit: & FILIVS, imago Patris coæterna: & SPIRITVS SANCTVS, procedens à Patre, & Filio, ſicut patefacta eſt Diuinitas, certo verbo, & teſtimonijs diuinis: quòd Pater æternus, cum Filio, & Spiritu Sancto, condiderit, & conſeruet cœlum, & terram, & omnes creaturas, & adſit omnibus creaturis, quô ad ſui conſeruationem: & colligat ſibi in genere humano Eccleſiam, propter Filiũ, & per eum, & ſit iudex iuſtorum, & iniuſtorum.

## QVID SIT PERSONA.

PERSONA, ὑπόστασις, ἢ πρόσωπον, eſt ſubſiſtens viuum, indiuiduum, intelligens, incommunicabile, non ſuſtentatum ab alio: Græcè ὑφιστάμενον. ESSENTIA, οὐσία, verò, nominatur: quod reuera eſt, etiamſi eſt communicatum. Hoc diſcrimen inter οὐσίαν, & ὑφισταμένους tenendum eſt. Sunt autem tres Perſonæ Diuinitatis, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ὁμοούσιοι: non plures, nec pauciores, quia ſic ſe Diuinitas patefecit.

## QVOMODO DISCERNANTVR.

PATER æternus, eſt prima perſona Diuinitatis, non nata: nec aliunde procedens: ſed quæ ab æterno genuit Filium, imaginem ſuam: & à qua procedit Spiritus ſanctus: & quæ cum Filio, & Spiritu ſancto omnes alias res creauit, & earum ſubſtantias conſeruat.

FILIVS æternus, ὁ Λόγος ἀΐδιος, eſt ſecunda perſona diuinitatis: quæ eſt ſubſtantialis, & integra imago æterni Patris, quam Pater, ſeſe intuens, & conſiderans, ab æterno gignit, quæ nobis quidem ſic manifeſtatur, quòd ſit Perſona, per quam Pater dicit decretum, & totum ordinem creationis, & reparationis hominum: & mittitur, vt patefaciat Euangelium, & aſſumat naturam humanam, & ſit Mediator, redemptor, iuſtificator, & SALVATOR. Nominatur enim ΛΟΓΟΣ, cùm quia cogitatione naſcitur: tum quia eſt perſona, proferens Euangelium, ex ſinu æterni Patris, et conſeruans miniſterium Euangelij: & eſt efficax in his, qui credunt Euangelio: cuius voce dicit conſolationem in cordibus eorum, & viuificat eos, & oſtendens Patrem, & effundens Spiritum ſanctum in corda eorum. Hęc perſona aſſumpſit humanum naturam in MARIA virgine matre. Talis eſt autem aſſumptio: vt huic perſonę ſoli, hæc maſſa humanę naturæ aſſumpta, ſit vnita ἑνώσει ὑποστατικῇ, vnione perſonali, id eſt, vt ſit vnum ὑφιστάμενον, Λόγος ſuſtentans hanc maſſam, & ipſa maſſa humanę naturæ. Non enim conuerſa eſt vna natura in aliam: ſed perſonæ τῷ Λόγῳ, vnita eſt maſſa naturæ humanę aſſumpta. Et ſicut hæc perſona ὁ Λόγος, æterna eſt: ita poſtea impoſſibile eſt: hanc maſſam Λόγῳ inſertam non ſimul manere: vnde verè Damaſcenus: naturam, inquit, humanam, quâ ſemel aſſumpſit Λόγος, nunquam deſerit.

SPIRITVS SANCTVS eſt tertia Perſona Diuinitatis, procedens à Patre, & Filio: & eſt ſubſtantialis amor, & lętitia coæterna, inter Patrẽ, & Filium. Et nobis ſic manifeſtata eſt: quòd mittatur in corda credentiũ: vt tales motus, amorem, & lęticiam acquieſcentẽ in Deo, in eis accendat, qualis eſt ipſe. Ac vocabulũ τοῦ πνεύματος, ſignificat agitationem, ſeu agitatorem. Nã hęc perſona ſic nobis eſt patefacta: quòd ſit velut flamã, immediatè tales motus accendens in corde, qualis ipſe eſt.

## QVID DIFFERANT, creare, gignere, naſci, & procedere.

CREARE, eſt ex nihilo aliud facere. Sicut Deus, cœlum, & terram, Angelos, & totã hanc mundi machinam, dicendo fecit ex nihilo, non ex aliqua æterna materia pręcedente.

GIGNERE, eſt alium de ſua eſſentia generare.

NASCI eſt à potentia cognoſcente. Quia genitum, eſt imago gignentis.

PROCEDERE autem eſt à voluntate; quia Spiritus ſanctus eſt Motor, ſeu agitator.

# SECVNDVS ARTICVLVS, DE PECCATO ORIGINIS, QVOD

*A GRÆCIS* ΤΟ᾿ ΤΗ͂Σ ΦΥ΄ΣΕΩΣ ΝΟΣΕΡΟ᾿Ν, ΚΑῚ ἀκάθαρτον, ἢ τὸ ἔμφυτον φαῦλον, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μοχθηρὸν *nominatur.*

Peccatum originale, eſt reatus, propter Adæ lapſum, & propter priuationem lucis Diuinæ, & firmæ agnitionis Dei, in mentibus hominum, & propter auerſionem voluntatis à Deo, & propter contumaciam cordis: quæ mala ſecuta ſunt lapſum Adæ, in natura hominum, & ſunt inimicitiæ aduerſus Deum, & damnata à Deo.

IVSTITIA originalis, ſignificat & acceptationem, & rectitudinem, quæ fuit ante lapſum: videlicet, lucem, & firmã agnitionem Dei, in mente hominis: & congruentiã voluntatis, & cordis, cum Deo: qui in hominibus, velut in templo ſuo, habitaſſet: & ſuam ſapientiam, iuſtitiam, & lætitiam eis communicaſſet: ſi non eſſent lapſi.

# Secundus Articulus de Peccato originis, quod eſt ΤΟ῾ ΤΗ͂Σ ἈΝΘΡΩΠΙ΄ΝΗΣ

**Item,**

- *DOcet, quòd*
  - *Homo ſit initio à Deo conditus*
    - *Iuſtus.*
    - *Sapiens.*
    - *Libero arbitrio præditus.*
    - *Spiritu Sancto ornatus.*
    - *Felix.*
    - *Iuſtitia enim originis, ἡ ἀρχῆθεν δικαιοσύνη, eſt: proprijs viribus poſſe diligere Deum ſuper omnia: facere præcepta Dei. Cum tantum humana natura virium habuerit: vt per ſeſe potuerit diligere Deum ſuper omnia, & præcepta Dei facere.*
  - *Poſtea, propter lapſum, & inobedientiam Adæ, μετὰ τὸ τοῦ πρωτοπλάσου Ἀδὰμ παράπτωμα*
    - *PRIMI parentes amiſerint Iuſtitiam illam originalē, & rei ſint facti iræ Dei, & mortis æternæ.*
    - *OMNES homines, ſecūdum naturā (naturali modo) ſo natürlich geboren werden / naſcantur cum peccato, hoc eſt, naſcentes habeant peccatū originis. Hic diſcendum eſt*
      - *1. Quid ſit peccatum originis, quod ſic vocant Sancti patres, & omnes orthodoxi, & piè eruditi in Eccleſia: videlicet, reatus, quo naſcentes, propter Adæ lapſum, rei ſunt iræ Dei, & mortis æternæ: & ipſa παραφθορὰ, corruptio humanæ naturæ propagata ab Adam. quæ complectitur*
        - *DEFECTVS iuſtitiæ, ſeu integritatis, & obedientiæ originalis, στέρησιν, ἢ τὸ ὑστέρημα τῆς ἀρχῆθεν δικαιοσύνης, καὶ ὁλοκληρίας, ἢ ὑπακοῆς. Eſtq́ horribilis cæcitas, et inobedientia, Scil. carere illa*
          - *Luce, & notitia Dei, quæ fuerat futura in natura integra.*
          - *Rectitudine, hoc eſt,*
            - *Perpetua obedientia.*
            - *Dilectione Dei*
              - *Vera.*
              - *Pura.*
              - *Sūma.*
            - *Similibus donis integræ naturæ.*
        - *Concupiſcentiā, ἐπιθυμίαν, καὶ ἀταξίαν: per quam non tantum actus, ſeu fructus intelligimus: ſed perpetuam naturæ inclinationē. quæ eſt, vt etiā aduerſarij in ſcholis fatentur, materiale peccati originalis.*
        - *Ac docent, quod hic morbus, ſeu vitium originis, verè ſit peccatum, damnans, & afferens nunc quoq́ æternam mortē his, qui non renaſcuntur per Baptiſmum, & Spiritum Sanctum. Quare defectus illi & concupiſcentia, ſunt res damnata, & ſua natura morte digna.*
      - *2. Quales ſint poſt lapſum primorum parentū omnes homines: qui huic peccato, & morbo ſunt obnoxij. Eorum enim natura corrupta, & vitioſa naſcitur, hoc eſt,*
        - *Sine*
          - *Metu Dei, χωρὶς φόβου τοῦ θεοῦ.*
          - *Fiducia erga Deū, χωρὶς πεποιθήσεως τῆς ἐπὶ τὸν αὐτόν.*
        - *Cum concupiſcentia, quam habent ita nati.* denn ſie in ſünden empfangen / vnnd geboren werden / das iſt / voller luſt / vnd neygung ſind.
        - *Hæc enim peccatum originis complectitur. adimitur prognatis ſecundum carnalem naturam non ſolū actus, ſed etiam potentia, ſeu dona efficiendi verum timorē, et fiduciā Dei.*
- *DAMnant τῷ καταχρίματι.*
  - *Pelagianos.*
  - *Alios, vt Papiſtas, & iſtorum ſimiles.*
  - *Qui*
    1. *Vitium originis, τὴν ἐκ γενέσεως μοχθηρίαν, καὶ φαυλότητα negant eſſe, vel eſſe peccatum.*
    2. *Sentiunt defectus illos, ſeu concupiſcētiam, eſſe res indifferentes, ſeu pœnas tantū: nec eſſe res ſua natura damnatas.*
    3. *Somniant, hominem legi Dei ſatisfacere poſſe: & propter hanc propriam obedientiam, coràm Deo, iuſtum pronunciari. Nam vt extenuent gloriam meriti, & beneficiorum Chriſti: diſputant, hominem proprijs viribus rationis, coràm Deo iuſtificari poſſe.*
    4. *Negant, manere poſt baptiſmum, &c.*

# CONFESSIO ECCLESIARVM

## Saxonicarum.

### DE PECCATO ORIGINIS.

[illegible] nos de hoc [illegible] retinere con[ſenſum] Eccleſię omni[um] [tem]porum Catho[licæ].

DE peccato originis, perſpicuè etiam confirmamus: nos retinere conſenſum veræ Eccleſiæ Dei, inde vſq; à primis Patribus, Prophetis, Apoſtolis, & ab Apoſtolorum diſcipulis, vſq; ad Auguſtinum, & deinceps traditum: & expreſſè damnamus Pelagium, & omnes qui ſimilia delyramenta Pelagianorum in Eccleſiam ſparſerunt.

[Ἀναθ]εματισμὸς [fulm]inans.

[Δ]ιδασκαλία, [de] peccato origi[nis] [illegible] a noſtris.

Ac dicimus: omnes homines poſt lapſum primorum parentum, qui naſcuntur ex commixtione maris, & fœminæ, naſcentes, ſecum adferre peccatum originis. ſicut Paulus inquit: Rom. V. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & Epheſ. 2. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.

[De]finitio eius vſitata.

[Ex]plicatio huius de[fin]itionis a contra[rio], [illegible] a definitio[ne] [iuſt]itiæ originalis.

Nec nobis diſplicet definitio vſitata, dextrè intellecta: Peccatum originis, eſt carentia iuſtitiæ originalis, debitæ ineſſe. quia iuſtitia originalis, non tantum fuit acceptatio generis humani coram Deo: ſed etiam in ipſa natura hominum, lux in mente: qua firmiter aſſentiri verbo Dei poterat: & conuerſio voluntatis, ad Deum: & obedientia cordis, congruens cum iudicio legis Dei, quæ menti inſita erat. Ac fuiſſet homo templum Dei, vt antea dictum eſt.

[Con]firmatio a Pauli [teſti]monio.

[H]omo nouus, imago, [&] templum Dei.

Hæc omnia complexam eſſe iuſtitiam originis, poteſt ex hoc dicto intelligi: homo conditus eſt ad imaginē & ſimilitudinem Dei: quod interpretatur Paulus, inquiens: Induite nouum hominem: qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate vera. Vbi certè intelligit ſanctitatem veram, omnes virtutes fulgentes in natura noſtra, diuinitus: non arte adſcitas, aut diſciplina comparatas. vt nunc vmbræ virtutum qualeſcunq; ſunt in hominibus aſcitæ. Cum autem conſideratur, quid ſignificet iuſtitia originalis, deinde minus obſcura eſt oppoſita priuatio.

[Pl]enior deſcriptio [pe]ccati originis.

Eſt igitur peccatum originis, & propter lapſum primorum parentum, & propter hanc deprauationem, quæ lapſum ſecuta eſt, naſcentes, reos eſſe iræ Dei, & dignos æterna damnatione: niſi fiat remiſſio, propter Mediatorem. Et hæc deprauatio eſt, carere iam luce Dei: quæ in nobis fulſiſſet: & eſt auerſio voluntatis noſtræ à Deo, & contumacia cordis, repugnans legi mentis, vt Paulus loquitur: & hominem non eſſe templum Dei, ſed miſeram maſſam, ſine Deo, & ſine iuſtitia.

[Ant]itheſis falſæ do[ctr]inæ.

Hos defectus, & hanc totam deprauationem, dicimus eſſe peccatum, non tantum pœnam peccati, & rem indifferentem: ſicut multi Sententiarij dicunt, hæc mala, tantū pœnam eſſe, & rem indifferentem, & nō peccatum: & extenuāt malum originis: & fingunt poſtea homines, poſſe legi Dei ſatisfacere, & propria legis impletione, iuſtos eſſe.

[Pec]catum toto, quod [de]prauatio, & con[cu]piſcentia.

[Di]ſcriminatio.

Vitandæ ſunt in Eccleſia ambiguitates: ideo expreſſe nominamus hæc mala, deprauationem, quæ ſæpè ab antiquis Scriptoribus nominatur mala concupiſcentia.

Diſcernimus autem appetitiones in natura conditas, à confuſione ordinis, quæ poſt lapſum acceſſit. Sicut Ierem: 17. dicitur: Prauum eſt cor hominis. Et Paulus inquit: Senſus carnis inimicitia eſt, aduerſus Deum. Hanc malam concupiſcentiam dicimus eſſe peccatum: & adfirmamus hanc totam doctrinam de peccato, ſicut in Eccleſijs noſtris proponitur, & declaratur, perpetuum eſſe veræ Eccleſiæ Dei conſenſum.

## Vuirtembergenſiū.

### DE PECCATO.

CRedimus, & confitemur, hominem initiò, ſapientem, libero arbitrio præditum, Spiritu Sancto ornatum, ac felicem à Deo conditum eſſe: poſtea autem, propter inobedientiam, Spiritu ſancto priuatum, factum mancipium Sathanæ, & obnoxium tam corporali, quàm æternæ damnationi. Idq; malum non in vno tantum Adamo conſtitiſſe: ſed propagari in omnem poſteritatem eius. Quòd autem nonnulli affirmant, homini poſt lapſum, tantam animi integritatem relictam: vt poſſit ſeſe naturalibus ſuis viribus, & bonis operibus, ad fidem, & inuocationem Dei conuertere, ac præparare: haud obſcurè pugnat cum Apoſtolica doctrina, & cum vero Catholicæ Eccleſiæ conſenſu.

Iuſtitia originalis.

Peccati originis ortus, & initium.

Antitheſis falſæ doctrinæ Papiſtarum.

Teſtimonia.

AdRoman: V.

Per vnius delictum, propagatum eſt malum, in omnes homines, ad condemnationem.

Ad Epheſ: II.

1. Scripturæ.

Cum eſſetis mortui delictis, & peccatis, in quibus aliquando ambulaſtis, iuxta ſeculum mūdi huius, iuxta principem, &c. Et mox: Eramus natura filij iræ, quemadmodum & cæteri, Mortui, inquit, peccatis, et filij iræ, hoc eſt, alieni à gratia Dei. Sicut autem homo corporaliter mortuus, non poteſt ſeſe ſuis viribus præparare, aut conuertere, ad accipiendam vitam corporalem: ita mortuus ſpiritualiter, non poteſt ſe ſuæ virtute conuertere, ad accipiendam vitam ſpiritualem.

Simile.

2. Patrum.

Auguſtinus tom. 7. cont. duas epiſt: Pel: ad Bonifacium, lib. 2. cap. 8.

Auguſtini.

Domiuus, vt reſponderet futuro Pelagio, non ait: Sine me Difficile poteſtis quicquam facere: ſed ait: Sne me Nihil poteſtis facere. Et, vt reſponderet futuris etiam iſtis, in eadem ipſa Euangelica ſententia: non ait, Sine me nihil poteſtis perficere. Nam ſi perficere dixiſſet: poſſent iſti dicere: non ad incipiendum bonū, quod à nobis eſt, ſed ad perficiendum, eſſe Dei adiutorium neceſſarium. Et mox:

Hominis eſt pręparare cor, & a Domino reſponſio linguæ. Non bene intelligendo falluntur, ut exiſtiment, cor præparare, hoc eſt, bonum inchoare, ſine adiutorio gratię Dei, ad hominem pertinere. Abſit, ut ſic intelligant filij promiſsionis, tanquam cum audierint, Dominum dicentem, Sine me nihil poteſtis facere, quaſi conuincant eum, dicentes, Ecce, ſine te poſſumus cor præparare. Aut, cum audierint ab Apoſtolo Paulo, Non quia idonei ſumus cogitare aliquid, quaſi ex nobiſmet ipſis, ſed ſufficientia noſtra, ex Deo eſt, tanquam ipſum conuincant, dicentes, Ecce idonei ſumus, ex nobis ipſis, præparare cor, ac per hoc, & boni aliquid cogitare.

Et iterum tom. 9. in. Ioan. tract. 49.

Nemo ſe palpet, de ſuo Satanas eſt, de Dei beatus eſt. Quid eſt enim de ſuo, niſi de peccato ſuo? Tolle peccatū, quod eſt tuum. Iuſtitia inquit, de meo eſt. Quid enim habes, quod non accepiſti?

Ambroſius de vocatione Gentium, Lib. 1. cap. 9.

Licet inſit homini, Malum uelle, tamen, niſi donatum, non habet, bonum uelle. Illud contraxit natura, per culpam, hoc recipit natura, per gratiam.

Ambroſij.

Bernhardus, in homilia 1. de annunciat: Beatæ Mariæ.

Si ſtare non potuit humana natura, adhuc integra: quantò minus potuit, per ſeipſam reſurgere, iam corrupta?

Bernhardi.

# DE DISCRIMINE PECCATORVM, Confeſs. Eccleſ. Saxon.

*Eſſe peccatorum diſcrimẽ.*

CVm dictum ſit: in renatis manere peccata: neceſſe eſt, tradi diſcrimen.
Nam ex dicto Lucæ 11. Vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus, nequio-

*A teſtimonio Chriſti.*

res ſe, & ingreſsi habitant ibi, &c̃. & ex ſimilibus dictis, manifeſtum eſt, ali-
quos renatos contriſtare, & EXCVTERE Spiritum Sanctũ: & rurſus abijci

*Vnum genus mortale, & regnans.*

à Deo, ac fieri reos iræ Dei, & æternarum pœnarum. Et Ezech. 33. ſcriptũ
eſt: cum receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua: & fecerit iniquitatem: morietur in ea.
Et cum receſſerit impius ab impietate ſua: & fecerit iudicium, & iuſtitiam:

*Alterum veniale, & non regnans.*

uiuet in ea. Neceſſe eſt igitur diſcerni peccata, quæ in ſanctis in hac mortali
vita manent: nec excutiunt Spiritum Sanctum, ab alijs peccatis: propter
quæ homo rurſus fit reus iræ Dei, & æternarum pœnarum. Et Paulus di-

*A teſtimonio Pauli.*

cernit peccatum regnans, & non regnans. Et alibi inquit: Si ſecundum
carnem viuetis, moriemini: ſin actiones carnis ſpiritu mortificabitis, viue-
tis. Tradit autem regulam in Epiſtola ad Timotheum: Milita bonam

*Quando renati effundant Spiritum Sanctum.*

militiam, retinens fidem, & bonam conſcientiam. Cum igitur homines
non retinent fidem: ſed aliquam fundamenti partem, id eſt, aliquem articu-
lum fidei, ſiue ſcientes, ſiue errore amittunt: aut idola approbant: ut multi,

*Lapſus, quibus excutitur Spiritus Sanctus.*

qui falſis dogmatibus decipiuntur: aut non ſuſtentant ſe, conſolatione fi-
dei: ſed ſuperantur dubitatione, aut deſperatione: aut violant vllum præce-
ptum Dei, contra conſcientiam: EFFVNDVNT Spiritum Sanctum, & rur-
ſus fiunt rei iræ Dei: & pœnæ æternæ: &, niſi fiat conuerſio, tales morien-

*Secundum carnem viuentes.*

tes, abijciuntur in æternas pœnas. De his inquit Paulus: Si ſecundum car-
nem viuetis, moriemini. Et 1. Cor. 6. Nec ſcortatores, nec adulteri, nec

*Iuramento poſtulat Deus conuerſionem peccatoris.*

Idololatræ, &c̃. poſsidebunt regnum Dei. Et iuramentum clarè dicit: Vi-
uo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, &
viuat. In iuramento duæ partes copulatæ ſunt: Conuerſio, & vita. Poſtu-
lat Deus, & quidem iuramento, Conuerſionem. Quare, non placent ei,

*Alia genera mortaliũ peccatorũ,*

retinentes propoſitum peccandi. Complectimur autem in hoc numero,

*Omiſsio adfectata.*

& PECCATA OMISSIONIS adfectatæ, id eſt, ADFECTATAM negligentiam
in officio: quæ pugnant cum dicto: Hoc requiritur, vt fideles ſimus: &

*Ignorantia adfectata.*

IGNORANTIAM adfectatam: qualis eſt Phariſaica, & infinitæ multitudi-
nis: quæ veram Eccleſiæ doctrinam non ſtudet inquirere, & ignara reti-
net idola: aut etiam ſæuitiam adiuuat in defenſione idolorum. Dictum eſt

*Reditus ad venialia peccata.*

de lapſibus, quibus EXCVTITVR Spiritus Sanctus. Alia ſunt peccata in
renatis, retinentibus fidem, & bonam conſcientiam: quæ non ſunt corru-
ptelæ fundamenti: nec ſunt delicta contra conſcientiam, ſed ſunt reliquiæ
peccati originis: caligo, dubitatio, carnalis ſecuritas, errantes flammæ vi-

*Non ſunt extenuanda.*

tioſorum affectuum, & omiſsionis, vel ignorantiæ non affectatæ. Hæc ma-
la extenuant quidam, & nominant deformitates præter legem Dei. Sed
hæc cæcitas valdè reprehendenda eſt, & vtrumq; conſiderandum: magni-
tudo mali in hac tota immundicie, quæ eſt contraria legi, & voluntati Dei:
& rurſus magnitudo miſericordiæ, & beneficij Filij Dei, tegentis hæc tri-
ſtia, & magna vulnera, in hac miſera natura. Iubet autem Paulus his malis
repu-

repugnare ſpiritu. Id eſt, Atticus, Scipio, frenant vitioſos motus, ratione: ſed Ioſeph, Paulus, frenant Spiritu, id eſt, Spiritus Sancti motibus: vero dolore, vera fide, timore Dei, & inuocatione. Dolet Paulus, ſentiens dubitationes, aut alios errantes motus: & fide ſtatuit, hanc immundiciem tegi a Mediatore: & timore Dei ſe reprimit, ne obtemperet iræ, aut aliis errantibus motibus. Et ſimul inuocat Deum: & petit auxilium. Cor mundum crea in me Deus. Cum hoc modo repugnamus prauitati: quæ adhuc reliqua eſt, in renatis: teguntur hæc mala: & dicitur Peccatum non regnans, ſeu VENIALE, & non effunditur Spiritus Sanctus. HANC doctrinam de diſcrimine peccatorum, veram, perſpicuam, & Eccleſiæ neceſſariam eſſe, manifeſtum eſt. De qua tamen quales labyrinthi ſint diſputationum in libris Aduerſariorum, multi norunt.

*Quomodo his repugnandum ſit.*

*Exempla contraria.*

*Concluſio.*

## BREVIS SVPERIORVM

*ἀνακεφαλαίωσις, de peccati definitione, & diuiſionibus.*

*Ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία, inquit in Epiſtola Ioannes. Eſt enim peccatum, defectus, vel inclinatio, vel actio contra legem Dei, offendens Deum, & commerens iram æternam, niſi fiat remiſſio, propter Filium Mediatorem. Eius partitiones ſunt duæ:*

- *VNA. peccatũ aliud eſt*
  - Originale. *Eſt reatus propter Adæ lapſum, & propter priuationem lucis diuinæ, & firmæ agnitionis Dei, in mentibus hominum, & propter contumaciam cordis: quæ mala ſecuta ſunt lapſum Adæ, in natura hominum, & ſunt inimicitiæ aduerſus Deum, & damnata à Deo. Hæc enim mala complectitur, & caliginem in mente, & non eſſe templum Dei.*
  - Actuale *Eſt omnis actio pugnans cum lege: tum in mente, vt dubitationes de Deo, tum in voluntate, & corde: vt incendia malorum affectuum: tum in membris externis: vt externæ actiones, pugnantes cum lege Dei.*
- Altera. *peccatum quoddã dicitur*
  - Regnans, *ſeu mortale. in*
    - *Non renatis, vt originale, & actualia, interiora, & exteriora: quia rei ſunt, propter illa, iræ Dei, & pœnæ æternæ, id eſt, ordinati ad pœnam æternam.*
    - *Eo, qui fuerat renatus. Cum is aſſentitur errori in fundamento, aut labitur contra conſcientiam. Tunc enim amittit gratiam, Spiritum Sanctum, et fidem. vt Adam, et Eua, Dauid rapiens alterius coniugem. hi contriſtarunt, & excuſſerunt Spiritum Sanctum, propter talia delicta: & rurſus facti ſunt rei æternæ pœnæ. Poſſe enim ſic labi renatos, perſpicuum eſt ex cap. Matth. 12. & 2. Pet. 2.*
  - Non regnans, *& veniale: propter quod non amittuntur gratia, Spiritus Sanctus, & Fides. Eſtq́ in renatis in hac vita vitium originis, & dubitationes, & incendia malorum affectuum: quibus tamen illi repugnant: ne ruant contra conſcientiam: & dolent propter has ſordes: & credunt ſe propter mediatorem placere: tegi has ſordes, & gratiam exuberare ſupra peccatum.*

**Secũdum** *Articulum, de peccato originis probant Aduerſarij. Verum ita: vt reprehendant tamen definitionem* PECCATI ORIGINALIS. *Cuius* ἀπολογία, *atq; defenſio, quædam habet*

- *I.* Ανασκευαστικὰ: *quib⁹ Aduerſariorum cauillatio, &* σόφισμα, *refellitur. Partes huius ſunt tres:*
  - Propoſitio, κατὰ διαβολὴν, *per criminationem. Nam qui confutationem ſcripſerunt: ijs non ſolum iudicium, ſed etiam candor defuit. Cum enim nos ſimplici animo, obiter recenſuerimus ea, quæ peccatum originis complectitur: iſti, acerba interpretatione conficta, ſententiam per ſe nihil habentem incommodi, arte,* Σοφιστικῇ, *deprauant.*
  - Obiectio, *& argumẽtatio Aduerſariorum. Sic enim inquiunt:*
    - *Sine metu Dei, ſiñe fide eſſe: eſt culpa actualis.*
    - *Igitur negant eſſe culpam originalem.* ——— ———
    - *Cuius* ἐπιχειρήσεως *connexum eſſet. Si eſt culpa actualis, non eſt originalis.*
  - Refutatio, ἡ λύσις, *harũ argutiarum: quæ in ſcholis natæ ſunt. Eius eſt illa*
    - Propoſitio, τὸ κεφάλαιον. *Nos nihil abſurdi de hac cauſa docemus.*
    - Ratio, τὸ ἐπιχείρημα, & ἀντεπιχείρησις: *quæ oſtendit* παραλογισμὸν, *ſeu captionem. Eſt enim fallacia Diuiſionis. Truncatam enim, & mutilam noſtram repetunt ſententiam. Nam* ———
    - Concluſio, ἐπιφορά. *Quid hic reprehendi poteſt? Bonis viris quidem, arbitramur, nos ſatis purgatos eſſe.*
- *II.* Ἐξηγητικὰ: *quibus definitio reprehenſa explicatur. Conſilium enim noſtrum aperiendum eſt: cur his potiſſimum uerbis hoc loco vſi ſimus. Etenim*
  - *In deſcriptione peccati Originis, & concupiſcentiæ mentionem fecimus.*
  - *Detraximus naturalibus viribus hominis corrupti, timorem, & fiduciam erga Deum. Quæ duo homini deeſſe dicimus.*
  - *Quidã enim*
    - *Diſputant*
      - *1. Peccatum originis*
        - *Non eſſe aliquod in natura hominis vitium, ſeu corruptionem.*
        - *Sed tantum ſeruitutem, ſeu conditionem mortalitatis: quam propagati ex Adam, ſuſtineant, ſine aliquo proprio vitio: propter alienam culpam.*
      - *2. Neminem damnari morte æterna, propter peccatum originis. Sicut ex ancilla ſerui naſcuntur: & hanc conditionem, ſine naturæ vitijs, ſed propter calamitatem matris, ſuſtinent.* ———
    - *Extenuant, vt Scholaſtici doctores, peccatum originis: non ſatis intelligentes definitionem peccati originalis: quam acceperunt à Patribus. Huiuſmodi enim quæſtionibus oppreſſerũt principale negotium. De* FOMITE *diſputãt: quòd ſit qualitas corporis. Et, vt ſuo more, ſunt inepti: quærunt, vtrum qualitas illa* ———
- *III.* Κατασκευαστικὰ: *quibus oſtenditur, noſtram Deſcriptionem conſentire cum vſitata, & veteri definitione.*
- *IIII.* Ἐγκληματικὰ: *quibus improbantur, & damnãtur impiæ Sophiſtarum Pontificiorum opiniones. Nam*
  - *Diſputant, peccatum originis, non eſſe aliquod in natura hominis vitium, ſeu corruptionem: ſed tantũ ſeruitutem, ſeu conditionem mortalitatis, &c. vt ſupra diximus. Qui* ἀνθορισμὸς, *id eſt, definitio noſtræ contraria, eſt & falſa.*
  - *Addunt, neminem damnari morte æterna, propter peccatum originis.*
  - *Tribuunt humanæ naturæ integras vires, ad*
    - *Diligendum Deum, ſuper omnia.*
    - *Facienda præcepta Dei: quò ad ſubſtantiam actuũ.*

## *QVARE SCHOLASTICI NON POTVERINT VIDERE*

*interiorem immundiciem naturæ hominum.*

*Quoniam admiſcuerunt doctrinæ Chriſtianæ philoſophiam, de perfectione naturæ, & plus, quàm ſatis erat, libero arbitrio, & actibus elicitis tribuerunt: & homines philoſophica, ſeu ciuili iuſtitia, quam & nos fatemur, rationi ſubiectam eſſe, & aliquo modo, in poteſtate noſtra eſſe, iuſtificari coràm Deo, docuerunt.*

&frigidis cauillationibus, quibus aduerſarij articu- 
calumniati ſunt.

In Germanica Confeßione ſic ſcriptum eſt: Weiter würt gelert/ das nach dem fall Adæ/ alle menſchen/ ſo natürlich geboren werden/ in ſünden empfangen/ vnd geboren werden/ das iſt/ voll böſer lüſt/ vnd neygung ſind/ keine ware Gottesforcht/ kein waren glauben an Gott/ von natur haben können. *Hic locus teſtatur, nos non ſolum* ACTVS, *ſed potentiam, ſeu dona efficiendi Timorem, & fiduciam erga Deum, adimere propagatis ſecundum naturam. Dicimus enim, ita natos, habere concupiſcentiam: nec poſſe efficere verum timorem, & fiduciam erga Deum.*

*Latina deſcriptio detrahit*
- 1. NATVRAE *potentiam, hoc eſt, dona, & vim efficiendi, erga* DEVM
  - TIMOREM.
  - FIDVCIAM.
  - *Vt, cum nominamus concupiſcentiā, intelligimus*
    - *Perpetuam naturæ inclinationem.*
    - *Actus, ſeu fructus.*
- 2. ACTVM, IN ADVLTIS.

NOS, *vt hanc impiam opinionem ſignificaremus nobis diſplicere:* CONCVPISCENTIAE *mentionem fecimus.*

- CONTRACTA *ſit*
  - *Contagione pomi.*
  - *Ex afflatu ſerpentis.*
- *Augeatur medicamētis.*

*Itaq; cum de peccato originis loquūtur:*
- *Leuiores morbos in natura hominis agnoſcunt.*
- *Grauiora, & præcipua vitia humanæ naturæ non cōmemorant: neq; agnoſcunt. De quibus tamen vbiq; admonet Scriptura, & Prophetæ perpetuò conqueruntur. Omittunt igitur*
  - *Ignorationem Dei.*
  - *Carnalem ſecuritatem.*
  - *Contemptum, & odium Dei, nec poſſe eum diligere.*
  - *Vacare*
    - *Metu Dei.*
    - *Fiducia erga Deum.*
  - *Odiſſe iudicium Dei.*
  - *Fugere Deum iudicantem.*
  - *Iraſci Deo.*
  - *Deſperare gratiam.*
  - *Habere fiduciam rerum præſentium.*
  - *Et ſimilia vitia nobiſcum nata.*
  - *Hanc interiorem immundiciam naturæ hominum, nō potuerunt videre Scholaſtici. Neq; enim poteſt iudicari, niſi ex verbo Dei: quod iſti in ſuis diſputationibus nō ſæpè tractant. Hos igitur morbos quoq; continet peccatum originis: qui pugnant propriè, cum prima tabula Decalogi.*

*SCHOLASTICORVM ERROR, ET INCONSTANTIA.*

*Hos morbos, qui maximè aduerſantur legi Dei, non animaduertunt Scholaſtici. Imò tribuunt interim humanæ naturæ integras vires, ad diligendum Deum, ſuper omnia: ad facienda præcepta Dei: quò ad ſubſtantiam actuum. Nec vident, ſe pugnantia dicere. Nam, proprijs viribus, poſſe diligere Deum, ſuper omnia: facere præcepta Dei: quid aliud eſt: quàm habere iuſtitiam originis? Quod ſi has tantas vires habet humana natura: vt per ſe poßit diligere Deum, ſuper omnia: quemadmodum iſti confidenter affirmant: quid erit peccatū originis? Quorſum autem opus erit gratia Chriſti: ſi nos poßumus fieri iuſti, propria iuſtitia? Quorſum opus erit Spiritu Sancto: ſi vires humanæ, per ſeſe poſſunt Deū ſuper omnia diligere: & præcepta Dei facere? Quis non videt, quàm præpoſterè ſentiant aduerſarij.*

## ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ, qua oſtenditur, noſtram deſcrip-

**Nihil** *noui quicquam diximus in noſtra definitione. Propterea quòd*

- **Nihil** *ſentim⁹ alienũ, aut, à*
  - *Scriptura.*
  - *Catholica Eccleſia.*
- *Sed grauiſſimas ſententias Scripturæ, & Patrũ, obrutas Sophiſticis rixis Theologorum recentiũ & repurgamus, & in lucem reſtituimus. Nam res loquitur ipſa, recentiores Theologos non animaduertiſſe: quid voluerit Patres, de defectu loquẽtes.*
- *Idq̃ cõſtabit, ſi*
  - *Quid ſit Iuſtitia originalis, conſiderauerim⁹. Eius igitur hæc eſt*
    - *Deſcriptio. Iuſtitia in ſcripturis, continet tabulam Decalogi*
      - *Primam. quæ præcipit de*
        - TIMORE DEI.
        - FIDE.
        - AMORE DEI.
      - SECVNDAM.
      - *Itaq; iuſtitia originalis habitura erat*
    - *Confirmatio. Id enim teſtantur*
      - *Scriptura: cum inquit, hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei conditum eſſe. Quod quid eſt aliud: niſi in homine effigiatam eſſe hanc*
      - *Scriptores, tum*
        - *Veteres. Sic enim ſimilitudinem Dei interpretantur:*
        - *Recentiores.* LONGOBARDVS
  - *Noſtram deſcriptionem oſtenderimus cum vſitata, & veteri definitione conſentire. Idem enim prorſus dicit, quod nos dicimus, rectè intellecta definitio*
    - ANTIQUORũ. *vt*
      - VETVS. *Peccatum originis, eſt carentia iuſtitiæ originalis, debitæ ineſſe. Itaq; detrahit homini poſt lapſum hæc dona:*
      - AVGVSTINI. *Hic enim ſolet definire peccatum originis, Concupiſcentiam eſſe. Amiſſa enim iuſtitia, ἡ ἐπιθυμία, κ̀ ἀταξία ſucceſſit. Itaq; complectitur*
        - *Defectum.*
        - *Vitioſum habitũ, qui ſucceſſit.*
    - RECENTIORVM. *Nam ex his, qui ſunt cordatiores, docent: ſimul iſta verè peccatum originis eſſe: defectus videlicet, & concupiſcentiã. Sic .n. inquit*
      - THOMAS.
      - BONAVENTURA.
      - HVGO.

### CONCLVSIO.

*Nos igitur rectè expreßimus vtrunq; in deſcriptione peccati originalis: videlicet, defectus illos: non poſſe Deo credere: non poſſe Deum timere, & diligere. item, habere concupiſcentiam: quæ carnalia quærit, contra verbum Dei, hoc eſt, non ſolum voluptates corporis: ſed etiam ſapientiam, & iuſtitiam carnalem. Ac plures locos citare de vtraq; parte hic poſſemus. Sed in re manifeſta, nihil opus eſt teſtimoniis. Et facile iudicare poterit prudens lector, has non tantum culpas* ACTVALES *eſſe: ſine metu Dei, ſine* FIDE *eſſe. Sunt enim durabiles* DEFECTVS *in natura non renouata.*

tionem conſentire cum veteri, & vſitata definitione.

Aut { Dona hæc, { NOTITIAM DEI CERTIOREM. / TIMOREM DEI. / FIDVCIAM DEI. }
RECTITVDINEM, & vim iſta efficiendi. }

AEQVALE TEMPERAMENTVM qualitatum corporis.

{ Sapientiam. Et Iuſtitiam. } { Quæ Deum apprehenderet. / In qua reluceret Deus. } Hoc eſt, homini dona eſſe data { Notitiam Dei. / Timorem Dei. / Fiduciam erga Deũ, & ſimilia. } Sic enim Paulus ad Epheſios, & Coloſſenſes oſtendit, imaginem Dei, eſſe iuſtitiam, & veritatem.

IRENAEVS.

AMBROSIVS. Qui cum alia multa in hanc ſententiam dicit: tum ita inquit: NON EST ergo ANIMA ad imaginem Dei: in qua Deus non ſemper eſt.

im non veretur dicere: quòd iuſtitia originis ſit ipſa ſimilitudo Dei: quæ homini indita eſt à Deo.

1. { Notitiam Dei. / Fiduciam erga Deum. / Timorem Dei. / Amorem Dei. } Aut certè vim iſta efficiendi. Nam & ipſi Theologi in ſcholis tradunt: iſta non effici, ſine certis donis, & auxilio gratiæ.

2. Obedientiam inferiorum virium hominis: ipſosq́; actus.

Nam ægra natura: quia non poteſt. { DEVM { Timere. / Diligere. } / DEO CREDERE. } Ideo { Quærit carnalia. / Iudicium Dei aut { Secura contemnit. / Perterrefacta odit. } } Neq; verò Concupiſcentia, tantum corruptio qualitatum corporis eſt, ſed etiam praua conuerſio ad carnalia, in ſuperiorib. viribus. Nec vident, quid dicant: qui ſimul homini tribuunt concupiſcentiam non mortificatam à Spiritu Sancto, & dilectionem Dei ſuper omnia.

Peccatum originis habet priuationem originalis iuſtitiæ: & cum hoc, inordinatam diſpoſitionem partium animæ. Vnde non eſt priuatio pura: ſed quidam habitus corruptus.

Cum quæritur: quid ſit Originale peccatum: rectè reſpondetur: quòd ſit concupiſcentia immoderata. Rectè etiam reſpondetur: quòd ſit debitæ iuſtitiæ carentia. Et in vna iſtarũ reſponſionum, includitur altera.

Originale peccatum, eſt ignorantia in mente, & concupiſcentia in carne. Significat enim nos naſcentes afferre ignorationem Dei, incredulitatem, diffidentiam, contemptum, odium Dei. Hæc ſub ignorantia complectitur.

Atq; hæ ſententiæ conſentiunt cum ſcripturis. Nam Paulus interdum expreſsè nominat defectum. Vt, 1. Cor. 2. Animalis (ψυχικὸς) homo, non percipit ea: quæ Spiritus Dei ſunt. Alibi, concupiſcentiam nominat, efficacem in membris, & parientem malos fructus.

# ΠΡΟΣΘΗΚΗ, ADIECTIO APOlogiæ, qua defenditur D. Doctor MARTINVS LVTHERVS.

*Hic flagellant aduerſarij* LVTHERVM, *quòd*

- *I. Scripſerit, peccatum originis manere poſt Baptiſmum. Addunt hũc articulum iure damnatum eſſe à Leone X. Apologiæ iſtius partes ſunt:*
  - Propoſitio, ἡ πρόθεσις. *Sed Cæſarea Maieſtas, in hoc loco manifeſtam calumniam deprehendet.*
  - Obiectio, ἡ ὑποφορά. *Quòd peccatum originis reliquum ſit, poſt baptiſmum.*
  - Aditus *ad ipſam refutationem*, ἡ ἀντιπρότασις. *Sciunt enim aduerſarij, in quam ſententiam* LVTHERVS *hoc dictum velit.*
  - Refutatio, ἡ λύσις.
    - *Ita ſcripſit: quòd Baptiſmus* REATVM *peccati originalis tollat: etiamſi* MATERIALE, *vt iſti vocant, peccati, maneat.*
    - *Semper enim Lutherus*
      - *Addit de* MATERIALI: *quòd Spiritus Sanctus, datus per baptiſmum*
        - *Incipiat* MORTIFICARE *concupiſcentiam.*
        - *Creet nouos motus in homine.*
  - Confirmatio *ab autoritate*, ἡ ἀπόδειξις ἄτεχνος. *Nam ad eundem modum loquitur & Auguſtinus.*
    - *1. Cum ait: Peccatum in Baptiſmo remittitur: non, vt non ſit: ſed vt non imputetur. Hic palàm fatetur,* ESSE, *hoc eſt, manere peccatum: tametſi non imputetur. Atq; hæc ſententia adeò placuit poſterioribus: vt recitata ſit & in* DECRETIS.
    - *2. Contra Iulianum, inquit: Lex iſta, quæ eſt in membris, remiſſa eſt, regeneratione ſpirituali: & manet in carne mortali. Remiſſa eſt: quia reatus ſolutus eſt Sacramento: quo renaſcuntur fideles. Manet autem: quia operatur deſideria: contra quæ dimicant fideles.*
  - Concluſio, ἡ ἐπιφορά. *Sic ſentire, ac docere* LVTHERVM, *ſciunt aduerſarij: & cum rem improbare nõ poßint: verba tamen calumniantur: vt hoc artificio innocentẽ opprimãt.*
- *II. Defenderit Concupiſcentiã eſſe peccatũ. Hic conſideretur*
  - Status, *qui oritur ex contrarijs duabus ſententijs:*
    - *Intentione. Iſti enim diſputãt: concupiſcentiam pœnam eſſe, non peccatum.*
    - *Depulſione.* LVTHERVS *defendit peccatum eſſe.*
    - *Quæſtio igitur, atq; στάσις, & κρινόμενον eſt: num concupiſcentia peccatum ſit, nec ne, id eſt, an peccatum ſit, an verò pœna.*
  - Probatio *alterius, ſcilicet Lutheri ſententiæ, à teſtimonijs. Vt*
    - PAVLI, *qui ait:*
      - *1. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum: niſi lex diceret, non concupiſces.*
      - *2. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: & captiuantẽ me legi peccati: quæ eſt in membris meis.*
    - PATRVM, *qui citra controuerſiam ſic ſentiunt. Supra enim dictum eſt, Auguſtinum definire peccatum originis: quòd ſit concupiſcentia. Expoſtulent igitur cum eo: ſi quid habet incommodi hæc ſententia. Idem longa diſputatione reuellit opinionem iſtorum: qui ſentiebant concupiſcentiam in homine eſſe vitium, ſed* ἀδιάφορον. *vt corporis color, aut aduerſa valetudo* ἀδιάφορον *dicitur.*
  - Concluſio. *Hæc teſtimonia nulla cauillatione euerti poſſunt. Clarè enim appellant concupiſcentiam peccatum. quod tamen his, qui ſunt in Chriſto, non imputatur: etſi res ſit natura digna morte: vbi non condonatur.*

# APPENDIX ALTERA, FOMITEM non eſſe ΑΔΙΑΦΟΡΟΝ.

*Aduerſarij, & Scholaſtici [illegible]:*

- *Peccatum.*
- *Pœnā.*

*Nam*

- *Primùm*
  - *In ſcholis diſputarunt, & tranſtulerunt huc ex philoſophia prorſus alienas ſententias. Et intempeſtiuè commiſcent philoſophiam, ſeu ciuilem doctrinam de moribus, cum Euangelio. Apud hos .n. leguntur hæ ſententiæ:*
    - *Quòd propter paſſiones, nec boni, nec mali ſimus: nec laudemur, nec vituperemur.*
    - *Nihil eſſe peccatum, niſi voluntarium.*
      - *Quæ dicta ſunt apud Philoſophos, de ciuili, nō de Dei iudicio.*
    - *Naturam non eſſe malam. Id in loco dictum, non reprehendimus: ſed non rectè detorquetur ad extenuandum peccatum originis.*
  - *Ex ſcholis, vt fit, efferebantur ad populum. Et hæ perſuaſiones*
    - *Regnabant.*
    - *Alebant fiduciam humanarum virium.*
    - *Opprimebāt cognitionem gratiæ Chriſti.*
- *Deinde ijdem*
  - *Contendunt:* FOMITEM *eſſe ἀδιάφορον. Sed huic opinioni reclamant,*
    - *Non ſolum multæ ſententiæ Scripturæ. Hæc enim .ſ. vitia, quæ ſequuntur, agnoſcunt in ſe homines pij: vt apparet in Pſalmis, & Prophetis.*
    - *Sed planè etiam tota Eccleſia. Quis enim vnquam auſus eſt dicere, hæc eſſe ἀδιάφορα: etiamſi perfectus cōſens⁹ nō accederet?*
      - *Dubitare de Dei*
        - *Ira.*
        - *Gratia.*
        - *Verbo, de*
          - *Minis.*
          - *Promiſſionibus.*
      - *Iraſci iudicijs Dei.*
      - *Indignari, quòd Deus non eripit ſtatim ex afflictionibus.*
      - *Fremere, quòd impij meliore fortuna vtuntur, quàm boni.*
      - *Incitari*
        - *Ira.*
        - *Libibine.*
        - *Cupiditate*
          - *Gloriæ.*
          - *Opum, &c.*
  - *Docent, hominē proprijs viribus poſſe mandata Dei facere.*

¶ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ.

*Lutherus contrà*

- *Primùm voluit declarare magnitudinem*
  - *Peccati originalis, & humanæ infirmitatis. Itaq; docuit, Reliquias illas peccati originalis, non eſſe ſua natura in homine, ἀδιάφορα: ſed indigere*
    - *Gratia Chriſti, ne imputentur.*
    - *Spiritu Sancto: vt mortificentur.*
  - *Pœnam. Quæ impoſita pro peccato originis, aliter deſcribitur in Geneſi: vbi fertur hæc horribilis ſententia. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen illius. Ibi humana natura ſubijcitur pœnis. Vt,*
    - *1. Regno, ac tyrannidi Diaboli. eſt enim in ſeruitutem tradita, & captiua à Diabolo tenetur: qui eam impijs opinionibus, & erroribus dementat: & impellit ad omnis generis peccata. Nam ipſa mūdi hiſtoria oſtēdit, quanta ſit potētia regni eius.*
      - *1. Plenus eſt mūdus blaſphemijs cōtra Deum, & impijs opinionibus: et his vinculis habet Diabolus irretitos ſapientes, & iuſtos coràm mundo.*
      - *2. In alijs oſtendūt ſe craſſiora vitia.*
    - *2. Morti.*
    - *3. Alijs complurib⁹ malis.*
- *Docuit,*
  - *Sicut Diabolus vinci non poteſt: niſi auxilio Chriſti: ita non poſſe nos proprijs uiribus, ex iſta ſeruitute eximere.*
  - *Cum Chriſtus ſit nobis datus, qui & hæc peccata, & has pœnas auferat: & regnum Diaboli peccatum, & mortem deſtruat: beneficia Chriſti non poſſe cognoſci: niſi intelligamus mala noſtra. Vt inter alia, defectus illos, & concupiſcentiam: quæ ſunt pœna, & peccata.*

IDEO *de his rebus concionatores noſtri diligenter docuerunt: & nihil noui tradiderunt: ſed ſanctam ſcripturam, & Sanctorum Patrum ſententias propoſuerunt.*

## 18. ΣΥΣΤΑΣΙΣ, COGNITIONIS peccati originis commendatio.

EST AVTEM NECESSARIA cognitio peccati originis. Neq; enim poteſt intelligi magnitudo gratię Chriſti:niſi morbis noſtris cognitis. Tota hominis iuſtitia, mera eſt hypocriſis coràm Deo : niſi agnouerimus, cor naturaliter vacare AMORE, TIMORE, FIDVCIA DEI. Ideo Propheta inquit: Poſtquam oſtendiſti mihi:percuſsi femur meum. Item, Ego dixi in exceſſu meo : OMNIS HOMO MENDAX, id eſt, non rectè ſentiens de DEO.

# TERTIVS ARTICV-LVS, DE

# FILIO DEI IN-CARNATO.

## Athanaſius.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: vt ἐνσάρκωσιν, incarnationẽ quoq; Domini noſtri IESV CHRISTI fideliter (ὀρθῶς) quis credat. Eſt ergo fides noſtra: vt credamus, & confiteamur: quòd Dominus noſter IESVS CHRISTVS, Dei Filius, DEVS, & HOMO ſit. Deus, ex ſubſtantia Patris, ante ſecula genitus, γεννηθεὶς: & homo, ex ſubſtantia Matris, in ſeculo natus, τεχθείς. Perfectus Deus: perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑφιστάμενος. Aequalis Patri: ſecundum Diuinitatem: minor Patre: ſecũdum ἀνθρωπότητα, humanitatem. Qui, licet, Deus ſit, & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Vnus autem, nõ conuerſione, τροπῇ, diuinitatis, in carnem: ſed VNVS omnino, non συγχύσει τῆς οὐσίας, confuſione naturæ: ſed ἑνότητι τῆς ὑποστάσεως, vnitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis, & caro, vnus eſt homo: ſic DEVS, ET HOMO, VNVS EST CHRISTVS.

- Huius tertij Capitis, ac loci pars altera eſt
  - Διδαϲκαλική. Item docent, iuxta ſymbolum Apoſtolorũ quòd
    - I. In Chriſto ſint duæ naturæ in VNITATE perſonæ, inſeparabiliter coniunctæ:
      - DIVINA, ἡ θεότης: ὁ Λόγος συναΐδιος, καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.
      - HVMANA, ἡ ἀνθρωπότης. Quòd Verbum, hoc eſt, Filius Dei Patris æterni, aſſumpſerit HVMANAM naturam in VTERO beatæ Mariæ virginis, cõtra blaſphemum Schuuenckfeldium. ὅτι ὁ Λόγος, ἤγουν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν κοιλίᾳ τῆς μακαρίας ἀειπαρθένου Μαρίας ἀνέλαβεν.
      - Vt ſit VNVS CHRISTVS, verè DEVS, & verè HOMO, natus ex MARIA virgine. ἵνα δύο φύσεις: ἡ θεία δηλονότι, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη, ἐν ἑνώσει ὑποστατικῇ ἀχωρίστως συνδεθεῖσαι, ἀεὶ διαμένωσιν. εἷς τοίνυν ὁ Χριστὸς, ὄντως θεὸς, καὶ ὄντως ἄνθρωπος, τεχθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, &c.
    - II. Idẽ Dominus, in humana natura (quãtum ad eius officium pertinet)
      - Verè ſit
        - Paſſus. — ὄντως Παθών.
        - Crucifixus. — ὄντως Σταυρωθείς.
        - Mortuus. — ὄντως Θανών.
        - Sepultus. — ὄντως Ταφείς.
        - Vt
          - Reconciliaret nobis patrem: ὥστε τὸν πατέρα ἡμῖν ἀποκαταλλάξασθαι.
          - Hoſtia eſſet: ὥστε θυσίαν γενέσθαι,
            - Non tantum pro culpa originis, οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀρχαίου παραπτώματος, καὶ τοῦ ὑπαιτίου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.
            - Sed etiam pro actualib. peccatis hominũ: ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντων, ὅσα παρανομοῦντες οἱ ἄνθρωποι καταδίκης ἄξια ἐργάζονται.
      - ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ
        - Deſcenderit ad inferos. — Εἰς ᾅδου κατῆλθε.
        - Tertia die reſurrexerit. — ἀληθῶς ἡμέρα τῇ τρίτῃ ἀνέστη.
        - Aſcenderit deinde ad cælos: vt ſedeat ad dexteram Patris, & vt — Κἄπειτα εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθε: καθεζόμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς
          - Perpetuò regnet, ac dominetur omnibus creaturis. — Ἀδιαλείπτως, καὶ ἀτελευτήτως βασιλεύων, καὶ κυριεύων πάσης τῆς κτίσεως.
          - Sanctificet credẽtes in ipſum, miſſo in corda eorum Spiritu ſancto: qui eos — Ἁγιάζων τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, πέμψας εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
            - Regat. — Διευθυνοῦν.
            - Conſoletur. — Παρηγοροῦν.
            - Viuificet. — Ζωοποιοῦν αὐτούς.
            - Defendat, aduerſus — ὑπερασπίζον αὐτῶν κατὰ τοῦ
              - Diabolũ. — Διαβόλου.
              - Vim peccati. — Τῆς ἁμαρτίας κράτους.
        - Palàm ſit rediturus: vt iudicet viuos, & mortuos reſuſcitatos, &c. iuxta ſymbolum Apoſtolorum. — Περιφανῶς, καὶ ἐνδόξως ἀπονοστήσειν μέλλει, κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκροὺς, κατὰ τὸ τῶν Ἀποστόλων σύμβολον.
  - Κατακριτική. Damnant enim hîc, vt in alijs articulis, omnes hæreſes, cum hac doctrina pugnantes. Κατακρίνονται δὲ κἀνταῦθα, ὡς ἐν τοῖς πρὸ τοῦ κεφαλαίοις, αἱ τόδε τὸ τῆς πίστεως ἄρθρον κατατρέχουσαι αἱρέσεις. Id eſt, τὰ ἀντιδιδάγματα, ἢ ἐναντία δόγματα.

## Apologia.

Hunc articulum probant aduerſarij : in quo confitemur, duas in Chriſto naturas : videlicet, naturam humanam, aſſumptam à VERBO, in VNITATEM perſonæ ſuæ. Et quòd idem CHRISTVS paſſus ſit, ac mortuus : vt reconciliaret nobis Patrem : & reſuſcitatus : vt regnet, iuſtificet, & ſanctificet credentes, etc. iuxta Symbolum Apoſtolorum, & Symbolum Nicænum.

## Symbolum

### Apoſtolorũ.

ARTICVLVS primus, de Creatione, μέρος πρῶτον περὶ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως.

Credo in Deũ Patrem omnipotẽtem, παντοκράτορα, creatorem, ποιητὴν, creatorem cœli, & terræ.

ARTICVLVS II. de Redemptione, περὶ ἀπολυτρώσεως.

Et in IESVM Chriſtum, *Filiũ eius vnicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto : natus ex Maria virgine : paſſus ſub Pontio Pilato : Crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferna : tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos. Sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt, iudicare viuos, & mortuos.*

ARTICVLVS *III. de Sanctificatione,* περὶ τοῦ ἁγιασμοῦ.

Credo in Spiri*tum Sanctum : ſanctam Eccleſiam catholicam : Sanctorum communionẽ, remiſſionem peccatorum: carnis reſurrectionem: & vitam æternam.*

*AMEN.*

### Athanaſij.

*Qui paſſus eſt, pro ſalute noſtra:* ὅς ἔπαθε διὰ σωτηρίαν ἡμῶν.

*Deſcendit ad inferos,* κατῆλθεν ἐν ᾅδου.

*Tertia die reſurrexit à mortuis:* ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν.

*Aſcendit ad cœlos: ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis,* ἀνῆλθεν εἰς οὐρανοὺς, κάθηται ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς παντοκράτορος.

*Inde venturus eſt, iudicare viuos & mortuos:* ὅθεν ἥξει κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς.

*Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere debent, cum corporibus* SVIS: *& reddituri ſunt de factis proprijs rationem:* οὗ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀναστήσονται μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν, καὶ ἀποδώσουσιν ἐξ ἰδίων ἔργων ἀπολογίαν.

*Et qui bona egerunt: ibunt in vitam æternam:* καὶ οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον.

*Qui verò mala: in ignem æternũ:* οἱ δὲ τὰ φαῦλα, εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον.

Hæc eſt fides catholica: quam niſi quiſq; fideliter, firmiterq;, πιστῶς, crediderit: ſaluus eſſe non poterit.

# DE FILIO

## ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ ΝΙΚΑΙΟΝ, *SYMBOLVM, QVOD DICITVR NICÆNVM.*

### *DE DEO PATRE*, περὶ τοῦ θεοῦ Πατρός.

*Epiphanius in fine libri, qui Ancoratus inſcribitur. Rufinus lib. 1. Eccleſ. hiſtor. cap. 6. Nicephor. Lib. 8. Eccleſ. hiſtor. ca. 17. & lib. 10. cap. 24. Symbolum hoc traditum, & receptum eſt in Eccleſia, in concilio Nicænæ vrbis primo, ab omnib. ſimul tunc præſentibus Epiſcopis, trecentis, & octodecim numero, conuocatis à Conſtantino Imper: contra Arrium, diuinitatem, & æternitatē Chriſto detrahentem.*

Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ, καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων, καὶ ἀοράτων.

*Credo in* VNVM *Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium.*

### *DE FILIO DEI INCARNATO.*

Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ μαρίας τῆς παρθένου. καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν, ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

*Et in* VNVM *Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cælis, &* INCARNATVS *eſt de Spiritu Sancto, ex* MARIA *Virgine, &* HOMO FACTVS *eſt: crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, & paſſus, & ſepultus, & reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cælum: ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis.*

### *DE SPIRITV SANCTO.*

Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον, τὸν κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς * ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ, καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον τὸ λαλῆσαν, διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, Ἀμήν.

*Al. καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ.

*Et in Spiritum Sanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre * procedit: qui cum Patre, & filio ſimul adoratur, * qui locutus eſt per Prophetas. Et in vnam Sanctam catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma, in remiſsionem peccatorum. Expecto reſurrectionem mortuorum, et vitam venturi ſeculi. Amen.*

*Al. Filioque.*

*Al. & conglorificatur.*

# ΤΥΠΟΣ ΤΙΣ ΤΗΣ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΩΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ ΜΑΚΡΟΣΤΙΧΟΣ. *FORMVLA QVÆDAM CONFESſionis fidei*. Ea extat apud Epiphanium in fine libri de vera fide Chriſtiana: quam in Eccleſia ad ſacrum lauacrum accedentes, dicere, & confiteri tenebantur.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα. πάντων ἀοράτων τε, καὶ ὁρατῶν ποιητήν.

*Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, & inuiſibilium creatorem.*

Καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ θεοῦ πατρὸς, μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρατά τε, καὶ ἀόρατα. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, τοῦτ' ἐστι, γεννηθέντα τελείως ἐκ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, διὰ πνεύματος ἁγίου. ἐνανθρωπήσαντα, τουτέστι, τέλειον ἄνθρωπον λαβόντα, ψυχὴν, καὶ σῶμα, καὶ νοῦν, καὶ πάντα, εἴτι ἐστὶν ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας. οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, οὐδ' ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν σάρκα ἀναπλάσαντα, εἰς μίαν ἁγίαν ἑνότητα, οὐ καθάπερ ἐν προφήταις ἐνέπνευσέ τε, καὶ ἐλάλησε, καὶ ἐνήργησεν. ἀλλὰ τελείως ἐνανθρωπήσαντα. Ὁ γὰρ ΛΟΓΟΣ ΣΑΡΞ Ἐγένετο, οὐ τροπὴν ὑποστὰς, οὐδὲ μεταβαλὼν τὴν ἑαυτοῦ θεότητα εἰς ἀνθρωπότητα. εἰς μίαν συνενώσαντα ἑαυτοῦ ἁγίαν τελειότητά τε, καὶ θεότητα. εἷς γάρ ἐστι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ οὐ δύο. ὁ αὐτὸς θεὸς, ὁ αὐτὸς κύριος, ὁ αὐτὸς βασιλεύς. παθόντα δὲ τὸν αὐτὸν ἐν σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐν αὐτῷ τῷ σώματι (λείπει) ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς. οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

*Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei, genitum ex Deo Patre vnigenitum, hoc eſt, ex eſſentia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, coëſſentialem Patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlis ſunt, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia. qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, hoc eſt, genitus eſt perfectè ex ſancta Maria ſemperuirgine, per Spiritum Sanctum, & homo factus eſt, hoc eſt, perfectum hominem ſuſcepit, animam, & corpus, & mentem, & omnia, quicquid eſt homo, præter peccatum, non ex ſemine viri, neq; in homine, ſed in ſeipſum carnem efformauit, in vnam ſanctã vnitatem, non quemadmodum in Prophetis inſpirauit, & locutus, ac operatus, ſed perfectè homo factus. Verbum enim caro factum eſt: non mutationem paſſum, nec transmutata Deitate in humanitatem: ſed ita couniuit ſuam ſanctam perfectionem, & Deitatem. Vnus enim eſt* IESVS *Chriſtus, & non duo, idem Deus, idem Dominus, idem Rex. Idem paſſus eſt in carne, & reſurrexit, & aſcendit in cœlos in ipſo corpore, in gloria, ad iudicandum viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis.*

*Hæc ſuperiore proxima eſt prolixior. Nã & verba, & ſenſus plures complectitur.*

Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα πιστεύομεν, τὸ λαλῆσαν ἐν νόμῳ, καὶ κηρύξαν ἐν τοῖς προφήταις, καὶ καταβὰν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, λαλοῦν ἐν ἀποστόλοις, οἰκοῦν ἐν ἁγίοις. οὕτως δὲ πιστεύομεν ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐστὶ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα θεοῦ, πνεῦμα τέλειον, πνεῦμα παράκλητον, ἄκτιστον, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβανόμενον. (λείπει) καὶ πιστεύομεν εἰς μίαν καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας. καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ κρίσιν * δικαίων ψυχῶν, καὶ σωμάτων, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

* Al. δι[illegible]

*Et in Spiritum Sanctum credimus, qui locutus eſt in lege, & prædicauit in Prophetis, & deſcendit in Iordanem: & loquitur in Apoſtolis, atq; habitat in Sanctis. Sic autem credimus in ipſum, quòd eſt Spiritus Sanctus Spiritus Dei, ſpiritus perfectus: Spiritus paracletus, increatus, ex Patre procedens, & à Filio accipiens, ac fidem reperiens. Credimus in vnam catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, & in vnum baptiſma pœnitentiæ, & in reſurrectionem mortuorum, & & iudicium iuſtum, animarum, & corporum: & in regnum cœlorum, & in vitam æternam.*

# SYMBOLVM, SIVE CANTIO beati Ambroſij, & Auguſtini.

| | |
|---|---|
| Σὲ τὸν θεὸν ὑμνοῦμεν. | *TE DEVM laudamus.* |
| Σὲ τὸν κύριον ὁμολογοῦμεν. | *Te Dominum confitemur.* |
| Σὲ τὸν αἰώνιον πατέρα, πᾶσα ἡ γῆ σέβεται. | *Te æternum Patrem omnis terra veneratur.* |
| Σοὶ πάντες ἄγγελοι, σοὶ οὐρανοὶ, καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις. | *Tibi omnes Angeli, cœli, & vniuerſæ poteſtates.* |
| Σοὶ τὰ Χερουβὶμ, καὶ Σεραφὶμ ἀκαταπαύστῳ φωνῇ ἐκβοῶσιν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος ὁ θεὸς σαβαώθ. | *Tibi Cherubin, & Seraphin inceſſabili voce proclamāt: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus ſabaoth.* |
| Πλήρεις οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ τῆς σῆς δόξης μεγαλειότητος. | *Pleni ſunt cœli, & terræ maieſtatis gloriæ tuæ.* |
| Σὲ ἔνδοξος τῶν ἀποστόλων χορὸς, σὲ ὁ τῶν προφητῶν ὁ αἰνετὸς ἀριθμός. | *Te glorioſus Apoſtolorum chorus, te Prophetarū laudabilis numerus.* |
| Σὲ ὁ τῶν μαρτύρων λευκοφόρων στρατὸς ἀνυμνεῖ. | *Te martyrum candidatus laudabit exercitus.* |
| Σὲ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἡ ἁγία ὁμολογεῖ ἐκκλησία. πατέρα ἀμετρήτου μεγαλειότητος. τὸν τε σεβάσιμον σὸν ἀληθῆ, καὶ μονογενῆ υἱόν. καὶ τὸ ἅγιον, καὶ παράκλητον πνεῦμα. | *Te per orbem terrarum ſancta confitetur Eccleſia, Patrem immenſæ maieſtatis: venerandum tuum verum, & vnicum Filium: Sanctum quoq; paracletum Spiritum.* |
| Σὺ βασιλεὺς δόξης Χριστέ. σὺ τοῦ πατρὸς ἀΐδιος ὑπάρχεις υἱός. | *Tu rex gloriæ Chriſte. Tu patris ſempiternus es Filius.* |
| Σὺ πρὸς τὸ λυτρώσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἀναληψόμενος, οὐκ ἔφριξας τὴν τῆς παρθένου γαστέρα. | *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, non horruiſti virginis vterum.* |
| Σὺ νικήσας τοῦ θανάτου τὸ κέντρον, ἤνοιξας τοῖς πιστοῖς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. | *Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum.* |
| Σὺ ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ κάθησαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός. κριτὴς πιστευόμενος ἥξειν. | *Tu ad dexteram Dei ſedes, in gloria Patris. Iudex crederis eſſe venturus.* |
| Σοῦ τοίνυν δεόμεθα, τοῖς σοῖς οἰκέταις βοήθει, οὓς τῷ τιμίῳ σου ἐξηγόρασας αἵματι. | *Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubueni: quos precioſo ſanguine redemiſti.* |
| Καὶ ποίησον ἐν τῇ αἰωνίῳ δόξῃ τοῖς ἁγίοις σου συναριθμηθῆναι. | *Æterna fac cum ſanctis tuis gloria numerari.* |
| Σῶσον τὸν λαόν σου κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. | *Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.* |
| Καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. | *Et rege eos, & extolle illos vſq; in æternum.* |
| Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογοῦμέν σε: καὶ αἰνοῦμεν τὸ ὄνομά σου, εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. | *Per ſingulos dies benedicimus te, & laudamus nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.* |
| Καταξίωσον κύριε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. | *Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire.* |
| Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς. | *Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.* |
| Γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σοί. | *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.* |
| Ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα: μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. | *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.* |

# QVARTVS, QVINTVS, ET SEXTVS ARTIculus, De

## IVSTIFICATIONE,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΩΣΕΩΣ,

ἢ δικαιοποιΐας.

### Rom. III.

Non eſt enim diſtinctio. OMNES peccauerunt: & deſtituuntur gloria Dei. IVSTIFICANTVR autem gratis, per illius gratiam: per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus reconciliationem per fidem: interueniente ipſius ſanguine, ad oſtenſionem, ἔνδειξιν, iuſtitiæ ſuæ.

### Dan. IX.

Nec enim in iuſtitijs noſtris proijcimus miſerationem noſtram, τὸν οἰκτιρμῶν ἡμῶν, coràm te: ſed in miſerationes multas tuas Domine.

### Chriſtus, Lucæ XVII.

Vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis: dicite, ſerui inutiles ſumus.

*Vt autem hæc beneficia Chriſti, ſcilicet, remiſſionem peccatorū, iuſtificationem, & vitā æternā conſequamur: dedit Chriſtus Euangelium, τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἀνακήρυξιν. Vbi quatuor ζητήματα, ſeu quæſtiones ſcire oportet*

*I. Quas res nobis offerat. In Euāgelio enim hæc beneficia nobis proponūtur, de quib. diximus. αὗται αἱ μεγαλοδωρίαι τοῦ λυτρωτοῦ ἡμῖν προσφέρονται διὰ τοῦ εὐαγγελίου. Sicut ſcriptum eſt, Lucæ vltimo. In nomine Chriſti prædicari inter omnes gentes*

- *Pœnitentiam, μετάνοιαν.*
- *Remiſſionem peccatorum, ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.*

*Cum enim omnes homines, naturali modo propagati, habeant peccatū: nec poſſint verè Legi Dei ſatisfacere: Euangelium*

- *Arguit peccata: τὰς ἁμαρτίας ἐλέγχει.*
- *Oſtendit nobis Mediatorem, τὸν μεσίτην, καὶ λυτρωτὴν, Chriſtum: & ſic docet nos de remiſſione peccatorum.*

*II. Quam ob cauſam nobis illa proponat Deus in Euangelio: videlicet, propter* CHRISTVM: *propter quem* GRATIS *donantur nobis* REMISSIO *peccatorum, &* IVSTIFICATIO, *per Fidem.*

*III. Quomodo hæc nobis applicanda ſint: nimirum* FIDE, *τῇ πίστει. Nam cùm Euangelium arguit peccata noſtra: corda perterrefacta* STATVERE *debent: ἀναμφιβόλως, καὶ ἄνευ δισταγμοῦ πιστεύειν, quòd* GRATIS, *propter Chriſtum, nobis donentur, ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἡ δικαιοσύνη, remiſſio peccatorum, & iuſtificatio per* FIDEM: *qua credere, & confidere debemus: hæc nobis* DONARI, *propter* CHRISTVM: *qui pro* NOBIS *factus eſt hoſtia: & placauit Patrem. Tenendumq́ eſt, illa nobis contingere:*

*IIII. Quàm latè vtriusq́ prædicatio pateat.*

## HÆC IN VETERI EDITIONE ſic leguntur.

ITEM, Docent, quòd homines, non poſsint IVSTIFICARI, coràm Deo, proprijs viribus, meritis, aut operibus: ſed quòd gratis iuſtificentur, propter Chriſtum, per fidem. Cum credunt, ſe in gratiam recipi, & peccata remitti, propter Chriſtum: qui ſua morte, pro noſtris peccatis ſatisfecit. Hanc fidem imputat Deus, pro iuſtitia, coràm ipſo.

Rom, 3. & 4.

FIDEI autem vocabulum, ἡ δὲ τῆς πίστεως λέξις, ſignificat, ἐμφαίνει, &

1. Cognitionem hiſtoriæ de Chriſto, τὴν ἱστορικὴν γνῶσιν.

2. Credere, et aſſentiri huic promiſſioni (πεποίθησιν, καὶ συγκατάθεσιν) quæ promiſſio eſt Euangelij: in qua propter Chriſtum nobis promittuntur

- Remiſſio peccatorum.
- Iuſtificatio.
- Vita æterna.

Nam

1. Ad hunc articulum (remiſſionis peccatorum gratuitæ) reliqui de hiſtoria Chriſti, referri debent. Nam id beneficium, eſt finis hiſtoriæ. Ideo Chriſtus paſſus, & reſuſcitatus eſt: vt propter ipſum, nobis donarentur remiſſio peccatorum, & vita æterna.

2. Hæc promiſſio, ad hiſtoriam, de Chriſto, pertinet. Sicut & in ſymbolo additus eſt hiſtoriæ hic articulus: CREDO REMISSIONEM PECCATORVM: πιστεύω ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

Non propter noſtra merita, μὴ δι' ἀξίαν τῆς ἀγαθουργίας ἡμῶν, μήτε διὰ τὰ προηγησάμενα, ἢ παρεπόμενα τῶν ἡμετέρων κατορθωμάτων, id eſt, non propter dignitatem bonorum operum, vel propter rectè facta præcurrentia, aut ſequentia. Hic enim honos Chriſti non debet transferri in noſtra opera: quæ ſunt αἴτιον ψευδές, ἢ ἀναίτιον, falſa cauſa, vel non cauſa iuſtificationis noſtræ.

**Propoſitio.** *Quanquam Euangelium requirit pœnitentiam, ἀπαιτεῖ τὴν μετάνοιαν: tamen docet, remiſſionem peccatorum GRATIS donari, hoc eſt, non pendêre ex conditione noſtræ dignitatis: nec dari propter vlla præcedentia opera, aut dignitatem ſequentium.*

**Ratio.** *Vt remiſſio peccatorum ſit certa: εἰς τὸ βέβαιον εἶναι τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.*

**Confirmatio.** *Fieret enim incerta, σφαλερὰ, καὶ ἀβέβαιος: ſi ita ſentiendum eſſet: tum demum nobis contingere remiſſionem peccatorum: poſtquam eam præcedentibus operibus meriti eſſemus: aut ſatis digna eſſet pœnitentia.*

Sed EX FIDE GRATIS (quæ eſt vera cauſa) Idq́ probatur integra argumẽtatione. Cuius partes ſunt:

**Expolitio,** *quæ eſt partim*

- Ἔντεχνος, inſita, & in arte infixa, conſtans ratione. Conſcientia enim in veris pauoribus, nullum inuenit opus, quod poſſit opponere iræ Dei. Et Chriſtus nobis DONATVS, & propoſitus eſt: vt ſit propitiator ἹΛΑΣΤΉΡ. Atq́ hic illius honor eſt proprius.
- Ἄτεχνος, ab arte remota, & aſſumpta à teſtimonijs. Ideo
  - PAVLVS ait:
    - GRATIS ſaluati eſtis, τῇ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. Eph. 2.
    - Ideo ex FIDE, GRATIS: vt firma ſit promiſſio. Hoc eſt, ita erit certa remiſſio: cum ſciemus, eam non pendêre, ex conditione noſtræ dignitatis: ſed donari, propter Chriſtum. Rom. 4.
  - Ita docent S. Patres. Et extat apud AMBROSIVM, memorabilis, & maximè inſignis ſententia, his verbis: HOC CONSTITVTVM eſt à Deo, vt qui CREDIT IN CHRISTVM, ſaluus ſit: ſine opere, SOLA FIDE, GRATIS accipiens remiſſionem peccatorum.

**Concluſio.** *Hæc eſt firma, & neceſſaria conſolatio, pijs, & perterrefactis mentibus.*

## Quintus articulus, de Prædicatione Pœnitentiæ.

- **Item,**
  - **DOCENT,** *Chriſtum inſtituiſſe miniſteriũ, τὴν διακονίαν, Euangelij, quod prædicat pœnitentiam, & remiſſionẽ peccatorũ. Hic ſciendum eſt,*
    - *1. Quàm latè iſta mandata pateant. Eſt enim vtraq; prædicatio* VNIVERSALIS, *ἀμφότερον τὸ κήρυγμά ἐστι καθολικόν. Nam &*
      - OMNIVM *peccata arguit, πάσας γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀπελέγχει.*
      - OMNIBVS *credentibus promittit remiſſionem peccatorum: καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἄφεσιν αὐτῶν ἐπαγγέλλεται,*
        - *Vt non ſit incerta, σφαλερὰ, ἀμφισβητήσιμος, ἢ ἀβέβαιος, promiſſio.*
        - *Sed vt* OMNES *perterrefactæ mentes, agnitione τῇ ἐπιγνώσει τῶν ἁμαρτιῶν, peccatorum, ſciant, ſe debere credere: quòd certò nobis donetur remiſſio peccatorum, propter Chriſtum: non propter noſtra merita, aut dignitatem: μὴ διὰ τὴν ἰδίαν ἱκανοποιίαν, ἢ ἀξιότητα.*
    - *2. Quid hĩc cõſequamur. Cum enim hoc modo nos conſolamur promiſſione, ſeu Euangelio: & erigimus nos* FIDE, *& liberamur à terroribus peccati per Spiritum ſanctum:*
      - *Certò conſequimur remiſſionem peccatorum: ἀνενδοιάστως τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως ἐπιτυχεῖς γινόμεθα.*
      - *Simul datur nobis* SPIRITVS *Sanctus: καὶ ἅμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ θεὸς ἡμῖν χαρίζεται: qui Spiritus datur, & efficax eſt, per verbum, & per ſacramenta: διὰ τε τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν μυστηρίων. Nã cum Euangelium audimus, aut cogitamus: aut ſacramenta tractamus: & fide nos conſolamur: ſimul eſt efficax Spiritus ſanctus. Iuxta illud Pauli ad*
        - *Galatas 3. vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti detur credentibus.*
        - *Corinthios. Euangelium eſt miniſterium Spiritus.*
        - *Romanos. Fides ex auditu eſt.*
      - *Corda virtutes cæteras concipiunt:*
        - *Dei*
          - *Veram*
            - *Miſericordiæ agnitionem, τὸ εὔσπλαγχνον, καὶ φιλάνθρωπον, ἢ τὸ ἔλεος.*
            - *Dilectionem, ἀγάπην.*
          - *Verum timorem, φόβον.*
        - *Fiduciam, πεποίθησιν.*
        - *Spem auxilij diuini, προσδοκίαν τῆς βοηθείας τοῦ θεοῦ.*
        - *Inuocationem, ἐπίκλησιν αὐτοῦ μόνου.*
        - *Similes fructus Spiritus.*
  - **DAMNANT,**
    - *1. Illos, qui*
      - *Nihil docent de hac fide: qua remiſſio peccatorum accipitur.*
      - *Iubent, conſcientias dubitare: an conſequantur remiſſionem.*
      - *Addunt, hanc dubitationem, non eſſe peccatum.*
      - *Non docent, credendum eſſe, quòd gratis, propter Chriſtum remiſſio peccatorum donetur.*
    - *2. Phanaticos ſpiritus, qui*
      - *Fingunt, Spiritum ſanctum dari, aut efficacem eſſe, ſine verbo Dei.*
      - *Contemnunt, ob eam cauſam, miniſterium Euangelij, & Sacramentorum.*
      - *Quærunt illuminationes ſine verbo Dei, et extra Euangelium.*
      - *Abducunt animos à verbo Dei, ad proprias opiniones, quod eſt pernicioſiſſimum.*
        - *Huiusmodi furores iſtorum, quales olim fuerunt Manichæi, & Enthuſiaſtæ, & quales nunc ſunt Anabaptiſtæ, conſtanter damnamus. Nam*
          - *Abolent verum vſum Dei.*
          - *Falſò ſomniant, ſine verbo Dei externo, contingere, & accipi Spiritũ Sanctum, per ipſorum præparationes, & opera.*
          - *Freti ſuis opinionibus, comminiſcuntur impia dogmata: & efficiunt infinitam diſſipationem.*

HIC ARTICVLVS IN PRIma confeſsione ſic ſcriptus eſt.

Vt hanc fidem conſequamur: inſtitutum eſt Miniſterium docendi Euangelium, & porrigendi Sacramenta. Nam per verbum, & Sacramenta, tanquam per INSTRVMENTA, donatur Spiritus Sanctus: qui FIDEM efficit, VBI, & QVANDO viſum eſt DEO, in ijs, qui audiunt Euangelium. Scilicet, quòd Deus, non propter noſtra merita: ſed propter Chriſtum, iuſtificet hos, qui credunt, ſe, propter Chriſtum in gratiam, recipi.

DAMNANT Anabaptiſtas, & alios, qui ſentiunt, Spiritum ſanctum contingere, ſine verbo externo hominibus, per ipſorum præparationes, & opera.

## Sextus articulus, de Iuſtitia bonorum operum.

*Item,*

- *I.* DOCENT, *quòd, cùm fide reconciliamur: neceſſariò ſequi debeat* IVSTITIA *bonorum operum: quæ Deus nobis mandauit. Sicut & Chriſtus præcipit. Si vis vitã æternam ingredi: ſerua mandata. Sed quia tanta eſt infirmitas humanæ naturæ: vt nemo legi Dei ſatisfacere poſſit: neceſſe eſt doceri homines:*
  - *Non ſolum, quòd legi Dei obediendum ſit.*
  - *Sed etiam, quomodo placeat hæc obedientia. Ne conſcientiæ incidant in deſperationem: cum intelligant, ſe non ſatisfacere legi. placet igitur hæc obedientia,*
    - *1. Non, quia legi ſatisfacit: ſed quia perſona eſt in Chriſto reconciliata, fide: & credit, ſibi reliquias peccati condonari. Sẽper igitur ſentiendum eſt,*
      - *Nos conſequi remiſſionem peccatorum: & perſonam pronunciari iuſtam, id eſt, acceptari* GRATIS, *propter Chriſtum, per fidem. Non enim poteſt conſcientia opponere iudicio Dei, propriam mundiciem, aut opera. Sicut*
        - *Teſtatur Pſalmus. Nõ intres in iudicium, cum ſeruo tuo. Quia non iuſtificabitur corãm te omnis viuens.*
        - IOANNES *ait: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus: Si confiteamur peccata noſtra: fidelis, & iuſtus eſt: vt remittat nobis peccata noſtra.*
        - CHRISTVS *inquit: Cum feceritis omnia, dicite: ſerui inutiles ſum⁹.*
      - *Poſtea verò (.ſ. poſtquam perſona reconciliata, & iuſta fide, id eſt, accepta eſt) placere etiam obedientiam erga legem: & hanc*
        - *Reputari quandam iuſtitiam. Sicut Ioannes inquit: Omnis, qui in eo manet: non peccat. Et 2. Corinth. 1. Gloria noſtra hæc eſt: teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.*
        - *Mereri præmia.*
    - *2. Si ea*
      - *Repugnat (vt debet) prauis cupiditatibus.*
      - *Si ſpiritualibus exercitijs fit purior.*
      - *Cauet, ne quid committamus, contra conſcientiam. Iuxta illud: Summa legis eſt,* DILECTIO *ex puro corde: & conſcientia bona, & fide non ficta.*
- *II. Reprehendunt eos: qui obtemperant prauis cupiditatibus: & agunt contra conſcientiam. Verſantur enim iſti in peccatis* MORTALIBVS: *nec retinẽt fidei iuſtitiam: nec iuſtitiam bonorum operum. Iuxta illud Pauli. Qui talia agunt: regnum Dei non poſſidebunt.*

### In veteri confeſsione breuius eſt hic articulus poſitus.

*Item, docent, quòd Fides illa debeat* BONOS FRVCTVS *parere: & quòd oporteat* BONA OPERA, *mandata à Deo, facere: propter voluntatem Dei: non vt confidamus per ea opera Iuſtificationem coràm Deo mereri. Nam Remiſſio peccatorum, & iuſtificatio* FIDE *apprehenditur: ſicut & teſtatur vox Chriſti: Cum feceritis hæc omnia: dicite,* SERVI *inutiles ſumus. Idem docent, & veteres Scriptores Eccleſiaſtici.* AMBROSIVS *enim inquit:* Hoc conſtitutum eſt à Deo: vt qui credit in Chriſtum; ſaluus ſit, ſine opere, ſola fide, gratis accipiens remiſsionem peccatorum,

# APOLOGIA LOCI DE IVSTIFICATIONE hominis: de qua confeſsio extat in articulo Quarto, Quinto, & Sexto.

## GLOSSA ORDINAR. IN *EPISTOLAM IACOBI.*

Quòd Abraham per fidem, ſine operibus iuſtificatus dicitur: de operibus, quæ præcedebant, intelligitur. Quia per opera, quæ fecit, iuſtus non erat: ſed SOLA FIDE.

Tria ſunt huius diſputationis κεφάλαια, capita. Nam quædam ſunt

- 1. Προοιμιαστικά. Initio enim quædam poſita eſt præfatio: quæ habet
  - Κατάστασιν, propoſitionē, τῆς
    - ΣΤΑΣΕΩΣ, id eſt, noſtræ doctrinæ, damnatæ ab aduerſarijs. Quòd docemus: homines non propter ſua merita, ſed gratis ꝑpter Chriſtum, conſequi remiſſionē peccatorum, FIDE in Chriſtū. Vtramq; n. damnāt partem:
      - Ἀποφατικὴν: quòd negamus, homines, propter ſua merita, conſequi remiſſionem peccatorum.
      - Καταφατικὴν: quòd affirmamus, homines fide cōſequi remiſſionem peccatorum: & fide in Chriſtum iuſtificari.
    - ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ, demonſtrationis: cuius partes ſunt,
      - Προκατασκευή, quæ aditus eſt ad hanc diſceptationem. Ex qua ὑποθέσεις, & tanquam fontes cognoſci poterunt, DOCTRINAE
        - NOSTRAE.
        - ADVERSARIORVM.
      - Πίστις, & probatio, quæ
        - Confirmabit noſtram confeſſionem.
        - Diluet ea, quæ aduerſarij obijciunt.
  - Σύστασιν. In hac enim controuerſia præcipuus locus doctrinæ Chriſtianæ agitatur: qui rectè intellectus,
    - Honorem Chriſti
      - Illuſtrat.
      - Amplificat.
    - Affert neceſſariam, & vberrimam conſolationem pijs conſcientijs.
  - Ἀντίθεσιν, & διαβολήν. Nam Aduerſarij miſerè contaminant hunc locum: cū neq; intelligūt, quid ſit
    - Remiſſio peccatorum.
    - Fides.
    - Gratia.
    - Iuſtitia.
    - Itaq;
      - Obſcurant Chriſti
        - Gloriam.
        - Beneficia.
      - Eripiunt pijs conſcientijs propoſitas in Chriſto conſolationes.
- 2. Κατασκευαστικά: quibus defenditur noſtra doctrina de Iuſtificatione. Videlicet: quòd ſola FIDES iuſtificet: & quòd remiſſionem peccatorum SOLA Fide in Chriſtum conſequamur.
- 3. Ἀνασκευαστικά: quibus reſpondetur ad argumenta Aduerſariorum: & diluuntur ea, quæ iſti obijciunt.

# ΤΑ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ, DE SCRIpturæ diſtributione, & quottuplex ſit Iuſtitia.

*Vniuerſa Scriptura diſtribuitur in duos locos præcipuos. IN*

- *Legē.*
  - *Tradit enim ἡ γραφὴ ἁγία, aliâs*
    - *Legem. Vocamus autem legem, in hac diſputatione*
      - *Non leges*
        - *Ceremoniales.*
        - *Iudiciales.*
      - *Sed præcepta Decalogi: vbicunque illa in ſcripturis leguntur. Decalogus autē requirit opera*
        - *Longè ſupra RATIONEM poſita. Scilicet:*
          - *Verè*
            - *Deum*
              - *Timere.*
              - *Diligere.*
              - *Inuocare.*
            - *Statuere, quòd Deus exaudiat.*
          - *Expectare auxilium Dei in*
            - *Morte.*
            - *Omnibus afflictionibus.*
          - *Obedire Deo in*
            - *Morte.*
            - *Afflictionibus, ne has fugiamus, aut auerſemur: cum Deus imponit.*
        - *Externa illa ciuilia: quæ ratio vtcunque efficere poteſt.*
- *Promiſſiones.*
  - *Promiſſionem de Chriſto. Cum autē promittit in*
    - *Veteri inſtrumento, Chriſtū venturum eſſe: & pollicetur, propter eum*
      - *Remiſſionem peccatorum.*
      - *Iuſtificationem.*
      - *Vitam æternam.*
    - *EVANGELIO ipſe Chriſtus, poſtquam apparuit, eadē: vt*
      - Αφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν
      - Δικαίωσιν.
      - Ζωὴν αἰώνιον.

*Sic iuſtitia vel eſt*

- *Rationis, & legis, quam humana ratio aliquo modo naturaliter intelligit. Habet enim idem iudicium ſcriptum diuinitus in MENTE, de ciuilibus operibus: præter quæ, nihil aliud facit ratio. Interim enim neque timet Deum, neque verè credit ſe Deo curæ eſſe. Hæc Philoſophica, & Phariſaica nominatur Iuſtitia. A Paulo ἡ ἐκ τοῦ νόμου δικαιοσύνη, Iuſtitia, quæ eſt ex Lege. Rom. 10.*
- *Chriſtiana, & Euangelica, quæ eſt FIDEI: δικαιοσύνη πίστεως, Rom. 4. et ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη. Rom. 10. ſine qua neque dilectio Dei in hominibus exiſtere, neque quid ſit dilectio, intelligi poteſt.*

*Aduerſarij intuentur præcepta ſecundæ tabulæ, quæ iuſtitiam ciuilem continent: quam intelligit ratio. Hac contenti: putant ſe legi Dei ſatisfacere. Interim primam tabulam non vident: quæ præcipit, vt diligamus Deum: vt verè ſtatuamus, quòd Deus exaudiat. At humanus animus ſine Spiritu ſancto, aut ſecurus, contemnit iudicium Dei: aut in pœna, fugit, & odit iudicantem Deum. Itaque non obtemperat primæ tabulæ.*

# ADVERSARIORVM DE IVSTIFICAtione, & iuſtitia, falſa doctrina.

- **Ex his Aduerſarij ſumunt Legẽ, & Scholaſtici, ſecuti Philoſophos, tantũ docent Iuſtitiam rationis, videlicet, ciuilia opera: & per legẽ quærũt**
  - *REmiſſionem peccatorum.*
  - *Iuſtificationem.*
    - *Nam*
      - *Primum*
        - 1\. *Fingunt, quòd* RATIO, *ſine Spiritu Sancto, poſſit diligere Deum, ſupra omnia.*
        - 2\. *Docent, homines reos æternæ iræ mereri peccatorum remiſſionem, per actũ elicitæ dilectionis, hoc eſt, faciendo quod eſt in ſe, hoc eſt, ſi ratio dolens de peccato, eliciat actum dilectionũ Dei, aut benè operetur, propter Deum. Hæc opinio, quia naturaliter blanditur hominibus, peperit, & auxit multos cultus in Eccleſia: vota monaſtica, abuſus Miſſæ, & ſubinde alij alios cultus, atq; obſeruationes ea opinione excogitarunt.*
        - 3\. *Affirmant (vt fiduciam talium operum alant, & augeant) Deum neceſſariò gratiam dare, ſic operanti: neceſſitate, non coactionis, ſed immutabilitatis.*
      - *Deinde, ne Chriſtum omnino prætereant: requirũt notitiam de Chriſto. Etenim*
        - 1\. *Tribuunt ei, quòd meruerit, nobis dari quendã habitum, ſiue, ut ipſi vocant, primam gratiam: quam intelligunt, habitum eſſe inclinantem, vt facilius diligamus Deũ. Exiguũ tamẽ eſt: quod huic habitui tribuunt. Quia*
          - *Fingunt,*
            - *Actus voluntatis, eiusdẽ ſpeciei eſſe*
              - *Ante*
              - *Poſt*
              - } *Habitum illum.*
            - *Voluntatem poſſe diligere Deum: ſed habitus ille tamen extimulat: vt idem faciat libentius.*
          - *Iubent mereri*
            - *Hunc habitum primum per præcedentia merita.*
            - *Incrementum illius habitus, & vitam æternam, operibus legis. Ita ſomniant, ſe propria impletione legis mereri remiſſionem peccatorum, & coràm Deo iuſtos reputari.*
        - 2\. *Poſt habitum illum dilectionis,*
          - *Fingunt, hominem de* CONDIGNO *mereri. Et fingunt diſcrimen inter meritum*
            - CONGRVI
            - CONDIGNI.
          - *Iubent dubitare, vtrum adſit habitus,*

# ISTORVM ERRORVM reprehenſio.

Nam donec humanus animus ocioſus eſt: nec ſentit iram, aut iudicium Dei: fingere poteſt: quòd velit
- Deum diligire.
- Benefacere.

Impoßibile enim eſt, diligere Deum: niſi prius FIDE apprehendatur remißio peccatorum. Non enim poteſt cor, verè ſentiens Deum iraſci: diligere Deum, niſi oſtendatur placatus. Donec terret: & videtur nos abijcere in æternam mortem: non poteſt ſe erigere natura humana: vt diligat iratum, iudicantem, & punientem. Facile eſt, ocioſis fingere iſta ſomnia, de dilectione: quòd reus peccati mortalis, poſſit Deum diligere ſupra omnia. Quia non ſentiunt: quid ſit ira, aut iudicium Dei. At in agone conſcientiæ, & in acie, experitur conſcientia vanitatem illarum ſpeculationum philoſophicarum. Paulus ait: Lex iram operatur. Non dicit, per legem mereri homines remißionem peccatorum. Lex enim ſemper accuſat conſcientias, & perterrefacit. Non igitur iuſtificat. Quia conſcientia perterrefacta lege, fugit iudicium Dei. Errant igitur: qui per legem, per opera ſua mereri ſe remißionem peccatorum confidunt.

In hac opinione, multi magni, & pernicioſi errores hærent. Nam ex his opinionibus,

Plura ſequuntur ἄτοπα. Si enim hæc eſt Chriſtiana iuſtitia: ſi meremur remißionem peccatorum his noſtris actibus elicitis: & ſi iuſtificari poſſumus per rationem, & opera rationis:
- Nihil intereſt, inter philoſophiã, & Chriſti doctrinam. Et inter iuſtitiam philoſophicam, & Chriſtianam.
- Nihil præſtat Chriſtus: nec accipimus gratis, propter ipſius merita, remißionem peccatorum.
- Nihil opus eſt Chriſto, aut regeneratione.

Eò iam prolapſa res eſt: vt multi irrideant nos, qui docemus: aliam iuſtitiã, præter philoſophicam, quærendam eſſe. Itaque
- Audiuimus quoſdam, pro concione ablegato Euangelio, Ariſtotelis Ethica enarrare.
- Videmus extare libellos, in quibus conferũtur quædam dicta Socratis, Zenonis, & aliorum dictis. quaſi traderet Chriſtus leges, per quas mereremur remißionem peccatorum.

Si recipimus hanc aduerſariorum doctrinam: quòd mereamur remißionem peccatorum, & iuſtificationem, operibus rationis: nihil intererit, inter iuſtitiam philoſophicam, aut certè Phariſaicam, & Chriſtianam. Ita ſepeliunt Chriſtum: ne eo Mediatore vtantur homines: & propter ipſum, ſentiant, ſe gratis accipere remißionem peccatorum, & reconciliationem.

Cum tamen legi nunquam ſatisfiat: cum ratio nihil faciat, niſi quædam ciuilia opera: interim neq; timeat Deum, neq; verè credat, ſe ei curæ eſſe.

Sed ludunt tantum: ne videantur apertè Πελαγιανίζειν. Nam ſi Deus neceſſariò dat gratiam, pro merito congrui: iã non eſt meritum congrui: ſed meritum condigni. quanquam quid dicant, non vident.

Quomodo igitur ſciunt: vtrum de congruo, an de condigno mereantur.

## ADVERSARIORVM DOCTRI-
### na, de iuſtitia rationis, ſeu legis ſumma.

ITA nihil docent Aduerſarij, niſi iuſtitiam Rationis, aut certè Legis: in quam intuentur: ſicut Iudæi in velatam Moſi faciem: & in ſecuris hypocritis, qui putãt ſe legi ſatisfacere, excitant præſumptionem, & inanem fiduciam operum, & contemptum gratiæ Chriſti. E contra, pauidas conſcientias adigunt ad deſperationem: quæ operantes cum dubitatione, nunquam poſſunt experiri, quid ſit fides: & quàm efficax. Ita ad extremum penitus deſperant.

## ANTIΘΕΣΙΣ, QVOMODO NOSTRI ſentiant, de Iuſtitia rationis.

- *I. Διδασκαλίαν, doctrinam ſuperiori contrariam. Habet autem bipartitam*
  - *Propoſitionem. nos enim de Iuſtitia rationis ſic ſentimus: quòd*
    - *Deus requirat eam.*
    - *Propter* MANDATVM *Dei, neceſſariò ſint facienda honeſta opera: quæ* DECALOGVS *præcipit.*
  - *Confirmationẽ. Alteram ἀπὸ τοῦ*
    - *Δικαίου, à iuſto, hoc eſt à Dei voluntate. Quæ probatio conſtat*
      - *Teſtimonijs. Iuxta illa:*
        - *Lex eſt pædagogus.*
        - *Lex eſt iniuſtis poſita.*
      - *Ἐπικρίσεως ἀπολογικῆ. Deus enim*
        - *Vult coherceri carnales, illa ciuili diſciplina.*
        - *Dedit ad hanc conſeruandam,*
          - *Leges.*
          - *Literas.*
          - *Doctrinam.*
          - *Magiſtratus.*
          - *Pœnas.*
    - *Δυνατοῦ. Nam poteſt hanc iuſtitiam vtcunq; ratio ſuis viribus efficere. quanquam ſæpè vincitur*
      - *Imbecillitate naturali.*
      - *Impellente Diabolo, ad manifeſta flagitia.*
- *II. Σύστασιν, laudationẽ. Eius eſt*
  - *Propoſitio per occupationẽ. Quæ habet*
    - *Conceſſionem. Quanquam autem huic Iuſtitiæ rationis libenter tribuimus ſuas laudes.*
    - *Rationem. Nullum enim maius bonum habet hæc natura corrupta. Ac Deus eam ornat corporalibus præmijs.*
    - *Confirmationem. Et rectè inquit Ariſtoteles, neq; Heſperum, neq; Luciferum formoſiorem eſſe iuſtitia.*
    - *Correctionem. Tamen non debet cum contumelia Chriſti laudari.*
  - *Approbatio*
    - *Categorica. quæ ducta eſt à*
      - *Contrarijs. nam hic improbantur θεοὺς ψευδεῖς. Falſum enim eſt, & contumelioſum in Chriſtum: quòd*
        - *1. Per opera noſtra mereamur remiſsionem peccatorum.*
        - *2. Homines reputentur eſſe iuſti coràm Deo: propter iuſtitiam rationis.*
        - *3. Ratio, etiamſi ciuilia opera efficere poteſt: tamen proprijs viribus poſſit Deum ſuper omnia diligere: & legem Dei facere. Videlicet,*
          - *Verè*
            - *Timere Deum.*
            - *Statuere, quòd Deus exaudiat.*
          - *Velle Deo obedire, in*
            - *Morte.*
            - *Alijs ordinationibus Dei.*
          - *Non cõcupiſcere aliena.*
        - *4. Non peccent homines, facientes præcepta Dei, ſine gratia.*
      - *Teſtimonijs.* ♀
    - *Hypothetica.* ⊙

# ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΙΑ, approbatio facta teſtimonijs.

♀ *Huius noſtræ ſententiæ teſtimonia habemus, ex*

Scripturis. *Nam*

*Chriſtus inquit, Ioannis*

III. *Niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu: non poteſt introire in regnum Dei. Quòd ſi opus eſt renaſci per Spiritum Sanctum: iuſtitia rationis non iuſtificat nos coràm Deo: non facit legem.*

VIII. *Si vos filius liberauerit, verè liberi eſtis. Non igitur poſſumus per rationem liberari à peccatis, & mereri remiſſionem peccatorum.*

*Paulus, Roman.*

III. *Omnes carent gloria Dei, id eſt, carent ſapientia, & iuſtitia Dei: quæ Deum agnoſcit, & glorificat.*

VIII. *Senſus carnis, inimicitia eſt aduerſus Deum. Legi enim Dei non eſt ſubiectus: ac ne poteſt quidem ſubijci. Qui autem in carne ſunt: Deo placere non poſſunt.* ——

*Hæc adeò aperta ſunt teſtimonia: vt non deſiderent acutũ intellectorem: ſed attentum auditorem. vt Auguſtini verbis vtamur: quibus ille in eadem cauſa vſus eſt.*

Patribus. *Nam Auguſtinus copioſiſſimè diſputat*

*Contra Pelagianos: Gratiam non dari, propter merita noſtra.*

*De natura, & gratia, inquit. Si poſſibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoſcendum, quomodo viuere debeat, & ad benè viuendum, ſufficit: ſibi ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Cur non etiam hic exclamem? Imò exclamabo: & iſtos increpabo dolore Chriſtiano. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in natura iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & veſtram volentes conſtituere: iuſtitiæ Dei non eſtis ſubiecti. Sicut enim finis legis: ita etiam naturæ humanæ vitioſæ ſaluator Chriſtus eſt: ad iuſtitiam omni credenti.*

## Approbatio Hypothetica.

☉ *Si ſenſus carnis*

*Eſt inimicitia aduerſus Deum:*

*Certè caro non diligit Deum.*

*Peccat caro etiam, cum externa opera ciuilia facimus. Cum enim hæreant in natura hominis, contemptus Dei, dubitatio de verbo Dei, de minis, & promiſſionibus: verè peccant homines: etiam cum honeſta opera faciunt, ſine Spiritu Sancto. Quia faciunt ea impio corde. Iuxta illud: Quicquid non eſt ex fide: peccatum eſt. Tales enim operantur cum contemptu Dei. Sicut Epicurus, non ſentit ſe Deo curæ eſſe, reſpici, aut exaudiri à Deo. Hic contemptus vitiat opera in ſpeciem honeſta. Quia Deus iudicat corda.*

*Nõ poteſt legi Dei ſubijci:*

*Non poteſt Deum diligere.*

*Certè peccat: etiamſi egregia facta, & digna laude, iuxta humanum iudicium, habet.*

# De iuſtitia Euangelij, quod prædicat iuſtitiam FIDEI, in Chriſtum.

- *I. Non poſſumus per* LEGEM *à peccato liberari, ac iuſtificari. Quia homines*
  - *Non poſſunt,* VIRIBVS *ſuis, legem Dei facere.*
  - *Omnes ſunt ſub peccato; & rei æternæ iræ, ac mortis.*
- *II. III. & IIII. Promiſſio remiſsionis peccatorũ, & iuſtificationis,*
  - *Data eſt, propter* CHRISTVM, *qui eſt*
    - *Datus, pro* NOBIS: *vt ſatisfaceret, pro peccatis* MVNDI.
    - *Poſitus* MEDIATOR, *ac Propitiator.*
  - *Non habet Conditionem meritorum noſtrorum.*
  - GRATIS *offert remiſsionem peccatorum, & iuſtificationem. Sicut Paulus ait: Si ex operibus: iam non eſt gratia. Et alibi: Iuſtitia Dei iam manifeſtatur, ſine lege, id eſt, gratis offertur remiſsio peccatorum. Contingit igitur iuſtificatio, per gratuitam promiſsionem.*
- *V.* RECONCILIATIO *non pendet ex noſtris meritis. Nam ſi penderet ex noſtris meritis remiſsio peccatorum, & reconciliatio eſſet ex lege: eſſet inutilis. Quia enim legem non facimus: ſequeretur etiam promiſsionem reconciliationis nunquam nobis contingere. Sic argumentatur Paulus Rom. 4. Si ex lege eſſet hæreditas: inanis eſſet fides, & abolita promiſsio. Si enim promiſsio requireret Conditionem meritorum noſtrorum, ac legem: cum legem nunquam faciamus, ſequeretur, promiſsionem inutilem eſſe.*
- *VI. Sequitur ergo, quòd non poſsimus ipſi nos iuſtificare. Alioqui quorſum opus erat promittere?*
- *VII. Promiſſio, quæ nobis oppreſsis peccato, & morte, gratis* OFFERT *recõciliationẽ, propter Chriſtum, non poteſt accipi, niſi Fide, quæ affert ad Deum, fiduciam,*
  - *Non propriorum meritorum.*
  - *Sed tantum promiſsionis, ſeu promiſſæ miſericordiæ in Chriſto. Hæc igitur* FIDES SPECIALIS, *qua credit vnusquiſq;* SIBI *remitti peccata, propter Chriſtũ, & propter eundem, eſſe* SIBI *placatum, & propitium Deum,*
    - *Conſequitur remiſsionem peccatorum.*
    - *Iuſtificat nos.*
    - *Mortificat concupiſcentiam, &c. Quia in pœnitentia, id eſt, in terroribus*
      - *Conſolatur, & regit corda.*
      - *Regenerat nos.*
      - *Affert Spiritũ ſanctũ, vt deinde legẽ Dei facere poſſimus. ſ.*
        - *Diligere Deũ.*
        - *Verè timere Deum.*
        - *Verè ſtatuere, quod exaudiat.*
        - *Obedire ei in omnib. afflictionibus.*
- *VIII. Euangelium igitur, quod eſt propriè promiſsio remiſsionis peccatorum, & iuſtificationis, propter Chriſtũ, prædicat iuſtitia* FIDEI IN CHRISTVM.

*Hic conſiderẽtur*

- *Effectus, ipſa Iuſtificatio. Hoc eſt,*
  - *Peccatornm remiſsio, & ab his liberatio.*
  - *Reconciliatio.*
- *Cauſæ, tum*
  - *Veræ:*
    - *CHriſtus datus pro nobis: vt ſatisfaceret pro peccatis mundi, poſitus Mediator, ac propitiator.*
    - *Data promiſſio iuſtificatiõis, propter Chriſtũ, quæ eſt gratuita.*
    - *Promiſſa Dei Patris miſericordia in Chriſto.*
    - FIDES ἀποδεχομένη, *ſibi illa applicans.*
  - *Falſæ:*
    - *Lex, quia eã nemo in hac corrupta natura præſtare poteſt.*
    - *Homo, cum viribus ſuis: quæ non ſunt integræ.*
    - *Opera, & merita noſtra: quæ legi non ſatis faciunt.*

## ΔΙΑΚΡΙΣΙΣ, *DISCRIMINATIO.*

*Iuſtitiam* FIDEI *in Chriſtum non docet lex: neq; hæc eſt Iuſtitia legis. Nam hæc à nobis requirit opera noſtra, & perfectionem noſtram. Sed promiſsio offert nobis oppreſsis peccato, & morte gratis reconciliationem, propter Chriſtũ: quæ accipitur non operibus: ſed* SOLA FIDE.

## DE FIDE, QVÆ EST ΑΠΟ-ΔΕΧΟΜΈΝΗ ΑΙΤΊΑ ΤΗ͂Σ ΔΙΚΑΙΏΣΕΩΣ, *id eſt, cauſa accipiens iuſtificationem.*

Ita Fides, quæ GRATIS accipit remiſsionem peccatorum ( quia opponit Mediatorem Chriſtum iræ Dei ) nō opponit Noſtra merita, aut Dilectionem noſtram. Quæ fides eſt vera cognitio, ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ, Chriſti : & regenerat corda, & præcedit legis impletionem.

## ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ.

De hac Fide, nulla ſyllaba extat in doctrina aduerſariorum noſtrorum. Proinde eos reprehendimus : quòd tantum tradunt Iuſtitiam Legis: non tradunt Iuſtitiam Euangelij : quod prædicat iuſtitiam fidei, in Chriſtum.

# De fide Iuſtificante, quid illa ſit, &c.

- *I. Verbi ambigui, τοῦ ὁμωνύμου λέξεως, diſtinctio. Nam* FIDES, *ἡ Πίστις, eſt*
  - *1. Aduerſarijs tantum* Notitia *hiſtoriæ de Chriſto. Ideoq́ docent, eam cum peccato mortali poſſe exiſtere.*
  - *2. Paulo Apoſtolo, & aliâs in Prophetis, & reliquis Apoſtolis, Fiducia, πεποίθησις, qua aſſentimur promiſſionib. Dei, & qua ille dicit homines iuſtificari. Qui enim reputātur iuſti coràm Deo: non verſantur in peccato mortali. Sic Paulus Rom. 4. affirmat, ſe de fide loqui, qua aſſentimur promiſſioni. Cum ait: Ideo ex fide gratis: vt ſit firma promiſſio.*
- *II. Rei diſcriminatio, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλλοτρίων διάστασις. Facile autem poteſt cerni diſcrimen inter*
  - *Hanc fidem iuſtificantem, quam τὴν δικαιοσύνην vocant.*
  - *Iuſtitiā legis, quæ dicitur ἡ ἐκ τοῦ νόμου δικαιοσύνη.*
  - *Vtrunque enim eſt λατρεία cultus. Nam*
    - *Fides eſt λατρεία, quæ accipit à Deo oblata beneficia. Fide enim ſic vult coli Deus: vt ab ipſo accipiamus ea, quæ promittit, & offert.*
    - *Iuſtitia legis, eſt λατρεία, quæ offert Deo noſtra merita.*
- *III. Rei definitio, ὅρος. Cuius partes ſunt:*
  - *Τὸ ὁριζόμενον, id quod definiendo eſt explicandum. Vt* FIDES. *Quod verbum eſt τῶν πρός τι, aliò relatum. Et habet, vt Dialectici loquuntur,*
    - *Fundamentum, & ἀντιστρέφον, correlatiuū,*
      - *Falſum. Noſtra merita, propter quæ non donatur nobis remiſſio peccatorum: nec poſſunt pro peccatis noſtis ſatisfacere.*
      - *Verum. Quoties igitur de fide iuſtificante loquimur: ſciendū eſt, hæc tria* OBIECTA, *προκαταρκτικὰ αἴτια concurrere:*
        - Promiſſionem, *& quidem gratuitam. ſeu Miſericordiam promiſſam in Chriſto, & propter Chriſtū. Promiſſio enim accipitur Fide: Gratuitum excludit noſtra merita: & ſignificat, tantū per Miſericordiam offerri beneficium.*
        - Merita Chriſti, *quæ ſunt pretium.*
        - Propitiationem *certam pro peccatis noſtris.*
    - *Terminū, τὸ πέρας.*
      - *Improprium, Noſſe hiſtoriam.*
      - *Propriū. Aſſentiri, & fidere promiſſioni Dei, & gratuitæ, miſericordiæ Dei, & meritis Chriſti propitiatoris, & Mediatoris. Deus enim κατὰ τὸ ἵλεως, nos pronunciat iuſtos, propter Chriſtum: quē voluit eſſe redemptorem noſtrum: ſed non reputat nos iuſtos, propter legem, aut dignitatem noſtram, aut opera noſtra.*
      - *Etenim*
        - *Non ſatis eſt, quòd Chriſtus ſit*
          - *Natus.*
          - *Paſſus.*
          - *Reſuſcitatus.*
          - *Et cætera.*
        - *Sed addendus etiam eſt ille articulus, qui eſt cauſa finalis hiſtoriæ,* Credo *remiſſionem peccatorum. Ad hunc referri cætera oportet, quòd ἄφεσις ἁμαρτιῶν donetur nobis, propter Chriſtum, non propter noſtra merita.*
  - *Ὁρισμὸς, ipſa explicatio, & finitio, quæ κατὰ συμπλοκὴν, id eſt, coniūctione vtriusq́ termini confecta eſt. Nam illa* Fides, *quæ iuſtificat, non eſt tantum* Notitia *hiſtoriæ: ſed eſt,* Aſſentiri *promiſſioni Dei: in qua gratis propter Chriſtum, offertur Remiſſio peccatorum, & Iuſtificatio, vel in qua promiſſione Deus pollicetur, ſe nobis propitium fore, propter Chriſtum. Et eſt,* velle, *&* accipere *oblatam promiſſionem remiſſionis peccatorū, & iuſtificationem. Complectitur igitur hæc fides, 1. notitiam hiſtoriæ. 2. fiduciam aſſentientem promiſſioni: ad quam hiſtoria referenda eſt: quarum illa eſt in intellectu: hæc in voluntate: quæ vult, & accipit beneficium oblatū.*
- *IIII. Cauſæ, vt αἰτία*
  - *Προκαταρκτική, quam Obiectum nominăt, eſt* Miſericordia *promiſſa. Quam Scriptura crebrò implorat. Et S. Patres ſæpe dicunt, nos per miſericordiam ſaluari. Quoties igitur ſit mentio miſericordiæ: ſciendū eſt: quòd fides ibi requiratur: quæ promiſſionem miſericordiæ accipit. Et rurſus, quoties non de fide loquimur: intelligi volumus obiectum ſcilicet miſericordiam promiſſam. Nam fides non ideo iuſtificat, aut ſaluat: quia ipſa ſit opus per ſeſe dignum: ſed tantùm, quia accipit miſericordiam promiſſam.*
  - *Ποιητική, efficiens. quomodo nimirum* contingat Fides. *Qua de re infra.* ✕✕
- *V. Ἀπόδειξις, demonſtratio definitionis. Quòd enim Fides ſignificet, nō tantùm hiſtoriæ notitiam: ſed illam fidem: quæ aſſentitur promiſſioni: apertè teſtantur,*
  - *Paulus: qui ait, iuſtitiam ideo ex fide eſſe: vt ſit firma promiſſio. Sentit enim promiſſionem non poſſe accipi, niſi fide. Quare inter ſe correlatiuè, ἀντιστρέφοντως, comparat, & connectit promiſſionem, & fidem. Quanquam facile erit iudicare: quid ſit fides: ſi Symbolum conſideremus. Vbi certè ponitur hic articulus:* Credo *Remiſſionem peccatorum.*
  - *Prophetæ, & Pſalmi.* ♉

## Patres in Veteri teſtamento, vt Sanctos in Nouo, promiſsionem de Chriſto nouiſſe: & iuſtificatos eſſe, non per legem, ſed per promiſsionem, & fidem.

*Hic cultus, & hæc λατρεία præcipuè laudatur in veteri instrumento. Quanquā enim lex non doceat gratuitam Remiſsionē peccatorum: tamen Patres*

*Norant promiſsionem de Chriſto: quòd Deus propter Chriſtum, vellet remittere peccata. Cū igitur intelligerēt, Chriſtum fore pretiū pro noſtris peccatis: ſciebant opera noſtra non eſſe pretium rei tantæ. Ideo gratuitam remiſsionem peccatorum, FIDE accipiebant: ſicut Sancti in Nouo teſtamento.*

*Iuſtificabantur, nō per legem, ſed per promiſsionem, & Fidem.*

*Ac mirū eſt, aduerſarios adeo extenuare fidem. Cū videant, vbiq; pro præcipuo cultu laudari in Pſalmis, & in Prophetis. vt in*

*Pſalmo,*

CXXX. *Vbi ſunt crebræ repetitiones miſericordiæ, & fidei. Dauid igitur*

1. *Confitetur peccata: nec allegat merita ſua. Cum ait: Si iniquitates obſeruaueris: quis ſuſtinebit?*

2. *Erigit ſe fiducia miſericordiæ Dei. Quia apud te propitiatio eſt.*

3. *Citat promiſsionem. Suſtinuit anima mea in verbo eius. Sperauit anima mea in Domino. Id eſt, quia promiſiſti remiſsionem peccatorum: hac tua promiſsione, ſuſtentor.*

XLIX. *Inuoca me in die tribulationis: & eripiam te. Ita vult innoteſcere Deus: ita vult ſe coli: vt accipiamus beneficia, & quidē accipiamus, propter ipſius miſericordiam: non propter merita noſtra. Hæc eſt ampliſsima conſolatio in omnibus actionibus. Et huiuſmodi conſolationes abolent aduerſarij: cum fidem extenuant: & tamen docent, homines per opera, & merita, cum Deo agere.*

GENESI. *Cum enim Abraham audiuit hanc vocem: Noli timere. Ego enim ſum protector tuus, &c. erexit ſe: & ſentit, Deum ſibi propitium eſſe: non quia ipſe meritus eſſet: ſed quia neceſſe eſſet, Dei promiſsionem veram iudicari. Hæc igitur fides imputatur ei pro iuſtitia, hoc eſt, quia aſſentitur promiſsioni, & accipit oblatam reconciliationem: iam verè eſt iuſtus, & acceptus Deo: non propter dignitatem ſuam: ſed quia gratuitam promiſsionem Dei accipit. Hunc locum Paulus citat: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Hoc eſt, ſenſit ſe habere Deum propitium: tantum propter ipſius promiſsionem. Aſſenſus eſt promiſsioni Dei: nec paſſus eſt, ſe ab ea abſtrahi: etiamſi videbat ſe immundum, atq; indignum eſſe. Sentiebat Deum præſtare promiſſum: propter veritatem ſuam, non propter opera, aut merita noſtra.*

Non poſſunt acquieſcere perterrefacta corda: ſi ſentire debēt: ſe, propter opera propria, aut propriam dilectionem, aut legis impletionem, placere. Quia hæret in carne peccatum: quod ſemper accuſat nos. Tunc autem acquieſcunt corda: quando in illis terroribus ſtatuūt: nos ideo placere Deo: quia promiſit: & Deum præſtare promiſſum, propter ſuam veritatem: non propter dignitatem noſtram. Non fruſtra placuit Paulo hoc teſtimonium Geneſis. Videmus, quomodo exaggeret: quàm diligenter in eo cōmoretur. Quia videbat naturam fidei in hoc loco facile perſpici poſſe. Videbat diſertè in eo addi teſtimonium, de imputatione iuſtitiæ. Videbat adimi operibus laudem, promerendæ iuſtificationis, & pacatæ conſcientiæ. Cum Abraham ideo pronuncietur iuſtus: quia aſſentitur promiſsioni: & accipit oblatam reconciliationem: non opponit iræ Dei merita, aut opera. Quare hic locus diligenter conſideratus, copioſe de tota re pias mentes docere poterit.

# Quomodo contingat fides, & qualis ea ſit, de qua loquimur, & de modo Regenerationis.

XX *Ac ne ... pu... nos ... ocioſa ...titia bi ...riæ lo... ...: ſcien dum eſt,*

- *I. Quomodo cõtingat, & detur nobis Fides. Hoc eſt, quæ ſint eius cauſæ:*
  - *Efficiens, αἴτιον ποιητικὸν, eſt Spiritus Sanctus. Huius enim opus eſt.*
  - *Sine qua non. Vt αἴτιον*
    - Ὀργανικὸν, *inſtrumentalis.* VERBVM *Dei, per quod accipitur. Nam cum Deo non poteſt agi, Deus non poteſt apprehendi, niſi per uerbum. Ideo iuſtificatio fit per verbum. Sicut Paulus inquit, Euangeliũ eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti. Ac Chriſtus Lucæ vltimo, iubet p̃dicari in nomine ſuo*
      - *Pœnitentiam,* μετάνοιαν.
      - *Remiſſionem peccatorum,* ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.
        - *Euangelium enim*
          - *Arguit omnes homines, quòd ſint ſub peccato: quòd omnes ſint rei æternæ iræ, ac mortis. Pœnitentiæ enim prædicatio, arguit nos, perterrefacit conſcientias, veris, & ſerijs terroribus.*
          - *Offert, propter Chriſtum, remiſſionem peccatorum, & Iuſtificationem: quæ fide accipitur. Nam in illis terroribꝰ corda rurſus debent concipere conſolationem. Id fit, ſi credant promiſſioni Chriſti: quòd propter ipſum habeamus remiſſionem peccatorum. Hæc fides in illis pauoribus erigens, & conſolans, accipit remiſſionem peccatorum, iuſtificat, & viuificat. Nam illa conſolatio eſt noua, & ſpiritualis vita.*
    - Ἀποδεχόμενον, *recipiens. Verbi auditus. Fides enim ex auditu.* ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος τοῦ Θεοῦ. *ſed auditus per verbum Dei.*
- *II. Qui effectus. De tali enim fide loquimur: quæ non eſt ocioſa cogitatio: ſed quæ à morte liberat, & nouam vitam in cordibus parit. Itaq; non* STAT CVM PECCATO *mortali: ſed tantiſper dum adeſt, bonos fructus parit. Primus igitur effectus eius eſt, hominis iuſtificatio: proximus noua vita: & noua obedientia, & boni fructus, hoc eſt, iuſtitia bonæ conſcientiæ, & bonorum operum: vel tranquillitas, & gaudium conſcientiæ: quia fide terrores vincũtur. Hunc effectum, ſequuntur inuocatio, ſpes, & dilectio Dei placati: vita æterna, & omnes euentus, vt liberatio ex captiuitate, &c.*

## *CONCLVSIO.*

Hæc plena, & perſpicua ſunt: & à pijs intelligi poſſunt. & habent Eccleſię teſtimonia. Quid enim poteſt dici de CONVERSIONE IMPII, ſeu de MODO REGENERATIONIS, ſimplicius, & clarius.

## ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ.

Aduerſarij nunquam poſſunt dicere: quomodo detur Spiritus Sanctus. Fingunt, Sacramenta conferre Spiritum Sanctum, ex opere operato: ſine bono motu accipientis. Quaſi verò ocioſa res ſit DONATIO Spiritus Sancti. Proferant vnum commentarium in Sententias, ex tanto Scriptorum agmine: qui de modo regenerationis dixerit. Cum loquuntur de habitu dilectionis; fingunt, homines Spiritum Sanctum, per opera mereri: non docent per verbum accipi: ſicut & hoc tempore, Anabaptiſtæ docent.

## ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ.

Miſericordia igitur Dei oſtenditur nobis in verbo, videlicet in Euangelio: ſeu promiſſionibus, quæ extant in Euangelio. Inſtrumentum, quo fit in nobis fides illã apprehendens, eſt ipſum verbum. Cauſæ efficientes, Spiritus Sanctus, qui eſt efficax, per verbum, & impellit mentem, & voluntatem hominis: ac voluntas aſſentiens, ſeu non repugnans. Subiectum, in quo hæc geruntur, eſt ipſa hominis anima, mens, & voluntas.

*Phil. Melanthon 1. lib. Rhetor.*

# Quòd ſola fides in Chriſtum iuſtificet.

*Diſputationis huius veſtibulum continet,*

- *I.* Σύστασιν, *commendationem à neceſſario. Primum enim monẽdi ſunt Lectores, quòd ſicut*
  - *1. Neceſſe eſt, hanc ſententiam tueri: quòd Chriſtus ſit Mediator: ita neceſſe ſit, defendere: quòd fides iuſtificet. Quomodo enim Chriſtus erit mediator: ſi in iuſtificatione non vtimur eo mediatore? Si non ſentimus: quòd propter ipſum iuſti reputemur? Id autem eſt credere, confidere meritis Chriſti: quòd propter ipſum, certò velit nobis Deus placatus eſſe.*
  - *2. Oportet defendere: quòd præter legem, neceſſaria ſit promiſſio Chriſti: ita neceſſe eſt, defendere: quòd fides iuſtificet. Lex enim non docet gratuitam remiſſionem peccatorum. Item, lex non poteſt fieri: niſi prius accepto Spiritu Sancto. Neceſſe eſt igitur, defendere: quòd promiſſio Chriſti neceſſaria ſit. At hæc non poteſt accipi, niſi fide. Itaq; qui negant, fidem iuſtificare: nihil niſi legem, abolito Euangelio, & abolito Chriſto, docent.*
- *II.* Ἀνασκευὴν, *refutationem, falſæ huius ſententiæ interpretationis. Cuius partes ſunt:*
  - ἡ πρότασις, *propoſitio. Sed nonnulli fortaſſis, cum dicitur: quòd fides iuſtificet, intelligunt de principio.*
  - ἡ ὑποφορὰ, *Obiectio. quòd fides ſit initium iuſtificationis: ſeu præparatio ad iuſtificationẽ. Ita vt non ſit ipſa fides illud, quo accepti ſumus Deo: ſed opera, quæ ſequuntur. Et ſomniant, fidem ideo valdè laudari: quia ſit principium. Cuius magna vis eſt: vt vulgò dicunt:* ἀρχὴ ἥμισυ παντός.
  - ἡ ἔκθεσις, *expoſitio illius à ſimili. vt, ſi quis dicat, quòd Grammatica efficiat omnium artium doctores. quia præparat ad alias artes: etiamſi ſua quenq; ars verè artificem efficiat.*
  - ἡ λύσις, *refutatio ipſa, per*
    - *Inficiationem. Non ſic de fide ſentimus.*
    - *Aſſeuerationẽ. Sed*
      - *1. Hic defendimus, quòd propriè, & verè ipſa fide, propter Chriſtum, iuſti reputemur, ſeu accepti Deo ſimus.*
      - *2. Quia* IVSTIFICARI, δικαιοῦσθαι, *ſignificat, ex* iniuſtis iuſtos effici, *ſeu regenerari: ſignificat &* IVSTOS *pronunciari, ſeu reputari. Vtroq; enim modo loquitur ſcriptura. Ideo volumus oſtendere initio: quòd ſola Fides ex iniuſto iuſtum efficiat. hoc eſt, accipiat remiſſionem peccatorum.*
- *III.* Πρόληψιν, *occupationem, de* μορίῳ ἐκκλειστικῷ, *particula excluſiua,* SOLA. *Conſtat*
  - *Propoſitione. Particula* SOLA, *fruſtra offendit quoſdam.*
  - *Refutatione, quæ fit teſtimonijs Pauli, ad*
    - *Rom. 3. cum ait:*
      - *Arbitramur* ἄνθρωπον πίστει δικαιοῦσθαι, *hominem iuſtificari fide, non ex operibus,* χωρὶς ἔργων νόμου.
      - *Gratis,* δωρεὰν, *iuſtificati, &c.* δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.
    - *Epheſios 2. Dei donum eſt, non ex vobis, neq; ex operibus: ne quis glorietur.*
    - *Si diſplicet excluſiua* SOLA: *tollant etiam ex Paulo illas excluſiuas,* GRATIS, *non ex operib. donum eſt. Sunt enim hæc* ταυτοσήμαντα.
  - *Explicatione. qua oſtẽditur, quòd*
    - *Excludamus in iuſtificatione opinionem, & fiduciam meriti*
      - *Dilectionis.*
      - *Operum.*
    - *Non excludam⁹*
      - *Verbum.*
      - *Sacramenta.*
      - *Vt calumniantur aduerſarij. Diximus enim ſupra, Fidem ex* verbo *cõcipi. Ac multò maximè ornamus miniſteriũ verbi.*
      - *Dilectionem, & opera ſic: ne ſequantur. Sequi enim fidem iſta debẽt.*

## Quòd ſola fide in Chriſtum, remiſsionem peccatorum conſequamur, ἀπόδειξις συλλογιστική, & primum argumentum γραφικόν.

Qvod fides iuſtificet,
- I. Ex ſuperioribus argumentum ſumi poteſt. Quia
  - Verbum tantùm apprehenditur fide.
  - Iuſtificatio fit tantùm per verbum.
  - Iuſtificatio igitur apprehenditur fide. Ergo fides iuſtificat.
- II. Sunt aliæ maiores rationes, quibus id demonſtratur. Vt ſunt,
  - Argumenta ex Scriptura ſumpta, γραφικὰ ἐπιχειρήματα.
  - Teſtimonia Scripturæ, μαρτυρίαι τῆς ἁγίας γραφῆς.

### RELIQVA ΓΡΑΦΙΚΑ' ARGVMENTA.

### Alterum Argumentum.

Fateri etiam aduerſarios exiſtimamus: quòd in iuſtificatione, primùm neceſſaria eſt remiſſio peccatorum. Omnes enim ſub peccato ſumus. Quare ſic argumentamur:

- Conſequi remiſſionem peccatorum, eſt iuſtificari. Iuxta illud Pſalmi 31. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι: καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, &c.
- Sola fide in Chriſtum, non per dilectionem, non propter dilectionem, aut opera, conſequimur remiſſionem peccatorum: etſi dilectio ſequitur fidem.
- Igitur ſola fide iuſtificamur. Intelligendo Iuſtificationem, ex INIVSTO iuſtum effici, ſeu regenerari.

### MINORIS DECLARATIO, ET approbatio προσυλλογιστική.

Hæc ita facile poterit declarari: ſi ſciamus, quomodo fiat remiſſio peccatorum. Aduerſarij frigidiſſimè diſputant: Vtrum ſit vna MVTATIO, remiſſio peccatorum, & INFVSIO gratiæ. Ocioſi homines, quid dicerent, non habebant. In remiſſione peccatorum, oportet in cordibus vinci terrores peccati, & mortis æternæ. Sicut Paulus teſtatur 1. Corinth. 15.

,, ACVLEVS MORTIS PECCATVM EST.
,, Potentia verò peccati Lex.
,, Gratia autem Deo: qui dat nobis victoriam, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

### Id eſt,

Peccatum perterrefacit conſcientias. Id fit per legem, quæ oſtendit iram Dei aduerſus peccatum. Sed vincimus per Chriſtum. Quomodo? FIDE. Cum erigimus nos fiducia promiſſæ miſericordiæ, propter Chriſtum.

### Sic igitur probamus minorem.

Προσυλλογισμός,
- Si opponamus noſtra opera: ira Dei non poteſt placari.
  Quia Chriſtus propoſitus eſt propitiator: vt propter ipſum fiat nobis placatus pater.
- Chriſtus autem non apprehenditur, tanquam Mediator, niſi fide.
- Igitur ſola fide conſequimur remiſſionem peccatorum. cum erigimus corda, fiducia miſericordiæ, propter Chriſtum, promiſſæ.

ITEM,

Paulus Rom. 5. ait: Per ipſum habemus acceſſum ad Patrem: & addit, per Fidem. Sic igitur reconciliamur Patri, & accipimus remiſſionem peccatorum: quando erigimur fiducia promiſſæ miſericordiæ, propter Chriſtum. Docet igitur nos habere acceſſum, hoc eſt, pacem per Chriſtum. Et, vt oſtenderet, quomodo id fiat: addit quòd per fidem habeamus acceſſum. Fide igitur, propter Chriſtum, accipimus remiſſionem peccatorum. Non poſſumus iræ Dei opponere noſtram dilectionem, & opera noſtra.

## ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ.

Aduerſarij Chriſtum ita intelligunt Mediatorem, & propitiatorem eſſe, quia meruerit habitum dilectionis. Non iubent nunc eo vti Mediatore: ſed prorſus, ſepulto Chriſto, fingunt nos habere acceſſum, per propria opera. Et per hæc habitum illum mereri, & poſtea dilectione habere pacem conſcientię. An non eſt hoc prorſus ſepelire Chriſtum? & totam fidei doctrinam tollere?

## Tertium Argumentum.

III. Certum eſt, peccata remitti propter Chriſtum: Rom. 3. Quem poſuit Deus propitiatorem, ἱλαστήριον. Addit autem Paulus, per fidem; διὰ τῆς πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι.

Itaque nobis prodeſt hic propitiator; cum fide apprehendimus promiſſam in eo miſericordiam: & opponimus eam iræ, ac iudicio Dei.

## Antecedentis probatio.

In eandem ſententiam ſcriptum eſt ad Hebræos 4. Habemus pontificem, &c. Accedamns cum fiducia. Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, &c. Iubet enim accedere ad Deum: non fiducia noſtrorum meritorum: ſed fiducia pontificis Chriſti. μετὰ παρρησίας. Requirit igitur fidem. Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος: ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

## Quartum Argumentum.

IIII. Petrus in Actis, cap. 10. Huic (Chriſto) omnes Prophetæ teſtimonium perhibent: remiſsionem peccatorum accipere, per nomen eius: omnes, qui credunt in eum. Quomodo clarius potuit dicere? Remiſsionem peccatorum accipimus, inquit, per nomen eius: ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, hoc eſt, propter eum. Et addit, cum credimus in eum (πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν.) Neque enim poſſumus apprehendere nomen Chriſti, niſi fide. Præterea allegat conſenſum omnium Prophetarum. Hoc verè eſt allegare Eccleſiæ autoritatem.

Ergo non propter noſtra merita, non propter noſtram contritionem, attritionem, dilectionem, cultus, λαμβάνομεν, & non propter opera iuſtificamur.

## Quintum.

V. Promiſsio accipi non poteſt, niſi ſola fide.

Remiſsio peccatorum res eſt promiſſa, propter Chriſtum.

Igitur non poteſt accipi, niſi ſola fide.

## Maioris confirmatio.

Rom. 4. Ideo ex fide: vt ſit firma promiſsio, ſecundum gratiam. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν: εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν, παντὶ τῷ σπέρματι. Quaſi dicat: Si penderet res ex meritis noſtris; incerta, & inutilis eſſet promiſsio. quia nunquam conſtituere poſſemus: quando ſatis meriti eſſemus. Idque facile intelligere queunt peritę conſcientię.

Ideo Paulus ait, Galat 3. Concluſit Deus omnia ſub peccatum: vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti detur credentibus. Hic detrahit meritum nobis. Quia dicit, omnes reos eſſe: & concluſos ſub peccatum. Deinde addit promiſsionem remiſsionis peccatorum, & iuſtificationis DARI. Et addit, quomodo ACCIPI promiſsio poſsit, videlicet FIDE.

Atq; hæc ratio ſumpta ex proprio, id eſt, natura promiſsionis, apud Paulum præcipua eſt: & ſæpè repetitur. Neq; excogitari, neq; fingi quicquam poteſt: quo hoc argumentum eius euerti queat. Proinde non patiantur, ſe bonę mentes depelli, ab hac ſententia: quòd TANTVM FIDE ACCIPIAMVS remiſsionem peccatorum, propter Chriſtum. In hac habent certam, & firmam conſolationem, aduerſus peccati terrores, & aduerſus æternam mortem, & aduerſus omnes portas inferorum.

## Concluſio principalis quæſtionis.

Cum autem ſola fide accipiamus remiſsionem peccatorum, & reconciliationem, propter Chriſtum: SOLA FIDE iuſtificat. Quia reconciliati reputantur iuſti, & filij Dei: non propter ſuam mundiciem; ſed per miſericordiam, propter Chriſtum. ſi tamen hanc miſericordiam fide apprehendant. Ideoq; Scriptura teſtatur: quòd fide iuſti reputemur.

## NOTA.

Iuſtificatio, id eſt, reconciliatio, ſeu imputatio iuſtitiæ, poteſt dici, proprium fidei, ſeu ἀντιςρέφον, correlatiuum. Quia eſt quiddam, quòd neceſſariò, ex pacto Dei, fidem comitatur. Non enim aliter poſſumus aſſentiri promiſsioni, niſi fide. Contingit igitur promiſſa reconciliatio, non propter aliquod noſtrum opus, aut noſtram dignitatem, aut noſtras virtutes vllas: ſed propter Chriſtum. Et tamen aliquid eſſe oportet, quo id beneficium accipiamus. Fide igitur accipimus.

## Hactenus ΓΡΑΦΙΚΑ argumenta, hoc eſt, ex Sacra Scriptura ſumpta.

## Sequuntur Scripturæ teſtimonia: quibus res magis fiet perſpicua: quòd ſola fide conſequamur remiſsionem peccatorum, propter Chriſtum: & quòd ſola FIDE iuſtificemur, hoc eſt, ex iniuſtis iuſti efficiamur, ſeu regeneremur.

*Paulus in Epiſtola ad Romanos præcipuè de hoc loco diſputat. Ac*

- *I. Proponit: quòd gratis, δωρεὰν, iuſtificemur, fide: credentes nobis Deum placatum, propter Chriſtum. Et hanc κατάστασιν, propoſitionem, quæ ſtatum vniuerſæ diſputationis cōtinet, tertio ca. tradit. Arbitramur hominem fide iuſtificari: non ex operibus legis. Cuius altera interp̄tatio eſt*
  - *Aduerſariorum, nimirum falſa. Interpretantur enim per ἔργα νόμου, opera legis, ceremonias Leuiticas.*
  - *Vera, vt noſtra. Nam Paulus loquitur*
    - *Non ſolum de ceremonijs.*
    - *Sed etiā de tota lege.*
    - *Idq; confirmatur*
      - *Ratione. Si enim opera moralia mererentur remiſsionē peccatorū, et iuſtificationem:*
        - *Nihil opus eſſet Chriſto, & promiſsione.*
        - *Ruerēt omnia illa, quæ Paulus de promiſsione loquitur.*
      - *Teſtimonijs, tum*
        - *Ipſius Pauli. Nā*
          - *1: Allegat infra, ex Decalogo: Non concupiſces.*
          - *2. Malè ſcriberet ad Epheſios: gratis nos ſaluatos eſſe: & donum Dei eſſe: non ex operibus.*
          - *3. Allegat*
            - *Abraham.*
            - *Dauidem.*
            - *At hi, de circumciſione habuerunt mandatum Dei. Itaq; ſi vlla opera iuſtificabāt: neceſſe erat, illa opera tunc, cum mandatū haberēt, etiam iuſtificaſſe.*
        - *Auguſtini. qui rectè docet, Paulum de tota lege loqui. Sicut prolixè diſputat, de Spiritu, & litera. Vbi poſtremò ait. His igitur conſideratis, pertractatisq;, pro viribus: quas Dominus donare dignatur: colligimus, non iuſtificari hominem præceptis bonæ vitæ: niſi per fidē* IESV CHRISTI.
- *II. Munit, & confirmat hanc ſententiam longa diſputatione, in quarto capite ad Romanos: ne putemus, ei temerè illam excidiſſe. Et deinde in omnibus epiſtolis eandem repetit. Sed plena eſt tota Scriptura talibus teſtimonijs: quia alibi legem, alibi promiſsiones de Chriſto, & de remiſsione peccatorum, & de gratuita acceptatione, propter Chriſtum, tradit. Nos ex plurimis, ponemus hic tantummodò locos ſelectos.*

**I. Apoſtolorum.**

- **Pauli, ad**
  - **ROMANOS, cap.**
    - **IIII.** *Operanti merces non imputatur ſecundum gratiam: ſed ſecundum debitum. Ei autem, qui non operatur, credit autem in eum, qui iuſtificat impiū, reputatur fides eius ad iuſtitiam. Hic clarè dicit, fidem ipſam imputari ad iuſtitiam. Fides igitur eſt illa res, quam Deus pronunciat, eſſe iuſtitiam. Et addit, gratis imputari. Et negat, poſſe gratis imputari: ſi propter opera deberetur. Quare excludit etiā merita operum moralium. Nam ſi his deberetur iuſtificatio coràm Deo: nō imputaretur fides ad iuſtitiam, ſine operibus.*

      *Dicimus enim, quòd Abrahæ imputata eſt fides, ad iuſtitiam.*
    - **V.** *Iuſtificati ex fide: pacem habemus, erga Deum. Id eſt, habemus conſcientias tranquillas, & lætas, coràm Deo.*
    - **X.** *Corde creditur ad iuſtitiam. Vbi pronunciat, fidem eſſe iuſtitiam cordis.*
  - **GALATAS II.** *Nos in Chriſto Ieſu credimus: vt iuſtificemur, ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.*
  - **EPHESIOS II.** *Gratia enim ſaluati eſtis, per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt: non ex operibus, ne quis glorietur.*
- **Ioannis, cap.**
  - **I.** *Dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo, nati ſunt.*
  - **III.** *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat.*
  - *Item, Non miſit Deus Filium ſuum in mundum: vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus, per eum.*

**II. Euangeliſtæ Lucæ, Actorum,**

- **IIII.** *Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus: qui factus eſt in caput anguli. Et non eſt in aliquo alio ſalus. Neq; enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus: in quo oporteat nos ſaluos fieri. Nomen autem Chriſti, tantum fide apprehenditur. Igitur fiducia nominis Chriſti, non fiducia noſtrorum operum ſaluamur. Nomen enim hic ſignificat cauſam, quæ allegatur, propter quam contingit ſalus. Et allegare nomen Chriſti, eſt confidere nomine Chriſti: tanquam cauſa, ſeu precio, propter quod ſaluamur.*
- **XIII.** *Notum igitur ſit vobis, viri fratres, quòd per hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur: & ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege iuſtificari, in hoc omnis, qui credit, iuſtificabitur. Quomodo potuit clarius de officio Chriſti, & de iuſtificatione dici? Lex, inquit, non iuſtificabat. Ideo Chriſtus datus eſt, vt credamus, nos, propter ipſum iuſtificari. Apertè legi detrahit iuſtificationem. Ergo propter Chriſtum iuſti reputamur: cum credimus, nobis Deum placatū eſſe, propter ipſum.*
- **XV.** *Fide purificans corda eorum. Quare fides illa, de qua loquuntur Apoſtoli, non eſt ocioſa notitia: ſed res accipiens Spiritum Sanctum, & iuſtificans nos.*

**III. Prophetarum. Vt,**

- **ABACVC II.** Iuſtus ex fide viuit, ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται. *Hic primùm dicit, homines fide eſſe iuſtos: qua credunt, Deum propitium eſſe: & addit, quòd fides eadem viuificet. Quia hæc fides parit in corde pacem, & gaudium, & vitam æternam. Rom. 10. Heb. 10.*
- **ESAIAE LIII.** *Notitia eius iuſtificabit multos. Quid eſt autem notitia Chriſti: niſi noſſe beneficia Chriſti, promiſſiones, quas per Euangelium ſparſit in mundum? Et hæc beneficia noſſe, propriè, & verè eſt credere in Chriſtum: credere, quòd quæ promiſit Deus, propter Chriſtum, certò præſtet.* καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον.

# PATRVM TESTIMONIA.

*Extant & apud S. Patres ſparſim ſimilia teſtimonia. Nam*

*I. AMBROSIVS inquit in Epiſtola ad Ireneum quendam. Subditus autem mundus eò per legem factus eſt: quia ex præſcripto legis omnes conueniuntur: & ex operibus legis nemo iuſtificatur. Id eſt, quia per legem peccatum cognoſcitur: ſed culpa non relaxatur. Videbatur lex nocuiſſe: quæ omnes fecerat peccatores: ſed veniens Dominus Ieſus, peccatum omnibus, quod nemo poterat euitare, donauit: & Chirographum noſtrum, ſui ſanguinis effuſione deleuit. Hoc eſt, quod ait: Abundauit peccatum per legem: ſuper abundauit autem gratia, per Ieſum. Quia poſtquam totus mundus ſubditus factus eſt, totius mundi peccatum abſtulit. Sicut teſtificatus eſt Ioannes, dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi. Et ideo nemo glorietur in operibus: quia nemo factis ſuis iuſtificatur. Sed qui iuſtus eſt, donatum habet: quia poſt* LAVACRVM *iuſtificatus eſt.* FIDES *ergo eſt, quæ liberat per ſanguinem Chriſti. Quia beatus ille, cui peccatum remittitur, & venia donatur. Hæc ille.*

*Hæc Ambroſij verba apertè patrocinantur noſtræ ſententiæ. detrahit enim is operibus iuſtificationem, & tribuit fidei: quòd liberet per ſanguinē Chriſti. Ac* Αντίθεσις *conſideretur. Conferantur in vnum aceruum Sententiarij omnes: qui magnificis titulis ornantur. Nam alij vocantur* Angelici, *alij* Subtiles, *alij* Irrefragabiles. *Omnes iſti lecti, & relecti, non tantum conferent ad intelligendum Paulum: quantum confert hæc vna Ambroſij ſententia.*

*II. AVGVSTINVS in eandem ſententiam, multa contra Pelagianos ſcribit. De Spiritu, & litera ſic ait:*

*Ideo quippe proponitur iuſtitia legis: quòd qui fecerit eam, viuet in illa: vt cum quisq; infirmitatem ſuam cognouerit: non per ſuas vires, neq; per literam ipſius legis (quod fieri non poteſt) ſed per* FIDEM, *concilians iuſtificatorem, perueniat, & faciat, & viuat in ea. Opus rectum, quod qui fecerit, viuet in eo, non fit, niſi in iuſtificato. Iuſtificatio autem, ex* FIDE *impetratur.* ——

*Hic clarè dicit, Iuſtificatorem* FIDE *conciliari, & iuſtificationem fide impetrari.*

*Paulò poſt. Ex* Lege *timemus Deum: ex* Fide *ſperamus in Deum: ſed timentibus pœnam, abſconditur gratia. Sub quo timore, anima laborans, &c. per Fidem confugiat ad miſericordiam Dei: vt det, quod iubet. Recitabuntur autem paulò poſt & alia quædam.* ——

*Hic docet, lege terreri corda: fide autem conſolationem capere, & docet, prius fide apprehendere miſericordiam, quàm legem facere conemur.*

Profectò mirum eſt, aduerſarios tot locis Scripturæ nihil moueri: quæ apertè tribuunt Iuſtificationem ipſi Fidei: & quidem detrahunt operibus. Num fruſtra exiſtimant toties idem repeti? Num arbitrantur, excidiſſe Spiritui Sancto, non animaduertenti has voces?

## Refutatio aduerſariorum.

- *I. Πρότασιν, propoſitionem. Sed excogitauerunt etiam cauillum: quo ſuperiora eludunt.*
- *II. Ὑποφορὰν, obiectionem. Dicunt de fide* FORMATA *accipi debere. Hoc eſt, non tribuunt fidei iuſtificationem: niſi propter dilectionem. Imò prorſus non tribuunt fidei iuſtificationem: ſed tantum dilectioni. Quia ſomniant, fidem poſſe ſtare cum peccato mortali.*
- *III. Ἀνασκευὴν, vel λύσιν, refutationem, & diſſolutionem illius cauilli. Cuius partes ſunt,*
  - 1. Propoſitio. *Quorſum hoc pertinet: niſi vt promiſſionem iterum aboleant: & redeant ad legẽ?*
  - 2. Ratio. *Nam ſi fides accipit remiſſionem peccatorum, propter dilectionẽ: ſemper erit incerta remiſſio peccatorum.*
  - 3. Approbatio. *Quia nunquã diligimus tantũ: quantum debemus. Imò non diligimus: niſi certò ſtatuant corda: quòd donata ſit nobis remiſſio peccatorum.*
  - 4. Concluſio. *Ita aduerſarij, dum requirunt fiduciam propriæ dilectionis in remiſſione peccatorum, & iuſtificatione: Euangelium abolẽt: cum tamen dilectionem illam neq; præſtent, neq; intelligant: niſi credant, gratis accipi remiſſionem peccatorum.*

Hactenus ſatis copioſè oſtendimus, & teſtimonijs Scripturæ, & argumentis, ex Scriptura ſumptis, vt res magis fieret perſpicua, quòd SOLA FIDE conſequamur remiſſionem peccatorum, propter Chriſtum: & quòd ſola fide iuſtificemur, hoc eſt, ex iniuſtis iuſti efficiamur, ſeu regeneremur.

## Antitheſis.

*Noſtræ iſti contrariæ doctrinæ partes ſunt:*

- *Conceſſio, cum correctione. Et eſt*
  - *Propoſitio. Dicimus, quòd* DILECTIO *Fidem* SEQVI *debeat.*
  - *Eius Ratio, à Pauli teſtimonio: qui ait: In Chriſto Ieſu, neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fides, per dilectionem efficax.*
- *Compenſatio, ἡ ἀντιπαραγωγή. Quæ conſtat*
  - *Ἄρσει, remotione cauſæ falſæ. Neq; enim ſentiendũ eſt: quòd accipiamus remiſſionem peccatorũ, & reconciliationem, aut*
    - *Fiducia huius dilectionis.*
    - *Propter hãc dilectionem.*
      - *Sicut neq; accipimus remiſſionẽ peccatorũ, propter alia opera ſequẽtia.*
  - *Θέσει, Affirmatione cauſæ veræ. Sed accipimus remiſſionẽ peccatorum ſola fide (non formata) ſed propriè dicta. quia promiſſio non poteſt accipi, niſi fide. Cuius hic traduntur,*
    - *Definitio. Eſt enim Fides propriè dicta, ἡ κυρίως λεγομένη πίστις, quæ aſſentitur promiſſioni. De hac fide loquitur Scriptura. Neq; hæc fides eſt ocioſa notitia.*
    - *Cauſa. Eſt opus Spiritus Sancti.*
    - *Effectus. Nam*
      - *Prius hac fide iuſti reputamur propter Chriſtũ. Nam*
        - *Accipit remiſſionem peccatorum.*
        - *Reconciliat nos Deo, eiq; nos acceptos reddit.*
          - *Hac igitur liberamur à morte, hac eriguntur, & viuificantur perterrefactæ mẽtes. Reddit .n. conſcientias pacatas, & tranquillas.*
      - *Poſteà diligimus, & legem facimus: etſi neceſſariò ſequitur dilectio.*
    - *Cognata, τὰ συγγενῆ,*
      - *Spes expectans futuram vitam.*
      - *Inuocatio.*
      - *Dilectio.*
    - *Repugnantia. Cum enim fides hæc non ſit ocioſa notitia: non poteſt ſtare cum peccato mortali. Pugnantia præterea ſunt: ſimulatio fidei, deſperatio, pauor impius.*
  - *Πορίσματι, conſecutione, tanquam corollario, & coronide. Rectius itaq; Fides illa vocari poteſt,* GRATIA *gratum faciens, quàm effectus ſequẽs, videlicet,* DILECTIO.

# ΣΥΣΤΑΣΙΣ, Commendatio Fidei huius, qua iuſtificamur, cognitionis.

*Facile autem iudicari poteſt, quàm neceſſaria ſit huius fidei cognitio. Quia*

- *Primum,*
  - *In hac vna Fide, conſpicitur Chriſti officium.*
  - *Hac vna, accipimus Chriſti beneficia.*
  - *Hæc vna affert certam, & firmam conſolationem pijs mentibus.*
- *Deinde, Oportet in Eccleſia extare doctrinam, ex qua concipiant pij certã ſpem ſalutis. Quomodo enim in morte ſuſtentabunt ſe iſti: qui de hac fide nihil audiuerunt? qui putant, dubitandum eſſe: vtrum conſequantur remiſſionem peccatorum?*
- *Præterea, neceſſe eſt retineri in Eccleſia Chriſti Euangelium, hoc eſt, promiſſionem: quòd gratis, propter Chriſtum, remittantur peccata.*

*Id Euangelium penitus abolent: qui de hac fide, de qua loquimur, nihil docent. Vt,*

ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ.

- SCHOLASTICI, *qui ne verbum quidem de hac fide tradunt.*
- ADVERSARII, *qui illos ſequuntur. Infeliciter enim conſulunt hominibus: dum iubent dubitare: vtrum conſequantur remiſsionem peccatorum. Itaq; improbant hanc fidem. Qua improbata: nõ vident, ſe totam promiſsionem gratuitæ remiſsionis peccatorum, & iuſtitiæ Chriſti, abolere.*

# De Dilectione, & Impletione legis: & quid de hac noſtri ſentiant: ac rurſus, de bonis operibus.

*I. Oporteat, & neceſſe ſit, legem in nobis inchoari, & ſubinde magis, magisq́ fieri. Falsò igitur calumniantur nos aduerſarij: quòd noſtri non doceant bona opera: cùm ea requirant.*

*II. Quæ ſint illa. loquimur autem*
- *Non de Ceremonijs.*
- *Sed de alia lege, videlicet de Decalogo. Et complectimur ſimul vtrunq́,*
  - *Spirituales cordis, & ſanctos motus, quos lex præcipit. Et qui ſint illi, oſtendit Propheta, cum ait: Dabo legem meam, in corda eorum. Nimirum, Diligere*
    - DEVM, *hoc eſt,*
      - *Eum*
        - *Timere.*
        - *Diligere.*
        - *Prædicare.*
      - *Ab eo auxilium*
        - *Petere.*
        - *Expectare.*
      - *Ei*
        - *Gratias agere.*
        - *Obedire in afflictionib. Huc igitur patientia refertur.*
      - *Hæc ſunt propriè Legis diuinæ, id eſt, affectus cordis, erga Deum: qui præcipiũtur in prima tabula.*
    - *Proximos. Cuius generis dona ſunt: caſtitas, & alia opera ſecundæ tabulæ.*
  - *Externa opera legis, vt illa ciuilia, πολιτικά.*

Qua- tuor … ſunt …

*III. Quomodo fieri poſſint. Videlicet, per Chriſtum, qui ad hoc datus, eſt: ut propter eum donetur nobis*
- REMISSIO *peccatorum. Cum enim audito Euangelio, & remiſſione peccatornm,* FIDE *erigimur: concipimus Spiritum Sanctum. Vt iam rectè de Deo ſentire poſſimus: & timere Deũ, & credere ei.*
- FIDES, *quæ cum afferat Spiritum Sanctum: & pariat nouã vitam in cordibus: neceſſe eſt, quòd pariat ſpirituales motus in cordibus. Poſtquam igitur fide iuſtificati, & renati ſumus: incipimus Deum timere, diligere, &c. quæ lex requirit, agere. Quia corda habent ſpirituales, & ſanctos motus.*
- SPIRITVS *Sanctus: qui nouam, & æternam vitam, ac æternam iuſtitiã in nobis pariat.i.*
  - *Primùm oſtendat Chriſtum. ſicut Ioan. 16. ſcriptum eſt. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet: & annunciabit vobis.*
  - *Deinde, & alia dona afferat:*
    - *Dilectionem.*
    - *Inuocationem.*
    - *Gratiarum actionem.*
    - *Caſtitatem.*
    - *Patientiam.*
- *Quare non poteſt lex verè fieri: niſi accepto Spiritu ſancto, per* FIDEM. *Ideo Paulus 3. Rom. inquit, legem ſtabiliri, non aboleri, per Fidem. Quia ita demùm fieri poteſt, cum contingit Spiritus Sanctus. Et 2. Cor. 3. velamen, quo facies Moſi tecta eſt, nõ poſſe tolli, dicit, niſi fide in Chriſtum: qua accipitur Spiritus Sanctus.*

*Eſt ergo huius quæſtionis* Status. *Legem ſine Chriſto, & ſine Spiritu Sancto, non poſſe fieri. Hoc eſt, niſi poſtquam fide iuſtificati ſumus, & renati, accipiamus Spiritum Sanctum. qui* accipitur Fide. *Iuxta illud Pauli, Gal. 3. Vt promiſſionem Spiritus accipiamus per fidem. Et,* Ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; *ex operibus legis Spiritũ accepiſtis an ex auditu fidei? ibid. Item, Quomodo poteſt humanum cor diligere Deum: dum ſentit, eum horribiliter iraſci: & opprimere nos, temporalibus, & perpetuis calamitatibus? Lex autem ſemper accuſat nos: ſemper oſtendit iraſci Deum. Non igitur Deus diligitur: niſi poſtquam apprehendimus, Fide, miſericordiam. Ita demum* Obiectum *fit amabile,* φιλητόν. *Quanquam igitur ciuilia opera, hoc eſt, externa opera legis, ſine Chriſto, & ſine Spiritu Sancto aliqua ex parte fieri poſſint: tamen ex his, quæ diximus, apparet: illa, quæ ſunt propriè legis diuinæ, hoc eſt, affectus cordis erga Deum, qui præcipiuntur in prima tabula, non poſſe fieri, ſine Spiritu Sancto. Eſt igitur fides motus: quo accipitur Spiritus Sanctus.*

*IIII. Quomodo Deo placeant. Non enim hoc tantum docemus: quomodo fieri Lex poſſit: ſed etiam, quomodo Deo placeat.* ∋∈

## Quomodo fiat Dilectio, & quomodo Deo placeat.

Conſtat igitur, noſtros requirere bona opera. Imò hoc addimus: quòd impoſsibile ſit, Dilectionem Dei, etſi exigua eſt, diuellere à fide. Quia, per Chriſtum, acceditur ad Patrem: & accepta remiſsione peccatorũ, verè iam ſtatuimus, nos habere Deum: hoc eſt, nos Deo curæ eſſe: inuocamus, agimus gratias, timemus, diligimus. Sicut Ioannes docet, in prima Epiſtola. NOS DILIGIMVS EVM, inquit, QVIA PRIOR DILEXIT NOS. Videlicet, quia dedit pro nobis filium: & remiſit nobis peccata. Ita ſignificat, præcedere fidem: ſequi dilectionem.

### PAVLI I. COR. III. LOCVS EXPLICATVS.

„ Sed vſq; in hodiernum, inquit, diem, cum legitur Moſes: velamen poſitum
„ eſt, ſuper cor eorum: cum autem conuerſi fuerint ad Deum: auferetur vela-
„ men. Dominus autem Spiritus eſt: vbi autẽ Spiritus Domini: ibi libertas.

Velamen intelligit Paulus, humanam opinionem de tota lege, Decalogo, & ceremonijs. Videlicet, quòd hypocritę putant, externa, & ciuilia opera ſatisfacere legi Dei, & ſacrificia, & cultus, ex opere operato, iuſtificare coràm Deo. Tunc autem detrahitur nobis hoc velamen, hoc eſt, eximitur hic error: quando Deus oſtendit, cordibus noſtris immundiciem noſtram, & magnitudinem peccati. Ibi primùm videmus, nos longè abeſſe ab impletione legis. Ibi cognoſcimus, quomodo caro ſecura, atq; ocioſa, nõ timeat Deum: nec verè ſtatuat, reſpici nos à Deo: ſed caſu naſci, & occidere homines. Ibi experimur, nos non credere, quòd Deus ignoſcat, & exaudiat. Cum verò, audito Euangelio, & remiſsione peccatorum, fide erigimur: concipimus Spiritum Sanctum: vt iam rectè de Deo ſentire poſsimus: & timere Deum, & ei credere, &c̃.

XX

*LEX Deo placet: ſi videlicet, aliquid à nobis fit,*

- *Non, quia legi ſatisfaciamus.* —— FALSA *Cauſa.*
- VERA *Cauſa.* *Sed quia ſumus in Chriſto. Nam fides illa, de qua loquimur, exiſtit in pœnitentia, hoc eſt, concipitur in terroribus conſcientiæ: quæ*
  - *Sentit iram Dei aduerſus noſtra peccata.*
  - *Quærit remiſsionem peccatorum, & liberari à peccato.*
  - *Et in talibus terroribus, & alijs afflictionibus, debet hæc fides creſcere, & confirmari.*

### ANTIΘΕΣΙΣ.

Quare Fides non poteſt exiſtere in his, qui ſecundum CARNEM viuunt: qui delectantur cupiditatibus ſuis, & eis obtemperant. Ideo Paulus ait: Nulla nunc damnatio eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundum carnem ambulant: ſed ſecundum Spiritum. Item, Debitores ſumus, non carni: vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Sin autem Spiritu actiones corporis mortificabitis, viuetis. Quare fides illa, quæ accipit remiſsionem peccatorum in corde perterrefacto, & fugiente peccatum, non MANET in his, qui obtemperant cupiditatibus: nec exiſtit, cum MORTALI PECCATO.

# QVOMODO ADVERSARII, ET hypocritæ ſentiant de Dilectione.

[...d Ad ...rſarij ...ſtri, ...ur ſua ...s Theologi. ...Lectim]

- I. Illam Æternam Legem, & longè poſitam ſupra omnium creaturarum ſenſum, atq; intellectum (Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde) prorſus non conſiderant. Ergo, primam tabulam nihil curant: quaſi nihil pertineat ad rem: aut certè tantùm externos cultus requirunt.
- II. Secundam Tabulam intuentur, & politica opera. Itaq; in grauiſſima delabūtur peccata, & in teterrimos errores. Dum docent:
  - I. Τὸ ἀσεβές. Nam ex fidei effectibus excerpunt vnum duntaxat: videlicet Dilectionem. Ita manifeſtè apparet, eos tantum docere Legem. Nam
    - Affirmando, et aſſeuerando,
      - Docent, quòd dilectio iuſtificet: quòd ſcilicet, propter noſtram dilectionem, habeamus Deum propitium.
      - Prædicant, ſe legem implere. — Cum hæc gloria propriè debeatur Chriſto.
      - Fiduciam propriorum operum opponunt iudicio Dei. Dicunt enim, ſe de cōdigno mereri gratiam, & vitam æternam. — Hæc eſt ſimpliciter impia, & vana fiducia. Nam in hac vita non poſſumus legi ſatisfacere. Quia natura carnalis non deſinit malos affectus parere: etſi his reſiſtit Spiritus in nobis.
    - Negando, τῇ ἀποφάσει. Non
      1. Docent prius accipiendam remiſſionem peccatorum, per FIDEM.
      2. Docent, de Mediatore Chriſto: quòd, propter ipſum, habeamus Deum propitium: ſed propter noſtram dilectionem.
      3. Dicunt: qualis ſit illa dilectio: neq; dicere poſſunt.
  - II. Τὸ ἀδυνάτον, quod fieri non poteſt. Euentus enim coarguit hypocritas (qui ſuis viribus conantur Legem facere) quòd nō poſſint præſtare, quæ conātur. Nam
    - Primùm, humana natura longè imbecillior eſt: quàm vt ſuis viribus reſiſtere Diabolo poſſit: qui habet captiuos omnes, qui non ſunt liberati, per fidem.
    - Deinde, POTENTIA Chriſti opus eſt, aduerſus Diabolum. Chriſtus enim vicit Diabolum, & dedit NOBIS, vt auxilio diuino & ipſi vincamus. Et 1. Ioan. 3. Ad hoc apparuit Filius Dei: vt ſoluat opera Diaboli. Dedit igitur nobis
      - Promiſſionem.
      - Spiritum Sanctum.
        - Videlicet, vt, quia ſcim⁹ nos propter Chriſtum exaudiri, & habere promiſſionem: petamus, vt gubernet, & propugnet nos Spiritus Sanctus: ne
          - Decepti, erremus.
          - Impulſi, contra voluntatē Dei, aliquid ſuſcipiamus. ſicut Pſalmus docet: Captiuam duxit captiuitatē. Dedit dona hominibus.

# Refutatio obiectionis Aduerſariorum.

**Hæc refutatio quæſtionis aduerſariæ habet**

- I. Ἀντίθεσιν, quæ eſt aduerſaria oratio, & ſententia. Cuius partes ſunt duæ: ἡ
  - Πρότασις. Sed quærat aliquis.
  - Ὑποφορά. Cum fateamur, Dilectionem opus eſſe Spiritus Sancti: cumq́ ſit iuſtitia (quia eſt impletio legis) cur non doceamus, quòd iuſtificet?
- II. Λύσιν, qua reſpondetur, dupliciter ratione. Quarum altera ducta eſt à
  - Cauſarum remiſſionis peccatorum diſtinctione. Ac conſtat
    - Propoſitione, κεφαλαίῳ, p
      - Ἄρσιν, remotionem falſarum cauſarum. Certum enim eſt, quòd non accipiamus remiſſionem peccatorum, neq; per dilectionem, neq; propter dilectionem noſtram.
      - Θέσιν, oppoſitionem cauſæ veræ. Sed eam accipimus, propter CHRISTVM, SOLA FIDE.
    - Ratione, ἐπιχειρήματι. SOLA enim Fides vincit terrores peccati, & mortis. Quia
      - Intuetur in promiſſionem.
      - Sentit ideo certò ſtatuendum eſſe: quòd Deus ignoſcat: quia Chriſtus non ſit fruſtra mortuus.
    - Confirmatione, ἐργασίᾳ, à contrariis. Nam, ſi quis
      - Dubitat, vtrum remittantur ſibi peccata: contumelia afficit Chriſtum: cum peccatum ſuum iudicat maius, aut efficacius eſſe: quàm mortem, & promiſſionem Chriſti. cum Paulus dicat, Gratiam exuberare ſupra peccatum, hoc eſt, miſericordiam MAIOREM eſſe, quàm peccatum.
      - Sentit, ſe ideo conſequi remiſſionem peccatorum, quia diligat: afficit contumelia Chriſtum: & comperiet in iudicio Dei, hanc fiduciam propriæ iuſtitiæ, impiam, & inanem eſſe.
    - Concluſione. Ergo neceſſe eſt: quòd Fides reconciliet, & ex iniuſto iuſtum efficiat.
    - Ἐπεξεργασίᾳ, repetitione falſæ cauſæ iuſtificationis. Et, ſicut non accipimus remiſſionem peccatorum, per alias virtutes legis, ſeu propter eas: vt propter patientiam, caſtitatem, obedientiam erga magiſtratus, &c. & tamen has virtutes ſequi oportet: ita neq; propter dilectionem Dei accipimus remiſſionem peccatorum: etſi ſequi eam neceſſe eſt.
  - Conſuetudine ſermonis, ἐκ τῆς λέξεως σχήματος. Cuius argumentationis partes ſunt:
    1. Propoſitio. Interdum eodem verbo, cauſam, & effectus complectimur, κατὰ συνεκδοχήν.
    2. Ratio ab exemplo. Ita Lucæ 7. Chriſtus ait: Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Nam ſic ſcribit Euangeliſta: ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί· ὅτι ἠγάπησε πολύ.
    3. Expoſitio rationis. Interpretatur enim ſeipſum Chriſtus, cum addit: fides tua te ſaluam fecit.
    4. Concluſio. Non igitur voluit Chriſtus: quòd mulier illo opere dilectionis, merita eſſet remiſſionem peccatorum.
    5. Ἀπολογία ἐπεξεργαστική. Ideo enim clarè dicit: Fides tua ſaluam te fecit. At Fides eſt: quæ apprehendit miſericordiam, propter verbum Dei, gratis. Si quis hoc negat fidem eſſe: prorſus non intelligit, quid ſit fides.

# HISTORIA DE MVLIERE, Lucæ 7. qui locus hîc eſt luculenter explicatus.

ET ipſa hiſtoria hoc loco oſtendit: quid vocet (Chriſtus) dilectionem. Mulier venit, hanc afferens de Chriſto opinionem: quòd apud ipſum quærenda eſſet remiſsio peccatorum. Hic cultus, eſt ſummus cultus Chriſti. Nihil potuit maius tribuere Chriſto. Hoc erat verè Meſsiam agnoſcere: quærere apud eum remiſsionem peccatorum. Porrò ſic de Chriſto ſentire: ſic colere, ſic amplecti Chriſtum: eſt verè credere. Chriſtus autem vſus eſt verbo dilectionis: non apud mulierem: ſed aduerſus Phariſæum. quia totum cultum Phariſæi, cum toto cultu mulieris comparabat. Obiurgat Phariſæum, quòd non agnoſceret ipſum eſſe Meſsiam: etſi hæc externa officia ipſi præſtaret, vt hoſpiti, viro magno, & Sancto. Oſtendit mulierculam, & prædicat huius cultum, vnguenta, lachrymas, &c. quæ omnia ſigna erant fidei, & confeſsio quædam: quòd videlicet, apud Chriſtum quæreret remiſsionem peccatorum. Magnum profectò exemplum eſt: quòd non ſine cauſa commouit Chriſtum, vt obiurgaret Phariſæum, virum ſapientem, & honeſtum, ſed non credentem. Hanc ei impietatem exprobrat: & admonet eum exemplo mulierculæ, ſignificans, turpe ei eſſe: quòd, cùm indocta muliercula credat Deo: ipſe legis Doctor non credat, non agnoſcat Meſſiam, non quærat apud eum remiſsionem peccatorum, & ſalutem. Sic igitur totum cultum laudat, vt ſæpè fit in ſcripturis: ut vno verbo, multa complectamur. vt infra latius dicemus in ſimilibus locis. Vt, Date eleemoſynam, & omnia erunt munda. Non tantum eleemoſynas requirit: ſed etiam iuſtitiam fidei. Ita hîc ait: Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multùm, id eſt, quia me verè coluit, fide, & exercitijs, & ſignis fidei, totum cultum comprehendit. Interim tamen hoc docet: quòd propriè accipiatur fide, remiſsio peccatorum. Etſi dilectio, confeſsio, & alij boni fructus ſequi debeant. Quare non hoc vult, quòd fructus illi ſint precium, ſint propitiatio, propter quam detur remiſsio peccatorum, quæ conciliet nos Deo.

*Mulieris fides.*

*Cur vſus ſit Chriſtus verbo Dilectionis.*

*Signa fidei in muliere.*

*Sententia, & mens Chriſti.*

## RENOVATIO PRINCIpalis conſtitutionis.

De magna re diſputamus: de Honore Chriſti: & vnde petant bonæ mentes certam, & firmam conſolationem. Vtrum fiducia collocanda ſit in Chriſtũ, an in opera noſtra. Quòd ſi in opera noſtra collocanda erit: detrahetur Chriſto honos Mediatoris, & Propitiatoris. Et tamen comperiemus in iudicio Dei, hanc fiduciam nouam eſſe: & conſcientias inde ruere in deſperationem. Quòd ſi remiſsio peccatorum, & reconciliatio, non contingit gratis, propter Chriſtum: ſed propter noſtram dilectionem: nemo habiturus eſt remiſsionem peccatorum: niſi vbi totam legem fecerit. Quia lex non iuſtificat: donec nos accuſare poteſt. Patet igitur, cùm Iuſtificatio, ſit reconciliatio, propter CHRISTVM, quòd Fide iuſtificemur. Quia certiſsimum eſt,

SOLA FIDE
accipi remiſsionem
peccatorum.

STATVS SPECIALIS.
Vtrum dilectio iuſtificet, nec ne.

## Reſponſio ad quæſtionem ſuprà poſitam: Quare Dilectio non iuſtificet.

Hic obijciunt Aduerſarij. Si vis in vitam ingredi: ſerua mandata. Item, Factores legis iuſtificabuntur. & alia multa ſimilia de lege, & operibus, ac dilectione.

### PRIMVM ARGVMENTVM EORVM, cum ἀντισυλλογισμῷ, contraria ratiocinatione.

*In huius ἀναλύσει, id eſt, reſolutione ſpectandum eſt.*

- *I. Aduerſariorũ ἐπιχείρησις, argumentatio.*
  1. *Obedientia erga legem, eſt iuſtitia.*
  2. *Dilectio eſt obedientia erga legem.*
     *Rectè enim aduerſarij cogitant: dilectionem eſſe impletionem legis.*
  3. *Dilectio igitur eſt iuſtitia. Et, dilectio iuſtificat.*
- *II. Noſtrorum ἀντεπιχείρησις, cõtraria ſupiori ratiocinatio, refutãs*
  - *Maiorem ſyllogiſmi ſuperioris, per contrariũ.*
    1. *Si noſtra obedientia erga legem eſſet iuſtitia: legem faceremus.*
    2. *Atqui legem non poſſumus facere.*
       *Hactenus enim oſtendimus: quòd ideo datæ ſint promiſſiones: quia legem non poſſimus facere.*
    3. *Ergo noſtra obedientia erga legem non eſt iuſtitia. Eamq́ ob cauſam negat Paulus, nos lege iuſtificari.*
  - *Θέσιν aduerſariorum.*
    1. *Obedientia noſtra erga legem, non eſt iuſtitia.*
    2. *Dilectio, eſt obedientia noſtra erga legem.*
    3. *Dilectio igitur non eſt iuſtitia. nec ergo iuſtificat.*

Captio eſt, ſeu παραλογισμὸς, quem Dialectici vocant à diuiſione ad compoſitionem.

Aduerſarij igitur falluntur: quia in hac tota controuerſia, nihil niſi legem intuentur. Neq; enim poteſt aliter iudicare ratio humana: quàm, ex lege quærendam eſſe iuſtitiam. Quia obedientia erga legem, ſit iuſtitia. Sed Euangelium reuocat nos à lege ad promiſſiones: & docet, quòd iuſti reputemur: non propter obedientiam erga legem (non enim ei ſatisfacimus) ſed propterea: quia DONATVR nobis Reconciliatio, propter Chriſtum. Et hanc tantum FIDE accipimus. Priuſquam igitur legem facimus: oportet accipere fide, remiſſionem peccatorum, & reconciliationem. Bone Deus, quo ore audent nominare Chriſtum: quo vultu audent aſpicere ipſos Euangelij libros, iſti: qui negant, nos SOLA FIDE, propter Chriſtum, conſequi remiſſionem peccatorum?

## Secundum Argumentum.

*In eius analyſi eſt*

- *I. Proſyllogiſmus minoris, inſequentis ratiocinationis.*
  1. *Si legis impletio, quæ ſequitur renouationem, eſt exigua, & immunda: non eſt accepta propter ſeipſam: ſed propter fidem.*
  2. *Hæc autem ipſa legis impletio, quæ ſequitur reuonationem, eſt exigua, & immunda. Quanquam enim renouatio inchoata eſt: tamen hærent adhuc in natura reliquiæ peccati: quæ ſemper accuſant nos: niſi fide in Chriſtum apprehendamus remiſſionem peccatorum: & ſciamus, nos habere acceſſum ad Deum: non propter noſtram impletionem legis: ſed propter Chriſtum.*
  3. *Ideo illa legis impletio, non eſt accepta, propter ſeipſum: ſed propter fidem.*
- *II. Syllogiſmus concludẽs id, quod eſt in quæſtione.*
  1. *Quicquid iuſtificat: id propter ſeipſum eſt acceptum Deo: non propter aliud.*
  2. *Hæc verò legis impletio, & dilectio, de qua loquuntur aduerſarij, non propter ſeipſam eſt accepta Deo: ſed propter aliud, nempe, propter fidem.*
  3. *Hæc igitur legis impletio, & dilectio, de qua iſti loquuntur, non iuſtificat.*

Fallacia igitur eſt, non ſolum accidentis: ſed etiam dicti ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter: vt Dialectici nominant. Non enim, ſi perfecta obedientia, & conſūmata dilectio eſt iuſtitia: idcirco imperfecta, & exigua, ſeu inchoata iuſtificat. Quæ non per ſe, καθ᾽ αὑτὴν, ſed κατὰ συμβεβηκὸς, propter aliud, ſcilicet, propter Chriſtum, propter quem fide placemus, Deo eſt accepta.

Quare cum Paulus ait: LEGEM ſtabiliri per fidem: non ſolum hoc intelligi oportet, quòd fide renati, concipiant Spiritum Sanctum: & habeant motus conſentientes legi Dei. Sed multò maximè refert, & hoc addere: quòd oportet nos ſentire, quòd procul à perfectione legis abſimus. Quare non poſſumus ſtatuere: quòd coràm Deo iuſti reputemur: propter noſtram impletionem legis. Sed ſentiendum eſt, quòd iuſti, ſeu accepti reputemur, propter Chriſtum, non propter legem, aut opera noſtra: & quòd hæc inchoata legis impletio placeat Deo: quia ſumus in Chriſto. Item, quòd, propter fidem in Chriſtum, non imputetur nobis hoc, quod deeſt impletioni legis. Hoc docet Paulus, ad Galatas 3. Cum ait: CHRISTVS redemit nos à maledictione legis: factus pro nobis maledictum. In eandem ſententiam ſcribit ad Coloſſenſes: In Chriſto CONSVMMATI eſtis. Impia igitur fiducia eſt: quæ collocatur in noſtram impletionem legis. Illa verò fiducia neceſſaria eſt: quæ collocatur in ſatisfactionem Chriſti.

## Pauli duo loci explicati.

### Galat. III.

CHRISTVS redemit nos à maledictione legis: factus pro nobis maledictum.)
Hoc eſt, Lex damnat omnes homines. Sed Chriſtus, quia ſine peccato ſubijt pœnam peccati, & victima pro nobis factus eſt: ſuſtulit illud ius legis: ne accuſet: ne damnet hos, qui credũt in ipſum. Quia ipſe eſt propitiatio pro eis: ꝑpter quam nunc iuſti reputãtur.

### Coloſſ.

In Chriſto conſummati eſtis.)
Quaſi dicat: etſi adhuc procul abeſtis à perfectione legis: tamen non damnant vos reliquiæ peccati. Quia propter Chriſtum habetis reconciliationem certam, & firmam: ſi creditis: etiamſi hæret peccatum in carne veſtra. Longè enim ſupra mundiciem, imò longè ſuprà ipſam legem collocari debent, Mors, & Satisfactio Chriſti, nobis donata: vt ſtatuamus, nos propter illam ſatisfactionem, habere propitium Deum: non propter noſtram impletionem legis.

## Tertium Argumentum.

I. MAIOR.

*Quæ res pacatas reddit conſcientias: ea ſola iuſtificat coràm Deo. Donec enim conſcientia fugit iudicium Dei, & iraſcitur Deo: non ſumus iuſti, & viuificati.*

*Tractatur integro ſyllogiſmo: cuius Minor copioſe approbata eſt ſelectis teſtimoniis. Eſt ergo illius*

II. MINOR.

*Porrò ſola* FIDES *reddit pacatas conſcientias. Quid contra hanc rationem aduerſarij adferre poſſunt? Quid contra manifeſtam veritatem poſſunt excogitare? Nam* MINOR *eſt certiſſima: quòd opera noſtra non poſſint conſcientiam reddere pacatam. quando Deus iudicat, & arguit nos: & oſtendit nobis immundiciem noſtram. Idq́ Scriptura ſæpè inculcat, in Teſtamento*

- *Veteri.*
  - *Pſalmi:*
    - 143. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Hic ſimpliciter detrahit omnibus, & quidem ſanctis, ac ſeruis Dei, gloriam iuſtitiæ: ſi non ignoſcat Deus: ſed iudicet, & arguat corda eorum. Nam quòd alibi gloriatur de ſua iuſtitia: loquitur de cauſa ſua aduerſus perſecutores verbi Dei: non loquitur de perſonali mundicie: & rogat, cauſam, & gloriam Dei defendi. Vt Pſal. 7. Iudica me Domine, ſecundum iuſtitiam meam, &c. Et alibi, Iudica Domine cauſam meam.*
    - CXXXX. *Docet, neminem poſſe ſuſtinere iudicium Dei: ſi obſeruet peccata noſtra. Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit?*
  - IOB, 9. *Verebar omnia opera mea. Item, Si lotus fuero, quaſi aquis niuis: & fulſerint, velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me.*
  - PROVERB. 20. *Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum?*
  - NVMERI. *Et innocens, non erit innocens.*
  - ZACHARIAS. 2. *Sileat à facie Domini omnis caro.*
  - ESAIAS. 40. *Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. quia Spiritus Domini ſufflauit in eo. Id eſt, caro, & iuſtitia carnis, non poteſt ſuſtinere iudicium Dei.*
  - IONAS, 2. *Fruſtra obſeruant vana, qui miſericordiam relinquunt. Id eſt, omnis fiducia eſt inanis, præter fiduciam miſericordiæ. Miſericordia ſeruat nos: propria merita, proprij conatus, non ſeruant nos.*
- *Nouo. vt*
  - MATTH. 6. *Lucæ* 11. *Chriſtus inter alia ſic iubet precari. Remitte nobis debita noſtra. Ergo in oratione Dominica, Sancti petunt remiſſionem peccatorum. Habent igitur & ſancti peccata.*
  - PAVLVS, *ad Rom:* 5. & 1.
    - *Iuſtificati ex fide, pacem habemus.*
    - *Iuſtus ex fide viuet. Id eſt, Fide vincet terrores mortis: fide erigitur, & concipit gaudium, & vitam. Idq́ affert fides, non quia per ſe ſit opus dignum: ſed tantum, quia accipit oblatam promiſſionem: nihil reſpiciens propriam dignitatē.*
  - IOANN. 1. *Ep.* 1. *Si dixerimus, quòd peccatum non habeamus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

III. CONCLVSIO.

*Sola igitur fides iuſtificat: & bona opera, propter fidem, placent. Non igitur iuſtificat dilectio: nec placet Deo charitas, niſi propter fidem.*

*Hæ Sententiæ, & ſimiles in Scripturis teſtantur, opera noſtra immunda eſſe, & indigere miſericordia. Quare non reddunt pacatas conſcientias opera, ſed miſericordia apprehenſa, per fidem.*

## Quartum Argumentum.

- *Proponitur ἐνθυμήματι ὑποθετικῷ: quod ad hūc modum perfici poteſt.*
  - *Si Chriſtus non deſinit, ſed manet eſſe Mediator: poſtquam renouati ſumus: perſpicuum eſt, legis illam impletionem placere, non propter ſe, ſed quia fide apprehendimus Chriſtum, &c.*
  - *Atqui Chriſtus manet Pontifex, & Mediator, poſtquam renouati ſumus. Id eſt, ſemper ſtatuere debemus (fide) quòd propter ipſum habeamus placatum Deum: etiamſi nos indigni ſimus. Sicut Paulus ait: Per hunc habemus acceſſum ad Deum, per fidem.*
  - *Placet igitur illa legis impletio, non propter ſe: ſed quia fide apprehendimus Chriſtum: & ſentimus, nos habere Deum placatum, non propter legē, ſed propter Chriſtū.*
- *Reſolui tamen commodius poteſt, in*
  - *Syllogiſmū ἐκθετικὸν, expoſitorium ἰσοδυναμοῦντα.*
    - *Remiſſione peccatorum opus habemus: etiam cum bona opera habemus. A.*
    - *Remiſſio peccatorum ſemper apprehenditur fide.*
    - *Fide igitur ſemper habemus opus: etiamſi bona opera faciamus, id eſt, ſemper ſtatuere debemus, quòd propter ipſum habeamus placatum Deum: etiamſi nos indigni ſimus. Ergo dilectio non iuſtificat: nec placet Deo, niſi propter Chriſtum, per fidem.*
  - *Eius proſyllogiſmos. Nam ſic approbatur*
    - *Maior expoſitorij ſyllogiſmi. A.*
      - *Si noſtra impletio legis eſt immunda: remiſſione peccatorum opus habemus: etiam cum bona opera habemus.*
      - *Sed noſtra impletio legis eſt immunda. B.*
      - *Ergo remiſſione peccatorum opus habemus: etiam cum bona opera habeamus.*
    - *Minor proſyllogiſmi ſuperioris B.*
      - *Si natura noſtra eſt horribiliter corrupta: impletio Legis eſt immunda.*
      - *Atq noſtra natura eſt horribiliter corrupta. Ideo Pſalmus inquit: Beati, quorū remiſſæ iniquitates.*
      - *Impletio igitur illa legis eſt immunda. B*

### ANTITHESIS, ET ERROR PERNICIOSVS PONTIFICIORVM.

Errant, qui fingunt CHRISTVM tantùm primam gratiam meritum eſſe: nos poſtea noſtra legis impletione placere: & mereri vitam æternam. Sed manet Chriſtus Pontifex, & Mediator.

## Quintum Argumentum.

Eius partes ſunt:

**Propoſitio.** Si ſentiendum eſſet: quòd poſt renouationem, oporteat nos acceptos fieri: non fide, propter Chriſtum: ſed propter noſtram impletionē legis: nunquā acquieſceret conſcientia: ſed ad deſperationem adigeretur.

**Confirmatio.** Lex enim ſemper accuſat. Cū legi nunquā ſatisfaciamus. Id quod tota Eccleſia confitetur. Atq; hoc ꝓbatur teſtimonijs

- Diuinis,
  - SACRAE ſcripturæ. hoc eſt,
    - PAVLI, qui ait:
      1. Non quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo, malum. Rom. 7.
      2. Mente ſeruio legi Dei: carne autem ſeruio legi peccati.
      3. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus aduerſus carnem. Etenī caro
         - Diffidit Deo.
         - Confidit rebus præſentibus.
         - Quærit humana auxilia in calamitate, etiam contra voluntatem Dei.
         - Fugit afflictiones, quas iuxta mandatum Dei tolerare debebat.
         - Dubitat de Dei miſericordia.

         Gal. 5. Cum talibus affectibus luctatur ſpiritus Sanctus in cordibus: vt eos reprimat, ac mortificet: & inſerat nouos, ac ſpirituales motus.
    - PSALMI 31. Qui de his peccatis ait: Pro hoc orabit ad te omnis Sanctus. Hic ſanctos ait, petere remiſſionem peccatorum. Plus quàm cœci ſunt: qui malos affectus in carne, non ſentiunt eſſe peccata.
  - SANCTORū Patrum. Nam ſic ait
    - AVGVSTINVS. Omnia mandata Dei implentur: quando, quicquid non fit, ignoſcitur. Hæc ille. Requirit igitur fidem, etiam in bonis operibus: vt credamus, nos Deo placere, propter Chriſtum: nec opera per ſe digna eſſe: quæ placeant.
    - HIERONYMVS contra Pelagianos. Tunc ergo iuſti ſumus: quando nos (eſſe) peccatores fatemur. Et iuſtitia noſtra non ex proprio merito, ſed ex Dei conſiſtit miſericordia. Oportet igitur adeſſe fidem, in illa inchoata legis èxpletione: quæ ſtatuat: nos, propter Chriſtum, habere Deum placatū. Nam miſericordia non poteſt apprehendi, niſi fide.
- Humanis. quis enim
  - Satis
    - Diligit / Timet — Deum?
    - Patienter ſuſtinet afflictiones, à Deo impoſitas?
  - Non ſæpe
    - Dubitat, vtrum
      - Dei conſilio regantur humanæ res?
      - A Deo exaudiatur?
    - Stomachatur, quòd
      - Impij meliore fortuna vtuntur, quàm pij?
      - Pij ab impijs opprimuntur?
  - Non iraſcitur Dei iudicio: cum videtur nos abijcere?
  - Satisfacit vocationi ſuæ?
  - Diligit proximum, ſicut ſeipſum?
  - Non irritatur à concupiſcentia?

**Concluſio.** Itaq; prorſus eſt doctrina deſperationis: docere, quòd non ſimus accepti FIDE, propter Chriſtum: ſed propter legis propriam impletionem.

ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ ΠΟΡΙΣΜΑΤΙΚΩΣ.

Sed multorum, videlicet, credentium in Chriſtum, acquieſcit conſcientia: neq; hi deſperant. Ergo ſciendum eſt, poſt renouationem, nos acceptos fieri, non propter noſtram legis impletionem, & dilectionem: ſed Fide, propter Chriſtum.

# ΑΝΑΚΑΙΦΑΛΑΙΩΣΙΣ, REPETITIO fundamentorum cauſæ, videlicet, Legis, & Euangelij diſcriminis.

- *FVNdamenta cauſæ duobus temporibus ſunt diſtincta. Nam*
  - *I. Quòd* SOLA FIDES *principiò*
    - *IVSTIficet, id eſt, conſequatur, propter Chriſtum*
      - *REMISſionem peccatorum.*
      - *RECONciliationem.*
        - *Propter hæc ἀξιώματα, & principia. Quia*
          1. *Alibi, videlicet, in promiſſione Chriſti, quærenda eſt à pijs, & perterrefactis conſcientijs reconciliatio, & iuſtificatio. Hac promiſſione debent ſe erigere, ac ſuſtentare. Sicut docent hæc verba: Iuſtus ex Fide viuet. Ita enim fides iuſtificat: vt ſimul viuificet: hoc eſt, erigat, & conſoletur conſcientias: & vitam æternam, & gaudium in animo pariat.*
          2. *Sola fides efficit pacatam conſcientiam. Hæc enim ſtatuit: quòd propter Chriſtũ Pontificem, habeamus Deum propitiũ.*
          3. *Semper ſentire debemus: quòd non, propter legem, ſed propter Chriſtum, ſimus accepti. Non enim iuſtificamur ex lege: ſed ex promiſſione.*
          4. *HONOS* CHRISTI *non debet in legem transferri.*
    - *REGENERAT. Nam ſola fide* SPIRITVS *Sanctus concipitur.*
  - *II. Quoniam initiò iuſti reputamur, propter Chriſtum: cùm in eũ credimus: ſciendum eſt,*
    - *1. Etſi*
      - *Neceſſe eſt, renatos benè operari.*
      - *Virtutes legis, quatenus obediunt legi, ſunt iuſtitiæ: & eatenus hæc obedientia legis, iuſtificat iuſtitia legis.*
    - *2. Tamen*
      - *Non eſt ſentiendum: quòd, abiecto Mediatore Chriſto, poſtea iuſti ſimus, noſtra impletione legis.*
      - *Hæc* IMPERFECTA *iuſtitia legis, non eſt accepta, niſi propter fidem: nec poteſt conſcientias reddere pacatas. Id tantum efficit fides: quæ ſtatuit, nos Deum habere propitium, propter Chriſtum ἀρχιερέα, pontificem.*

## HACTENVS DE FVNDAMENTIS CAVSÆ,

κατασκευαστικῶς: ſequuntur nunc ἀνασκευαστικά: quibus *diluuntur ea, quæ Aduerſarij obijciunt.*

*Saxon: confeſſ.* Poſtquam verò breuiter expoſuimus ſummam doctrinæ de Iuſtificatione: nunc & argumenta, quæ contra hanc ſententiam obijciuntur, explicanda, & refutanda erunt. Sed quia alij alia obijciunt: confeſſionem noſtram recitauimus: & offerimus nos ad longiores explicationes in ſingulis membris confeſſionis.

# Reſponſio ad Argumenta Aduerſariorum,

## & primum γενικὴ, generalis.

Cau- ſam- [illegible] aut ſunt:

- *AMBIGVAE, & perículoſæ. Quæ multas, & varias λύσεις, id eſt, ſolutiones gignunt. Verum enim eſt illud veteris Poëtæ:*

  —— Ὁ δ᾽ ἄδικος λόγος,
  Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

- BONAE, *& firmæ. In quibus vna, atq; altera ſolutio ſumpta ex Fontibus, corrigit omnia: quæ videntur offendere. Id fit, & in hac noſtra cauſa. In cuius generali confutatione pars alia eſt*

  - *I.* Ἀνασκευαστικὴ, *refellens aduerſariorū firmamenta. Eius inferiores partes, quibus abſoluitur, ſunt quatuor:*
    - 1. ἡ πρόθεσις, *propoſitio generalis* κατασταλτική. *Cognitis his cauſæ fundamentis: videlicet, diſcrimine legis, ac promiſſionum, ſeu Euangelij: facile erit, diluere ea, quæ aduerſarij obijciunt. Oportet enim prudenter* ὀρθοτομεῖν*, legem, & Euangelium. Nam videndum eſt, quid legi, quid promiſſionibus Scriptura tribuat. Sic enim & laudat, & præcipit bona opera: vt non tollat gratuitam promiſſionem: nec tollat Chriſtum.*
    - 2. ἡ ὑποφορά, *obiectio. Citant autem Aduerſarij, dicta de lege, & operibus: dicta verò de promiſſionibus, omittunt. Qui paralogiſmus, ſeu fallacia ſophiſtica, nominatur* διαίρεσις, *ſeiunctio, ſeu diuiſio coniungendorum. Vtrunq; enim genus doctrinæ coniungendum eſt.*
    - 3. ἡ ἀντιπρότασις, *propoſitio iſti contraria: quæ eſt noſtrorum Theologorum: eſtq;* παρασκευή, *aditus ad refutationem. Hic enim tenenda eſt* REGVLA (στοιχεῖον, καὶ ἀξίωμα) *quæ interpretatur omnia dicta, quæ de lege, & operibus citantur. Semel igitur reſponderi poteſt, ad omnes ſententias de lege:* QVOD LEX *non poſſit fieri, ſine Chriſto. Et, ſi qua fiunt opera ciuilia, ſine Chriſto: non placent Deo. Quare cum prædicantur opera: neceſſe eſt addere: quòd fides requiratur: quòd propter fidem prædicentur: quòd ſint fructus, & teſtimonia fidei. Quid poteſt ſimplicius hac noſtra doctrina dici? Neceſſe eſt enim ad cognoſcenda beneficia Chriſti, diſcernere promiſſiones à lege. Fatemur igitur, Scripturam alibi legem, alibi Euangelium, ſeu gratuitam promiſſionem remiſſionis peccatorum, propter Chriſtum, tradere.*
    - 4. ἡ λύσις, *ipſa refutatio: quæ diuiditur in membra itidem quatuor:*
      - *Propoſitionem,* κεφάλαιον: *cui inſerta eſt aduerſariorum obiectio. Verum aduerſarij noſtri ſimpliciter abolent promiſſionē: cùm*
        - *1. Negant, quòd fides iuſtificet.*
        - *2. Docent, quòd propter dilectionem, & opera noſtra, accipiamus remiſſionem peccatorum, & reconciliationem.*
      - *Rationem,* ἐπιχείρημα, *à conſequenti abſurdo, per* ὑπόθεσιν. *Si enim pendet ex conditione operum noſtrorum remiſſio peccatorum: prorſus erit incerta.*
      - *Confirmationem rationis,* ἐργασίαν, *à remotione cauſæ perfectæ. Nunquam enim facimus opera ſufficientia.*
      - *Concluſionem,* ἐπιφοράν. *Erit igitur abolita promiſſio. Atq; non eſt abolita, ſed certa, eoq; accipienda. Igitur remiſſio peccatorum non pendet ex conditione noſtrorum operum. Quare alibi quærenda eſt: nimirum in Chriſto.* ——

      A
  - *II.* Καταδικαστικὴ, ἡ κατακριματικὴ, καὶ ἀναθεματιστικὴ: *qua damnantur impiæ opiniones in operibus.* B
  - *III.* Παρεκβατικὴ, *digreſſionem continens, quæ* παρέκβασις *dicitur: inſtitutaq; eſt, non tam illuſtrandi, quàm amplificandi cauſa, locum proximum ſuperiorem:* C

# GENERALIS RESPONSIO AD AR- · ΚΑΚΟΖΗΛΙΑ hominum, in San-

## *NOSTRA DOCTRINA DE BONIS OPERIBVS,* ΚΑΤ' ἈΝΤΊΘΕΣΙΝ.

- *A Antitheſis iſta è regione conſtat ex quinq; membris argumentationis. vt ſunt:*
  - *Propoſitio bipartita:*
    - *1. Nos reuocamus pias mentes, ad conſiderandas promiſsiones, & de gratuita remiſsione peccatorum, & reconciliatione, quæ fit per fidem in Chriſtum, docemus.*
    - *2. Addimus & doctrinam legis:*
      - *Non, quòd lege mereamur remiſsionem peccatorum: aut, quòd propter legem iuſti reputemur, non propter Chriſtum.*
      - *Sed quia Deus requirit bona opera. Oportet enim, vt dictum eſt, prudenter* ὀρθοτομεῖν *legem, & promiſsiones.*
  - *Ratio partis ſecundæ. Sunt enim facienda bona opera: quia Deus ea requirit. Ideoq; ſunt* EFFECTVS *regenerationis.*
  - *Confirmatio, à teſtimonio Pauli, qui idem docet Eph. 2. Ipſius, inquit, opus ſumus: conditi per Chriſtum Ieſum, ad bona opera: quæ præparauit Deus: vt in eis ambularemus.*
  - *Concluſio. Itaq; bona opera ſequi fidem debent,*
    - *1. Tanquam gratiarum actio erga Deum.*
    - *2. Vt in eis Fides &*
      - *Exerceatur.*
      - *Creſcat.*
    - *3. Vt oſtendatur alijs, vt noſtra confeſsione alij inuitentur ad pietatem.*
  - *Exornatio, à teſtimonijs Pauli: & exemplis*
    - *ABRAHAE, quē ait accepiſſe circumciſionem,*
      - *Non quòd propter illud opus reputaretur iuſtus.*
      - *Sed vt haberet ſignum in corpore ſcriptum: quo &*
        - *Commonefieret.*
        - *Fidem ſubinde maiorem conciperet.*
        - *Confiteretur fidem, coràm alijs.*
        - *Alios ad credendum ſuo teſtimonio inuitaret.*
    - *ABELIS. Hic enim fide gratiorem hoſtiam obtulit. Placuit enim hoſtia,*
      - *Non ex opere operato.*
      - *Sed quia Abel*
        - *Fide ſtatuebat, ſe Deum placatum habere, propter miſericordiam.*
        - *Opus illud faciebat: vt*
          - *Suam fidem exerceret.*
          - *Alios inuitaret ad credendum,*
            - *Exemplo.*
            - *Confeſsione ſua.*

## GVMENTA ADVERSARIORVM, ctorum operibus perperam imitandis.

B Cùm, hoc modo, bonaopera ſe qui fidem debeant: longè aliter vtuntur homines: qui

1. Non poſſunt credere, ac ſtatuere in corde, ſibi gratis ignoſci, propter Chriſtum.

2. Cùm vident opera Sanctorũ: humano more iudicant, Sanctos
   - Operibus illis promeruiſſe remiſsionem peccatorum.
   - Propter illa opera, iuſtos reputatos eſſe, coràm Deo.

3. Ideo imitantur ea: & per ſimilia opera
   - Sentiunt, ſe mereri remiſsionem peccatorum.
   - Conãtur placare iram Dei.
   - Confidunt ſe iuſtos reputari.

Has impias opiniones in operibus damnamus.

Primùm, quia obſcurant gloriam Chriſti: cum homines proponunt Deo hæc opera, tanq̃ preciũ, & propitiationem. Hic honos debitus vni Chriſto, tribuitur noſtris operibus.

Deinde, neq; tamen inueniunt conſcientiæ pacem in his operibus: ſed alia ſupra alia, in veris terroribus cumulantes, tandem deſperant. quia cum nullum opus ſatis mundum inueniant: ſemper accuſat lex, & parit iram.

Poſtremò, tales nunquam aſſequuntur notitiam Dei: cum cõſcientiæ fugientes iram illius, nõ poſsint pacem conſequi: nec ſtatuere vnquam, quòd à Deo exaudiantur. At cum acceſsit FIDES, quæ credit, quòd gratis reputemur iuſti: hæc audet inuocare Deum: & ſentit, ſe exaudiri: & conſequitur veram notitiam Dei.

# RESPONSIO GENERALIS.

- **C** Digreſſio partibus conſtat quatuor:
  - Amplificatione erroris animi humani,
    - I. In opinione impia, de operibus. Cuius partis membra ſunt:
      - Propoſitio. Semper autem hæret in mundo, opinio de operibus.
      - Ratio παραδειγματώδης, ab exemplis
        - GENTIVM, earumq́ κακοζηλίας, Etenim gentes habebant ſacrificia, ſumpta à Patribus. Horum opera imitabantur: fidem non tenebant. Sed ſentiebant opera illa propitiationem, & pretium eſſe: propter quod Deus reconciliaretur ipſis.
        - POPVLI in lege. In hac opinione imitabatur ſacrificia: quòd propter illa opera haberent placatum Deum, ex opere operato, vt dici ſolet.
      - Concluſio, quæ continet obiurgationem κατ᾽ δικαστικὴν. Hic videmus, quàm vehementer obiurgent populum Prophetæ:
        - Pſalmo 49. Non in ſacrificijs arguam te, &c.
        - IEREM. 7. Non præcepi de holocauſtis.
        - Tales loci damnant, non opera: quæ certè Deus præceperat: vt externa exercitia in hac politia. Sed damnant impiam perſuaſionem: quòd ſentiebant, ſe per illa opera placare iram Dei: & fidem abijciebant.
    - II. In præpoſtera illorum imitatione, κακοζηλία. Maximè enim mouēt homines exempla Sanctorum. Horū imitatione, ſperant ſe perinde conſecuturos eſſe reconciliationem: vt illi conſecuti ſunt. Id quod oſtendunt exempla populi
      - Iſrael.
        - 1. Viderat Prophetas in excelſis ſacrificaſſe. Hoc opus mirabili ſtudio cœpit imitari populus: vt per id opus placaret iram Dei. At Prophetæ ſacrificauerant in Eccleſijs: non vt per illa opera, mererētur remiſſionem peccatorum. Sed, quia in illis locis docebant: ideo ibi teſtimoniū fidei ſuæ proponebant.
        - 2. Audierat Abraham immolaſſe filiū ſuum. Quare & ipſi, vt aſperrimo, ac difficillimo opere placarent iram Dei, mactauerunt filios. At Abraham non hac opinione immolabat filium: vt id opus eſſet precium, & propitiatio: propter quam iuſtus reputaretur.
      - Noui teſtamenti. Nam
        - Sic in Eccleſia inſtituta eſt cœna Domini: vt ἀναμνήσει, recordatione promiſſionum Chriſti: quarum in hoc ſigno admonemur, confirmetur in nobis fides: & foris confiteamur fidem noſtram: et prædicemus beneficia Chriſti, per καταγγελίαν. Sicut Paulus ait: quoties feceritis: mortem Domini annunciabitis, &c. Verùm aduerſarij noſtri, contendunt Miſſam eſſe opus, quod ex opere operato iuſtificet: & tollat reatum culpæ, & pœnæ, in his, pro quibus fit.
        - ANTONIVS, Bernardus, Dominicus, Franciſcus, & alij ſancti Patres, elegerunt certum vitæ genus, vel propter ſtudium: vel propter alia vtilia exercitia. Interim ſentiebant: ſe fide, propter Chriſtum, iuſtos reputari: & habere Deum propitium, propter Chriſtum: non propter illa exercitia. Sed multitudo deinceps imitata eſt, non fidem Patrum: ſed exempla ſine fide: vt per illa opera mererentur remiſſionem peccatorum: vt propter illa opera reputarentur iuſti, coràm Deo.
    - III. In excogitatione nouorum operum. Nam quia nulla opera reddunt pacatam conſcientiam: ideo ſubinde noua opera excogitantur, præter mandata Dei.
  - Concluſione. Ita errat humanus animus de operibus.
  - Ratione. Quia fidei iuſtitiam non intelligit.
  - Ἀναθεματισμῷ. Hunc errorē reprehendit Euangelium. Qui locus habet
    - Propoſitionem. Euangelium docet, homines iuſtos reputari, non propter legem: ſed propter ſolum Chriſtum.
    - Argumentationem, vel ſyllogiſmum integrum.
      - Quacunq́ re Chriſtus apprehenditur: ea ipſa iuſti reputamur.
      - Sola autem fide Chriſtus apprehenditur.
      - Sola igitur fide iuſti reputamur. Videlicet, propter Chriſtum. Ergo non propter legem, & opera.

# Reſponſio ad Argumenta ſingula Aduerſariorum.

*Obijciunt Aduerſarij nobis in confutatione ſua, vt ſibi videtur, ſpecioſa argumenta, partim*

- **ΓΡΑΦΙΚᾺ**, *quæ iactant, & citāt ex teſtamento*
  - VETERI. *Citantur enim ab ijs contra nos loci,*
    - DANIELIS, 4. *Peccata tua redime Eleemoſynis.* — V.
    - ESAIAE 58. *Frange eſurienti panem tuum: tunc inuocabis, & Dominus exaudiet.* — V.
    - THOBIAE 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.* — VII.
  - NOVO. *Iactantur enim ſententiæ, tùm*
    - CHRISTI,
      - MATTHAEI 6. *Beati miſericordes: quia miſericordiam conſequentur.* — V.
      - LVCAE
        - 6. *Remittite, & remittetur vobis.* — VI.
        - 11. *Date Eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* πλὴν τὰ ἐνόντα, δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ἡμῖν ἐστιν. — VIII.
    - *Apoſtolorum,*
      - PAVLI,
        - 1. *Corinth. 13. Si omnem fidem habeam, &c. dilectionem autem non habeam: nihil ſum.* — I.
        - *Coloſſ. 3. Charitas eſt vinculum perfectionis:* ἀγάπη ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος. — II.
      - PETRI. *ex cuius 1. Ep. cap. 3. citant hanc ſententiam. Vniuerſa delicta tegit caritas,* ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. — III.
      - IACOBI, *cap. 4. Videtis igitur, quòd ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide ſolum.* ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος· καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. — IIII.
- **ΣΧΟΛΑΣΤΙΚᾺ**, *in ſcholis Sophiſtarum nata. Etenim*
  - 1. *Iuſtitia, inquiunt, eſt in voluntate. Fides eſt in intellectu. Ergo fides non eſt iuſtitia, nec iuſtificat.* — IX.
  - 2. *Meritum condigni fingunt.*
    - *Quòd homines iuſti ſint coràm Deo, propter dilectionem, & legis impletionem.* — X.
    - *Quòd vita æterna debeatur de* CONDIGNO, *pro bonis operibus. quia* ζωὴ αἰώνιος *vocetur merces.* — XI.
    - *Quòd eadem propriè debeatur pro operibus.* — XII.
  - 3. *Apophthegmata quædam habent, cōſentanea noſtræ ſentētiæ. qualia ſunt:*
    - *Bona opera placent Deo, propter gratiam.* — XIII.
    - *Confidendum eſt gratiæ Dei.*
    - *Bona opera valent, virtute paſſionis Chriſti.* — XIIII.

*In refutatione iſtorum locorum, & dictorum ordine, & loco ponitur* [V.–XIIII. as marked above]

**REſponſionis ad primũ locum, quem nobis Papiſtæ opponũt, partes ſunt quatuor**

- *Propoſitio, ἡ πρότασις.* Sed obijciunt Aduerſarij locum, ex Corinthijs: & magnificè triumphant.
- *Obiectio, ἡ ὑποφορά. Nam*
  - Primùm, Totam, inquiunt, Eccleſiam certificat Paulus: quòd ſola fides non iuſtificet. Itaq; ſic argutantur, ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ῥητοῦ, ex recitatione ſcripti loci.
    - Si is, qui omnem fidem habet: dilectionem autem non habet, nihil eſt: ſequitur, ſolam fidem non iuſtificare.
    - Sed qui, licet omnem fidem habeat, dilectionem autem non habet, nihil eſt. Sic enim ſcribit Paulus 1. Cor. 13. Si omnem fidem habeam, &c. dilectionem autẽ non habeam, nihil ſum.
    - Sequitur igitur, ſolam fidem non iuſtificare. Hæc eſt prima ἐπιχείρησις, argumentatio Pontificiorum: ſequitur altera.
  - Deinde, diſputant, præferri dilectionem fidei, & ſpei, ad hunc modum:
    - Conſentaneum eſt, maximam, & præcipuam virtutem iuſtificare.
    - Dilectio eſt maxima, & præcipua virtus. Paulus enim inquit: Maior his dilectio. ἡ δευτέρα ἀνάγνωσις, alterius teſtimonij recitatio.
    - Ergo conſentaneum eſt, dilectionem iuſtificare.
- *Aditus ad refutationem, ἡ ἀντιπρότασις.* Facile eſt autem reſpondere: poſtquam ſupra oſtendimus: quid de dilectione, & operibus ſentiamus. Nec loquimur hîc de fide miraculorum effectrice: ſed de iuſtificante.
- *Refutatio, ἡ λύσις, obiectionis, & argumẽtationis*
  - PRImæ, per ἀντεπιχείρησιν, contrariam, minori præſertim illius ſyllogiſmi propoſitioni, rationem: quæ conſtat
    - 1. Κεφαλαίῳ, propoſitione, per
      - Conceſſionem τῆς διανοίας, ſententiæ Pauli, ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, ex neceſſario. Concluditur ſyllogiſmis,
        - Principali hypothetico.
          - Si oportet in nobis exiſtere renouationem, & inchoatam legis impletionem: requiritur certè dilectio.
          - Sed oportet in nobis exiſtere renouationem, & inchoatam legis impletionem.
          - Requiritur igitur in iuſtificatis dilectio. Atq; hanc requirit hic Pauli locus: hanc & nos requirimus.
        - Duobus, quibus conſecutio, & tanquam corollarium, τὸ πόρισμα ſuperioris confirmatur, altero
          - Categorico.
            - Qui fidem retinet: is retinet Spiritum Sanctum.
            - Qui abijcit dilectionem: non retinet Spiritum Sanctum.
            - Qui igitur abijcit dilectionem: etiamſi habeat magnam fidem: eam tamen nõ retinet.
          - Hypothetico.
            - Si oportet in iuſtificatis exiſtere renouationem, & inchoatam legis impletionem: ſequitur, eum, qui dilectionem abijcit, fidem, qua iuſtificatus eſt, licet magnam, non retinere.
            - Sed oportet in iuſtificatis exiſtere renouationem, &c.
            - Ergo, qui dilectionem abijcit: fidem, qua iuſtificatus eſt, quantumuis magnam, non retinet.
      - Correctio, ἐκ τοῦ ἀνακολούθου, ex nõ conſequente, ſeu ex vitioſa conſecutione. Neq; verò ſequitur: quòd ideo dilectio iuſtificet, hoc eſt, 1. quòd propter dilectionem accipiamus remiſſionem peccatorum: 2. quòd dilectio vincat terrores mortis, & peccati. 3. quòd dilectio debeat opponi iræ, ac iudicio Dei. 4. quòd dilectio ſatisfaciat legi. 5. quòd renati, propter legis impletionem, accepti Deo ſint: non propter Chriſtum gratis.
    - 2. Ἐπιχειρήματι, ratione, ἐκ τοῦ ἐλλιποῦς, καὶ πλεονασμοῦ, ex eo, quòd Paulus non dixit: aduerſarij autem affinxerunt, ſophiſmate compoſitionis. Hæc enim non dicit Paulus (τὸ μὴ προσδιωρισμένον) quæ tamen affingunt aduerſarij noſtri. Eſt igitur ἀνασκευὴ ἐκ τῆς τῶν Φησάντων διαβολῆς, refutatio Pontificiorum falſæ interpretationis, & διανοίας, ſententiæ, per criminationem. Corrumpunt enim pleraq; loca: qui ſuas opiniones ad ea afferunt: nec ſumunt ex ipſis ſcripturis ſententiam. Detrahenda igitur eſt interpretatio: quam iſti de ſuo aſſumunt: non intelligentes, quid ſit iuſtificatio, aut quomodo illa fiat.

a b

- 3. Ἐργασία, rationis ſuperioris confirmatione duplici:
  - Vna, à cōſequente abſurdo, ἀτόπῳ. Sic,
    - *Si noſtra dilectione vincimus iram Dei: eaq; coràm Deo meremur remiſsionē peccatorum: ſi noſtra impletione legis ſumus accepti (hactenus τὸ ἡγέμενον antecedens falſum: ſequitur τὸ ἑπόμενον, conſequens, ſeu annexum κατ' ἐπιτροπὴν ἀγανακτήσει, permiſsionem habens, cum indignatione, propter rem deteſtandam) tollant aduerſarij promiſsionem Chriſti: aboleant Euangeliū.*
    - *At promiſsionem Chriſti nemo tollet: nemo abolebit Euangelium.*
    - *Noſtra igitur*
      - *Dilectione non vincimus iram Dei: nec coràm Deo eadem ἀγάπῃ meremur remiſsionem peccatorum.*
      - *Impletione legis nequaquam ſumus accepti.*
  - Altera, à teſtimonio γραφικῷ, ſcripturæ: ſcilicet, Euangelij. Hoc pacto:
    - *Si Euangeliū docet nos ad Deum habere acceſſum, propter Chriſtum, nō ꝑpter noſtra opera: ſequitur, nos noſtra impletione legis non eſſe acceptos.*
    - *At Euangelium docet nos acceſſum habere ad Deum, per propitiatorem Chriſtum: nos propter Chriſtum acceptos eſſe, non propter noſtram legis impletionem.*
    - *Ergo noſtra impletione legis nequaquam ſumus accepti.*
- 4. Ἐπεξεργασία, explicatione, qua illuſtrantur ſuperiora, ἀπὸ τῆς διανοίας, à ſententia Pauli, & ἀπὸ τοῦ σαφοῦς, à loci perſpicuitate. Quæ pars eſt
  - Ἐκφραστικὴ, expoſitione cōſtans illius loci, ἐκ τοῦ ἀκολούθου, ex conſequentia, & perpetua illius ſententia. vbi
    - 1. Eius ἀφορμὴ, ἡ πρόφασις, id eſt, occaſio exponitur, κατ' ἔκθεσιν. Nihil enim hic locus habet incōmodi. Nam
      - *Corinthij antea iuſtificati, multa acceperant excellentia dona: & feruebant initia, vt fit.*
      - *Deinde, cœperunt inter eos exiſtere ſimultates: vt ſignificat Paulus: cœperunt faſtidire bonos doctores.*
    - 2. Apoſtoli mēs, & voluntas aperitur. etenim
      - *Obiurgat, καὶ ἐπιτίμησιν, eos Paulus: reuocās, παραινέσει, ad officia dilectionis.*
      - *Loquitur, κατὰ διάλεξιν, de fructibus, non de modo iuſtificationis, aut de remiſsione peccatorum.*
      - *Intelligit, τῇ διανοίᾳ, dilectionem erga proximum.*
  - Συλλογιστικὴ, qua confirmat τὴν διάνοιαν, dupliciter:
    - Primum ſic:
      - *In iuſtificatione agendum eſt cum Deo: placanda ira eius, & conſcientia erga Deum eſt pacificanda.*
      - *Dilectione hac, cum hominibus, non cum Deo agimus. Horum enim nihil fit per illam dilectionem. Sed tantum ita: ſi apprehendatur miſericordia: idq; fit per ſolam fidem.*
      - *Stultum eſt igitur ſomniare, quòd dilectio, qua cum hominiqus agimus iuſtificet coràm Deo.*
    - Deinde ad hunc modum:
      - *Amiſſo ſpiritu Sancto, fides excutitur.*
      - *Amiſſa dilectione, amittitur Spiritus Sanctus.*
      - *Amiſſa igitur dilectione, fides excutitur. Ideo Paulus ait: Si dilectionem non habeam: nihil ſum: non addit affirmatiuam: quòd dilectio iuſtificet. Quod eſt τὸ μὴ προσδιωρισμένον.*

## Secunda reſponſio ad primum Argumentũ aduerſariorum.

- **B** Partes eius ſunt quatuor:
  - Propoſitio, ἐκ τοῦ ἀνακολούθου, ex nõ conſequente, cum ἀναλήψει, repetitione alterius concluſionis. Malè enim ratiocinantur, quòd Dilectio iuſtificet, ad iſtum modum.
    - Maxima virtus iuſtificat. A
    - Dilectio eſt maxima virtus. B
    - Dilectio igitur iuſtificat. C
  - Reprehẽſio, ἐπιτίμησις,
    - Maioris, per
      - Λύσιν: qua refellitur ſimpliciter, contrarijs rationibus. In qua ſunt:
        - Principalis ſyllogiſmus, à maiori, ad minus.
          - Sicut lex maxima, ſeu prima, minimè iuſtificat: ita nec maxima virtus legis. 1.
          - Sed lex maxima, ſeu prima, minimè iuſtificat. 2.
          - Nec igitur maxima virtus legis iuſtificat. 3. A.
        - Proſyllogiſmi, approbantes aſſumptionem: quorũ
          - Vnus ex eodẽ loco eſt ductus, à maiore.
            - Quæcunq; lex maximè accuſat nos, & magis facit, vt conſcientia noſtra iraſcatur iudicio Dei: ea minimè iuſtificat.
            - Hæc autem ſumma lex: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. eſt talis. Nulla enim lex eſt, quæ magis accuſet nos: quæ magis faciat: vt conſcientia noſtra iraſcatur iudicio Dei: quàm hæc ſumma lex.
            - Ergo hæc ſumma lex minimè iuſtificat. 2.
          - Alter ab exemplis Sanctorũ eſt ſumptus.
            - Si lex ſumma iuſtificaret: Sancti auderent gloriari, ſe illi ſatisfeciſſe.
            - Sed nemo Sanctorum (præter Chriſtum) gloriari audet, ſe ſummæ legi ſatisfeciſſe.
            - Ergo hæc ſumma lex minimè iuſtificat. 2. Non igitur iuſtificat virtus legis.
      - Διόρθωσιν, correctionem: qua emendatur, per ἀντισυλλογισμὸν κατασκευαστικὸν, contrariam ratiocinationem affirmantem.
        - Quæ virtus accipit reconciliationem donatam propter Chriſtum: illa iuſtificat.
        - Atqui fides eſt hæc virtus, quæ accipit reconciliationem donatam, propter Chriſtum.
        - Fides igitur iuſtificat: non propter ſuam dignitatem: ſed tantum, quia accipit miſericordiam: qua, propter Chriſtũ, iuſti reputamur. Sumus enim iuſti, hoc eſt, accepti coràm Deo: non propter noſtram perfectionem, ſed per miſericordiam, propter Chriſtum. Si tamen hanc apprehendimus, & opponimus iræ Dei.
    - Minoris, per
      - Ἄρνησιν, inficiationem, ἐκ τῆς διανοίας, id eſt, mente, & voluntate Pauli. qui hoc loco propriè loquitur de dilectione proximi: & ſignificat, dilectionem maximam eſſe: quia plurimos fructus habet. Fides, & ſpes, tantum agunt cum Deo. At dilectio foris erga homines infinita habet officia.
      - Παρομολογίαν ἐκ περιουσίας, conceſſionem ex abundanti. Eſtq́; τῆς διανοίας τῶν ἀντιδίκων, ſententiæ aduerſariorum, ſed falſæ. Tamen largiamur ſanè aduerſarijs, Dilectionem Dei, & proximi, maximam virtutem eſſe. Quia hoc ſummum præceptum eſt: Diligas Dominum Deum tuum, &c. Sed hanc non iuſtificare, paulò ante demonſtratum eſt.
  - Ἀντίθεσις, contentio, & comparatio
    - Aduerſariorum: qui ideo tribuũt dilectioni iuſtitiam: quia legẽ docent: & cogitant, iuſtitiam eſſe obedientiam erga legẽ. Nam
      - Humana ratio tantùm intuetur in legem: nec intelligit aliam iuſtitiam, niſi legis obedientiam.
      - Scholaſtici homines ingenioſi, quærentes methodum, propoſuerunt ſibi legem: perinde atq; Philoſophi in Ethicis ꝓponũt ſibi præcepta de moribus.
    - Pauli: qui reclamat, & docet, aliud quiddam eſſe iuſtitiam: ſcilicet, obedientiam erga promiſſionem recõciliationis donatæ, propter Chriſtum. Hoc eſt, accipere miſericordiam donatam, propter Chriſtum. Sic enim ſumus accepti Deo: ſic fiunt pacatæ conſcientiæ: quando ſentimus Deum nobis, propter Chriſtum, propitium eſſe.
  - Concluſio. Quare piæ mentes, à lege, ad promiſſionem reuocandæ ſunt: vt ſæpè iam diximus: & paulò poſt latius exponemus, cùm agitabimus argumenta ſcholaſtica, de vocabulo Iuſtitiæ.

# Confutatio ſecundi argumenti aduerſariorum.

- *Propoſitio, πρότασις. Aduerſarij in confutatione & alium locum contra nos citarunt.*
- *Obiectio, ὑποφορὰ,*
  - *Loci ex Coloſſ. 3. Caritas eſt vinculum perfectionis: ἀγάπη ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος.*
  - *Eorum concluſionis. Hinc enim ratiocinantur, κατ' ἐπιχείρησιν, ad iſtum modum:*
    - *Quicquid perfectos efficit, id iuſtificat. A.*
    - *Dilectio perfectos efficit. Iuxta locum modò adductum. B.*
    - *Dilectio igitur iuſtificat. C.*
- *Contraria propoſitio, quæ eſt ἐπαγγελία τῆς λύσεως, ἢ ἀνθυποφορᾶς, pollicitatio refutationis, ex fiducia bonæ cauſæ. Quanquam hic multis modis, de Perfectione reſponderi poſſet: tamen nos ſimpliciter ſententiam, τὴν διάνοιαν, Pauli recitabimus.*

*Sunt hu- con ta- nis natu- par- tes:*

- *Refutatio, ἡ ἀνθυποφορὰ, κὴ λύσις. Eius partes ſunt tres.*
  - *I. Propoſitio mentis, & ſententiæ, τῆς διανοίας Apoſtoli, per*
    - *Conceſſionem rei ſubiectæ, ex perſpicuitate loci, καθ' ὁμολογίαν τοῦ ὑποκειμένου, ἐκ τοῦ σαφοῦς τοῦ ῥητοῦ. Certum eſt, Paulum de dilectione proximi loqui.*
    - *Correctionem alterius partis attributi, τοῦ ἑνὸς τοῦ κατηγορουμένου μέρους, ex obſcuritate, & ambiguitate verbi, ἐκ τοῦ ἀσαφοῦς, ἢ ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοῦ πολυσήμου ὀνόματος, per διαίρεσιν, diſtinctionem, et ſyllogiſmũ ex diſiunctione, κατὰ διάζευξιν.*
      - *Τελειότης accipitur hic vel pro*
        - *Perſonali ſingulorum perfectione: ſeu perfecta legis impletione.*
        - *Integritate, & tranquillitate cõmuni Eccleſiæ.*
      - *At Paulus non loquitur hic de perſonali ſingulorum perfectione. Idq́; mox probabitur.*
      - *Paulus igitur hic loquitur duntaxat de concordia, & tranquillitate communi Eccleſiæ.*
  - *II. Argumentatio Aduerſariorum ratiocinationi contraria, ἡ ἀντεπιχείρησις. quæ eſt partim*
    - *Διαιρετικὴ, diſtinguens particulam, Perfectionis, ἐκ τοῦ μαχομένου. Eſtq́; proſyllogiſmus aſſumptionis ſuperioris.*
      - *Si Paulus alibi detrahit nobis perfectionem: hic autem loquitur de perſonali ſingulorum perfectione: ſecum ipſe Apoſtolus pugnabit.*
      - *At S. Paulus ſecum ipſe non pugnat.*
      - *Non igitur hic loquitur de perſonali ſingulorum perfectione.*
    - *Ἀνασκευαστικὴ, refutans Aduerſariorũ ratiocinationis*
      - *Concluſionem: ſyllogiſmo*
        - *Primo, ad hunc modũ:*
          - *Paulus iuſtificationem non tribuit operibus. A.*
          - *Charitas proximi, de qua hic loquitur, eſt opus.*
          - *Charitas igitur proximi non tribuit iuſtificationem operibus. Igitur Dilectio non iuſtificat. C.*
        - *Huius proſyllogiſmo, quo eius maior approbatur.*
          - *Si Paulus iuſtificationem, aut perfectionem legis tribuiſſet operibus: nõ tam ſecundæ, quàm primæ tabulæ illã tribuiſſet.*
          - *Sed nec primæ, nec ſecundæ tabulæ iuſtificationem tribuit.*
          - *Paulus igitur iuſtificationem non tribuit operibus. A.*
        - *Secundo.*
          - *Si propter legis impletionem eſſemus accepti: legis impletio eſſet perfecta.*
          - *Sed legis impletio non eſt perfecta.*
          - *Ergo propter legis impletionem non ſumus accepti. Ideo Paulus docet, nos propter Chriſtum acceptos eſſe.*
      - *Minorem. quæ falſam dilectionis definitionẽ cõſtituit: q́ ſit perfecta legis impletio.*
        - *Si dilectio eſt perfecta legis impletio, & ſi legi ſatisfacit: nihil erit opus propitiatore Chriſto.*
        - *Eſt autem opus propitiatore Chriſto.*
        - *Dilectio igitur nõ eſt pfecta legis impletio: nec legi ſatisfacit. B. Huius enim contraria fuit minor ſyllogiſmi Aduerſariorum.*
    - *1. Partes, quæ ſunt:*
      - *Πρότασις, propoſitio. Non eſt ſentiendum, quòd hîc loquatur de perſonali ſingulorum perfectione: ſed loquitur, de integritate communi Eccleſiæ.*
      - *Ἐπιχείρημα, πίστωσις, καὶ βεβαίωσις, ἢ κατασκευὴ, ratio, & probatio. Ideo enim ait dilectionem eſſe vinculum, ſeu colligationem: vt ſignificet, ſe loqui de colligandis, & copulandis pluribus mẽbris Eccleſiæ inter ſe. ἐκ τοῦ ῥητοῦ, ex ſcripto colligit interpretando, καθ' ἑρμηνείαν, τὴν διάνοιαν, ſententiam.*

a b c d

# Confutatio ſecundi argumenti aduerſariorum.

a b c d

**III. Digreſsio, λόγ᾽ παρεκβατικός, ad criminandos Aduerſarios. qui cum de proximi caritate acriter contendant: in eius tamen leges atrociter peccant.**

- **b. Καταſκευαστική, quæ affirmando cōcluditur. In hac duo ſunt conſideranda**
  - Εργασία, ἐπιπίστωσις, ἢ ἐπιβεβαίωσις, ἢ προσκατασκευή, rationis confirmatio, & approbatio, ἐκ τοῦ ὁμοίου, & ſimili. Sicut enim in omnibus, &c.
  - Εξεργασία, ſuperiorum exornatio, & locupletatio: ab effectis, & contrarijs, hoc eſt, ex officijs, & actionibus dilectionis, & conſequentibus incommodis, & commodis. Neceſſe eſt enim diſsilire concordiam, &c.
  - Επεξεργασία, altera expolitio, ἐκ τῆς τῶν παλαιῶν μαρτυρίας, ex veterum teſtimonio. De his præceptis æquitatis, τῆς ἐπιεικείας, &c.
  - Επιφορὰ, concluſio, ἐκ τοῦ ἀνακολούθου, κατὰ διαβολήν, per criminationē. Quare aduerſarij imprudenter ratiocinantur ex nomine perfectionis: quòd dilectio iuſtificet: cùm Paulus de integritate, & tranquillitate communi loquatur.
  - Επιμαρτυρία ἰσχυρίσεως ἕνεκα, teſtimonium ſcriptoris antiqui, confirmandæ interpretationis noſtræ gratia adiunctum. Et ſic interpretatur hūc locum Ambroſius. Sicut ædificium dicitur perfectum, ſeu integrum: cū omnes partes apertè inter ſe coagmentatæ ſunt, &c.
- **c. 2. Loci τοπικοὶ ſimplicis quæſtionis, de integritate communi Eccleſiæ, quæ ὁλοκληρία κοινὴ τῆς ἐκκλησίας dicitur. Eius expoſitio, ἔκφρασις, conſtat**
  - 1. Definitione, ὅρῳ. Nam
    - Σύνδεσμος, vinculum, eſt colligatio: qua copulentur plura membra Eccleſiæ inter ſe: & quæ retinet concordiā.
    - Τελειότης, perfectio, eſt integritas communis Eccleſiæ.
  - 2. Diuiſione, διαιρέσει, verbi. Eſt enim alia τελειότης
    - Perſonalis ſingulorum perfectio.
    - Communis Eccleſiæ integritas.
  - 3. Cauſis cōſeruantibus, φυλακτικαῖς. vt ſunt:
    - Dilectio, ἡ ἀγάπη, quæ eſt vinculum illius τελειότητος.
    - Mutua officia, quibus cōcordia alitur.
    - Æquitas, ἡ ἐπιείκεια: cuius præcepta ſunt, & officia omnium hominum. Vt
      - Auditorum
        - Inter ipſos. vt
          - Tolerare, ſicubi eſt opus, aſperiores mores fratrum.
          - Diſsimulare quædam leuia errata, & condonare.
          - Tolerare infirmos. Id quod firmi debent facere.
        - Erga ſuperiores, vt doctores.
          - Non nimis acerbè iudicare de moril. doctorum.
          - Non faſtidire doctores, propter quędā leuia incommoda: ſed ea boni conſulere.
      - Doctorum, quædam ſcilicet condonare imbecillitati populi: non ei imponere duriora onera.
  - 4. Effectibus, qui ſunt
    - Concordia, ὁμόνοια.
    - Tranquillitas, ἡσυχία.
    - Ne diſsiliat Eccleſia in varia ſchiſmata: & ex his oriātur
      - Odia.
      - Factiones.
      - Hæreſes.
- **d. Cauſis, φθαρτικαῖς, corrumpentibus, in**
  - Epiſcopis, quando
    - Imponunt populo duriora onera.
    - Non habēt rationem imbecillitatis populi.
  - Populi, quando
    - Nimis acerbè iudicat de moribus doctorum.
    - Faſtidit doctores, propter quædam leuia incommoda.

b b

# Refutatio ſecundi argumenti Aduerſariorum.

♄

- 5. *Contrarijs, tum* ♁
  - *Effectibus. Neceſſe enim eſt tum*
    - *Diſsilire concordiam,*
    - *Oriri diſsidia, & varia ſchiſmata,*
      - *Odia.*
      - *Factiones.*
      - *Hæreſes.*
        - *Quæruntur enim deinde &*
          - *Aliud doctrinæ genus.*
          - *Alij doctores.*
- 6. *Similitudine ab οἰκονομίᾳ, & πολιτείᾳ. Sicut enim in omnibus familijs, in omnibus rebus publicis, concordia mutuis officijs alenda eſt: nec retineri tranquillitas poteſt: niſi quædam errata inter ſe diſsimulent homines, & condonent. Ita iubet Paulus in Eccleſia dilectionem exiſtere: quæ retineat concordiam.*
- 7. *Teſtimonijs. De his præceptis æquitatis, pleni ſunt libri omnium ſapientum: vt in hac vitæ conſuetudine, multa condonemus inter nos: propter communem tranquillitatem. Et de eâ tum hîc, tum aliâs ſæpe præcipit Paulus.*

## DIGRESSIO.

♌ *Παρέκβασις eſt πολιτικὴ, inſectationem habens Aduerſariorum, ἀντιδιαβολὴν, & ἀντικατηγορίαν, recriminationem. Cuius partes ſunt:*

- Πρότασις ἐκ τοῦ αἰσχροῦ. *Turpe eſt autem aduerſarijs, tantopere prædicare dilectionem.*
- Κατασκευὴ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, *ratio à repugnante, id eſt, eò quòd minimè faciunt. Cum nuſquam præſtent eam.*
- Ἐπικατασκευὴ, *confirmatio à contrarijs effectibus. Quid nunc agunt?*
  - *Diſsipant Eccleſias.*
  - *Scribunt leges ſanguine: & has proponunt Cæſari, clementiſsimo Principi promulgandas.*
  - *Trucidant*
    - *Sacerdotes.*
    - *Alios viros bonos: ſi quis leuiter ſignificauit, ſe aliquem manifeſtum abuſum non omnino probare.*
  - *Hæc nõ conueniunt ad iſta præconia dilectionis.*
- Ἐπεξεργασία, *expolitio,* καθ᾽ ὑπόθεσιν, *ab effectibus charitatis, ſed proprijs, & veris: quæ ſunt* ἐκβησόμενα. *Quæ præconia dilectionis, ſi ſequerentur Aduerſarij; Eccleſiæ tranquillæ eſſent: & reſpublica pacata.*
- Αἰτιολογία, *ratio expolitionis. Nam hi tumultus conſileſcerent: ſi Aduerſarij non nimis acerbè exigerent quaſdam traditiones, inutiles ad pietatem. quarum pleraſq;, ne ipſi quidem obſeruant: qui vehementiſsimè defendunt eas.*
- Συμπέρασμα, *concluſio. Sed ſibi facile ignoſcunt: alijs non item. Vt ille apud Poëtam: Egomet mi ignoſco, inquit Meuius. Id autem alieniſsimum eſt ab his encomijs dilectionis: quæ hîc ex Paulo recitant; nec magis intelligunt, quàm parietes intelligunt vocem, quam reddunt.*

# Refutatio Tertij Argumenti.

- **Sunt & hic conſideranda quatuor:**
  - Πρότασις. Ex Petro citant & hanc ſententiam. Epiſt. 1. cap. 3.
  - Ὑποφορὰ ἐκ τοῦ ῥητοῦ, ſcripti habens ἀνάγνωσιν, recitationem. Vniuerſa delicta tegit caritas. πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες. ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.
  - Ἀντιπρότασις: qua ſibi aditum munit ad refutationem, per συνδρομήν. Concurrunt enim iterum hic
    - Παρομολογία, conceſſio, ἐκ τῆς διανοίας, ex ſententia ſcriptoris. Conſtat & Petrum loqui de dilectione erga proximum. Ratio ἐκ τοῦ σαφοῦς. Quia hunc locum accommodat ad præceptum: quo iubet, vt diligant ſe mutuò.
    - Ἀφαίρεσις, remotio falſæ ſententiæ, atque interpretationis, τῆς ψευδοῦς διανοίας, καὶ ἑρμηνείας. Ea conſtat
      - Ἀρνήσει γενικῇ, inficiatione, quæ eſt generalis. Neque verò vlli Apoſtolo in mentem venire potuit: quòd Dilectio noſtra
        - Vincat peccatum, & mortem.
        - Sit propitiatio, propter quam Deus reconcilietur: omiſſo Mediatore Chriſto.
        - Sit iuſtitia, ſine Mediatore Chriſto.
      - Αἰτιολογία, ſuppoſita ratione. Hæc .n. dilectio, ſi qua eſſet, iuſtitia eſſet
        - Legis, τοῦ νόμου δικαιοσύνη.
        - Non Euangelij. quod promittit nobis reconciliationem, & iuſtitiã. Si credamus, quòd propter Chriſtum propitiatorem, pater placatus ſit, quòd donentur nobis merita Chriſti.
      - Ἀπόδειξει, probatione rationis, ex perpetua Petri ſententia: qua locus ſupra citatus interpretatur. Partes eius ſunt:
        - Τὸ ῥητὸν, & ἡ κρίσις, ſcriptum Apoſtoli, & eius iudicium. Ideo Petrus, paulò antè, iubet: vt accedamus ad Chriſtum, vt ædificemur ſuper ipſum. Et addit: Qui crediderit in eum: non confundetur.
        - ἡ Ἐπίκρισις, iudicium autoris additum. Dilectio noſtra non liberat nos à confuſione: cum Deus iudicat, & arguit nos: ſed fides in Chriſtum liberat in his pauoribus. Quia ſcimus, propter Chriſtum, nobis ignoſci.
        - ἡ ἐπιμαρτυρία, ſubiecta ſcripturæ autoritas, vnde ſententia ſumpta eſt. Nimirum ex prouerbijs: vbi ἀντίθεσις clarè oſtendit: quomodo intelligi debeat:
          Odium ſuſcitat rixas:
          Et vniuerſa delicta tegit caritas.
  - Λύσις, καὶ ἀνασκευή, ipſa refutatio. Cuius partes ſunt:
    - Propoſitio τῆς διανοίας, καὶ ἑρμηνείας τοῦ ῥητοῦ, ſententiæ, & interpretationis veræ, ἐκ συμφωνίας, atque conſenſu huius, & ſuperioris loci. Idem prorſus docet, quòd illa Pauli ſententia ex Coloſſenſibus ſumpta. Vt ſi quæ diſſenſiones inciderint: mitigentur, & componantur æquitate, & commoditate noſtra, τῇ ἐπιεικείᾳ.
    - Ratio ἐκθετικὴ, & παραφραστικὴ, per expoſitionem τοῦ ῥητοῦ. Diſſenſiones, inquit Paræmiographus, creſcunt odijs.
    - Confirmatio, παραδειγματώδης, conſtans exemplis: quorum alia ſunt
      - Ἀόριστα, infinita. Vt ſæpe videmus, ex leuiſſimis offenſionibus, maximas exoriri tragœdias.
      - Ὡρισμένα, finita. Vt exemplum
        - Romanum. Inciderant quædam, inter C. Cæſarem, & Pompeium, leues offenſiones: in quibus, ſi alter alteri ceſſiſſet: non extitiſſet bellum ciuile. Sed dum vterque morem gerit odio ſuo: ex re nihili maximi motus orti ſunt.
        - Eccleſiaſticum. Et multæ in Eccleſia hæreſes ortæ ſunt, tantum ex mutuis odijs doctorum.

# Refutatio Tertij Argumenti.

ꝺ

- *Ἐπεξεργασία, ſuperiorum expolitio. quæ continet*
  - Ἐπανάγνωσιν, *recitationis iterationem, & διάνοιαν, ſententiam loci. Itaq; non de proprijs delictis, ſed de alienis loquitur: cum ait, Dilectio tegit delicta. videlicet, aliena: & quidem inter homines. Id eſt, etiamſi quæ offenſiones incidunt: tamen dilectio diſsimulat, ignoſcit, cedit: non agit omnia ſummo iure,* τῷ ἀκριβοδικαίῳ.
  - Ἀνακαίνωσιν τῆς διανοίας, *ſententiæ renouationē. Petrus igitur*
    - *Non hoc vult, quòd Dilectio*
      - *Coràm Deo mereatur remiſsionem peccatorum.*
      - *Sit propitiatio, excluſo Mediatore Chriſto.*
      - *Talis virtus ſit: vt propter eam ſimus accepti: non propter Mediatorem* CHRISTVM.
      - (*Hæc enim eſt falſa ſententia.*)
    - *Sed illud vult, quòd*
      - *Erga homines non ſit*
        - *Moroſa.*
        - *Aſpera.*
        - *Intractabilis.*
      - *Quædam errata amicorum diſsimulet.*
      - *Mores aliorum etiam aſperiores boni conſulat. Sicut vulgaris quædam ſententia præcipit: Mores amici noueris, non oderis.*
      - (*Quæ eſt* ἀληθὴς διάνοια, *vera mens Apoſtoli.*)
- Ἐπιφώνημα, *acclamatio, qua occupando ratio redditur huius præcepti toties repetiti. Eſt enim*
  - Προληπτική. *Neq; temerè de hoc officio dilectionis toties præcipiunt Apoſtoli: quòd Philoſophi* Ἐπιείκειαν *vocant.*
  - Αἰτιολογική, ἐκ τοῦ ἀναγκαίου. *rationem enim complectitur à neceſſario. Neceſſaria eſt enim hæc virtus, ad publicam concordiam retinendam: quæ non poteſt durare: niſi multa diſsimulent, multa condonent inter ſe, paſtores, & Eccleſiæ.*

Eſt igitur fallax concluſio Sophiſtarum ab eo, quod dictum eſt ſecundum quid, ad id, quod ſimpliciter eſt dictum.

# Confutatio Quarti argumenti aduerſariorum.

1. Πρότασιν. *Ex Iacobo, cap. 2. citant.*
2. Ὑποφορὰν, & ἀνάγνωσιν τοῦ ῥητοῦ, *ſcripti recitationem. Videtis igitur, inquit, quòd ex operibus, ſeu factis, iuſtificetur homo: & non ex fide tantùm, ſeu non ex fide ſola.* ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον.
3. Ἀντιπρότασιν. *Neq; alius locus vllus magis putatur officere noſtræ ſententiæ. ſed eſt facilis, & plana reſponſio.*
4. Ἀνθυποφορὰν, καὶ λύσιν, *refutationem. eius partes ſunt:*
   - *Propoſitio,* κεφάλαιον, *ex perſpicuitate loci,* ἐκ τοῦ σαφοῦς. *Nihil enim habet incommodi, ſi dextrè intelligatur. Argumentatur autem* ἐκ τοῦ λείποντος, *vel* ἐκ τοῦ μὴ προσδιωρισμένου, *ex eo, quod non additum eſt, per* διαβολήν. *Reprehendit enim Aduerſariorum ſophiſticen à loco captioſo compoſitionis, & dicti ſecundum quid.*
     - *Si non aſſuant Aduerſarij ſuas opiniones de meritis operum: Iacobi verba nihil habent incommodi.*
     - *Sed, vbicunq; fit mentio operū, Aduerſarij affingunt ſuas impias opiniones. Falſa enim* διάνοια *eſt: quòd*
       - *Per bona opera mereamur remiſſionem peccatorum.*
       - *Bona opera*
         - *Sint propitiatio, ac precium, propter quod Deus nobis reconcilietur.*
         - *Vincāt terrores peccati, & mortis.*
         - *Coràm Deo, propter ſuam bonitatē, ſint accepta: nec egeant miſericordia et ppitiatore Chriſto.*
       - *Horum nihil venit in mentem Iacobo. quæ tamen omnia nūc defendunt aduerſarij, præ textu ſententiæ Iacobi.*
     - *Hinc igitur Iacobi verba habent aliquid incommodi, hoc eſt,* ἀσαφὲς, καὶ ἄτοπον, καὶ μαχόμενον*: quòd cum noſtra doctrina, & ipſius Pauli repugnare videatur.*
   - *Reſponſio, ac diſſolutio argumenti aduerſariorum, ex ſtatu* νομικῷ τῆς ἀντινομίας, *cōtrariorū ſcriptorum. quæ tamē non eſſe* a b
     - *Prima,* κατὰ βίαιον, ἢ ἀντιστρέφον, *per inuerſionem. Cuius partes ſunt:*
       - Πρότασις. *Hic locus magis contra aduerſarios facit, quàm contra nos.*
       - Κατασκευὴ, *ratio, per* ἀντίθεσιν, *comparationem*
         - *Aduerſariorū. Hi enim*
           - *Docent, hominē iuſtificari dilectione, & operibus.*
           - *Nihil dicunt de fide, qua apprehendimus propitiatorem Chriſtum. Imò hanc fidem improbant: neq; improbant tantum ſententijs, aut ſcriptis: ſed etiam ferro, & ſupplicijs conantur in Eccleſia delere.*
         - *Apoſtolorum,*
           - *Iacobi. Quantò enim hic melius docet? qui*
             - *Fidem non omittit: ſed eam retinet,* ἐκ τοῦ μὴ παραλειφθέντος.
             - *Non ſubijcit pro fide dilectionē: ne propitiator Chriſtus excludatur in iuſtificatione.*
           - *Pauli. Qui, cùm ſummam tradit vitæ Chriſtianæ: complectitur fidem, & dilectionem. 1. Timot. 1. Finis mandati charitas eſt, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.*
     - *Secunda, ex repugnantibus. Opera enim ſunt fidei iuſtificantis fructus, non cauſæ. Argumentando verò τὴν διάνοιαν oſtendit, ex* ἑρμηνείας, *interpretatione loci Iacobi, ad hunc modum.*
       - *Si hic de operibus dicitur: quæ fidem ſequuntur, & oſtendunt, fidem non eſſe mortuam, ſed viuam, & efficacem in corde: ſequitur Iacobum non ſenſiſſe, nos per bona opera mereri remiſſionem peccatorum, & gratiam.*
       - *Atq; hic dicitur de operibus, quæ fidem ſequuntur: & quæ oſtendant, fidem non eſſe* νεκρὰν, *ſed* ἐνεργοῦσαν, καὶ ζῶσαν, *in corde. Idq; res loquitur ipſa.* προσυλλογισμός. *Loquitur enim Iacobus de operibus iuſtificatorum: qui iam ſunt reconciliati, accepti, & conſecuti remiſſionem peccatorum.*
       - *Non igitur ſentit Iacobus: nos per bona opera mereri remiſſionem peccatorum, & gratiam.* πόρισμα. *Quare errant Aduerſarij: cum hinc ratiocinantur,* ἐκ τοῦ ἀνακολούθου*: quòd Iacobus doceat: quòd per bona opera noſtra habeamus acceſſum ad Deū ſine propitiatore Chriſto.*

*Iſta* ἀνασκευὴ *etiam eſt quadripartita. Diuiditur enim in*

# Confutatio Quarti argumenti.

a

contraria demonſtrantur. Nō enim aduerſatur nobis Iacobus. Obſeruādæ ſunt hîc ſtudioſis ſeptē præcipuæ λύσεις, & reſponſiones.

b

Tertia ex eodem loco, ἐκ τοῦ μαχομένου: pugnaret enim ipſe Apoſtolus ſecum: quod eſt abſurdum. Idq́ꝫ cōcluditur, ἐκ τῆς συνεπείας, ex perpetua Iacobi ſententia. hoc pacto.

- Si Iacobus paulò antè dixit de regeneratione, quòd illa fiat per Euangelium: certè non ſentit, nos per opera noſtra renaſci.
- At paulò antè dixit de παλιγγενεσία, de regeneratione, & quomodo placeat imperfecta obedientia: quòd illa fiat per Euangelium. Sic enim ait: Volens genuit nos, VERBO VERITATIS: vt nos eſſemus primitiæ creaturarum eius. Ἐπίκρισις, ἢ ἑρμηνεία: interpretatio τῆς διανοίας ſubiecta. Cum dicit, nos Euangelio renatos eſſe: docet, quòd FIDE renati, ac iuſtificati ſimus. Nam promiſſio de Chriſto, tantum fide apprehenditur: cum opponimus eam terroribus peccati, & mortis.
- Non igitur ſentit Iacobus, nos per opera noſtra renaſci.

Quarta ex διακρίσεως, diſtinctione verbi ambigui FIDEI.

- Qui diſtinguit inter mortuam fidem, & viuam fidem: is nobis non aduerſatur. Non enim loquimur de ocioſa notitia: qualis eſt etiam in diabolis: ſed de fide, quæ reſiſtit terroribus conſcientiæ: quæ erigit, & conſolatur perterrefacta corda. Talis fides neq́ꝫ facilis res eſt, vt ſomniant Aduerſarij: neq́ꝫ humana potentia, ſed diuina: quo iuſtificamur: qua Diabolum, & mortem vincimus. Sicut Paulus ad Coloſſenſes ait: quòd fides ſit efficax, per potentiam Dei, & vincat mortem. In quo & reſuſcitati eſtis, per fidem efficaciæ Dei. Hæc fides, cum ſit noua vita: neceſſariò parit nouos motus, & opera. In hoc προσυλλογισμῷ Maioris propoſitionis, definitio, cauſæ, & effectus fidei conſiderentur.
- Iacobus autem diſtinxit inter fidem mortuam, & viuam: cùm ocioſas, et ſecuras mentes, quæ ſomniabāt, ſe habere fidem, cum non haberēt, & fingebant ſe iuſtos eſſe, propter profeſſionem dogmatum, vituperaret. Fidem autem
  - Mortuam, νεκρὰν,
  - Viuam, ζῶσαν.
  - Ait eſſe
    - Quæ non parit bona opera. vt notitia hiſtoriæ: qualis eſt & in damnatis, & in Dæmonibus.
    - Quæ parit bona opera. eſtq́ꝫ fiducia miſericordiæ: quæ nititur Mediatore, et propter eum, accipit recōciliationē.
- Ergo Iacobus non aduerſatur nobis: vt nec cum Paulo Apoſtolo pugnat. Ideo rectè negat, nos tali fide iuſtificari, quæ eſt ſine operibus.

Quinta, ex ſcripto, & ſententia, & eo, quod non eſt additum, ἐκ τοῦ μὴ προσδιωρισμένου. hoc modo:

1.
- Qui dicit, nos iuſtificari fide, & operibus: is non dicit, nos per opera renaſci.
- Iacobus dicit, nos iuſtificari fide, & operibus, id eſt, iuſtos pronunciari.
- Ergo non dicit, nos per opera renaſci.

2.
- Is dicit, nos per opera renaſci: qui dicit, quòd partim Chriſtus ſit propitiator, partim opera noſtra ſint propitiatio.
- Iacobus non dicit, quòd partim Chriſtus ſit propitiator, partim noſtra opera ſint propitiatio.
- Iacobus igitur non dicit, nos per opera renaſci.

3.
- Qui dicit, quomodo ex impio iuſtus fiat, is deſcribit modum iuſtificationis.
- Iacobus hîc non deſcribit modum iuſtificationis. Nam deſcribit, quales ſint iuſti, poſtquam iam ſunt iuſtificati, & renati.
- Iacobus igitur hic non dicit, quomodo ex impio iuſtus fiat, & quomodo renaſcamur.

c d

# Confutatio Quarti argumenti Papiſtarum.

c d

*Sexta rurſus ex verbi ambigui diſtinctione. Nã*

*Si δικαιοῦσθαι, iuſtificari ſignificat hîc nõ ex impio iuſtum effici, ſed, vſu forenſi, iuſtum pronunciari: nihil aduerſatur nobis Iacobus.*

*Sed hîc, Iuſtificari, ſignificat non reconciliari, & ex impio iuſtum effici: ſed, vſu forenſi, iuſtum pronunciari, & approbari benè agentem, vel vt iuſtum agnoſci, laudari, celebrari, promiſsiſq́, & donis remunerari, & ornari. Sicut hîc: Factores legis iuſtificabuntur. quæ verba nihil habent incommodi. Qui enim credunt, & habent bonos fructus: iuſti pronunciantur, & placent Deo. Nam lèx ita fit, ſi credimus: & placet, propter fidem, non quòd opera legis ſatisfaciant.*

*Ergò nihil aduerſatur nobis Iacobus. Hæc enim iuſtificatio nihil aliud fuit: quàm rectè facientis collaudatio.*

*Septima quoq; eſt ducta ἐκ τοῦ ῥητοῦ, καὶ τῆς γνώμης, èx ſcripto, ſeu verbis, & mente Apoſtoli.*

*Qui dicit, hominem iuſtificari (.ſ. iuſtitia legis) non ſolum èx fide: ſed etiam ex operibus: is non aduerſatur nobis.*

Προσυλλογισμός. *Quia certè iuſti pronunciantur homines, habentes fidem, & bona opera. Hæc enim in ſanctis, id eſt, iuſtificatis, ſunt iuſtitiæ legis, quæ ſunt acceptæ, propter fidem: non quia ſatisfaciant legi. Iuſtificantur igitur homines ex fide, & operibus: non propter opera, ſed propter fidem: quam tamen bona opera ſequi neceſſe eſt. Loquitur enim Apoſtolus de his operibus, quæ fidem ſequuntur. ſicut teſtatur, cum ait: Fides adiuuat opera eius.*

*Iacobus autem dicit, hominem iuſtificari, non ſolum èx fide, ſed etiam ex operibus.*

*Iacobus igitur non aduerſatur nobis. loquitur enim de iuſtitia operum: quam & Paulus tota voce clamat eſſe neceſſariam. Sed idem negat propter hanc dari remiſsionem peccatorum. Quia obedientia in reconciliatis neceſſaria eſt: & quomodo placeat, ſuprà dictum eſt. Et perſona non eſt iuſta, ſeu placens, ſeu accepta: ſi deſit illa obedientia: & maneant delicta contra conſcientiam.*

*Concluſio. Ita videmus, in his ſententijs nihil eſſe vitij. Sed aduerſarij deprauant eas: qui de ſuo affingũt opiniones. Neq; enim dicunt, opera mereri remiſsionem peccatorum: homines, propter opera, acceptos eſſe, ſeu iuſtos reputari, non propter Chriſtum: opera pacare corda, & vincere iram Dei: opera non indigere miſericordia. Horum nihil dicit Iacobus: quæ tamẽ Aduerſarij verbis Iacobi affingunt.* Ex τοῦ μὴ προσδιωρισμένου.

ADDITIO EX LOCIS COMMVNIBVS.

Eſt ergo ſententia: oportere hominem etiam habere iuſtitiam operum: quod omnino fatendum eſt, Sed interim plura docendus eſt auditor. Scilicet, quòd, propter opera, non accipiat remiſsionem. Item, quòd placeant, non quia legi ſatisfaciat: ſed propter Mediatorem. Hæc addenda eſſe manifeſtum eſt. Quare ſatis apparet, Iacobum non de integra cauſa diſputaſſe: ſed de vna parte concionatum eſſe. Flagitare IVSTITIAM OPERVM: & refutare eos, qui fingebant, ſe iuſtos eſſe, propter profeſsionem. Cæterùm de reconciliatione, & quomodo placeat imperfecta obedientia, hic non dicit.

## Refutatio Argumenti aduerſariorum Quinti.

- Πρότασις. *Citantur contra nos & aliæ ſententiæ de operibus.*
  - Υποφορὰ locorum ex teſtamento
    - *Veteri.*
      - DANIELIS *quarto. Peccata tua eleemoſynis redime.*
      - ESAIAE 58. *Frange Eſurienti panē tuum: tunc inuocabis, & Dominus exaudiet.*
    - *Nouo.*
      - LVCAE 6. *Remittite, & remittetur vobis.*
      - MATTHAEI 6. *Beati miſericordes: quia miſericordiam conſequentur.*
- Ανθυπόφορα. *Ad has ſententias, & ſimiles de operibus, reſpondebimus.*
  - *Sunt huius refutationis partes quatuor:*
    - Ανασκευὴ, *refutatione opinionis Aduerſariorū, quam aſſuūt ſuperioribus ſententijs.*
      - *Prima eſt ἐνθυμηματικὴ, conſtans*
        - *Antecedente: quod eſt ἀξίωμα, ἢ ὑπόθεσις. Primū enim hoc reſpondemus: quod ſupra dictum eſt:* LEGEM *non verè fieri, ſine fide: nec placere, niſi propter fidem in Chriſtum (προσυλλογισμὸς) iuxta illud*
          - *Sine me nihil poteſtis facere.*
          - *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.*
          - *Per Chriſtum habemus acceſſum, per fidem.*
        - *Conſequente, ſeu concluſione. Itaq; quoties requiruntur, & probantur opera: addendum eſt Euangelium de Chriſto. Eſt igitur* τὸ ἐλλιπὲς *vitium in argumento iſto, & fallacia Diuiſionis.*
      - Συλλογιστική. *Cōſtat enim*
        - *Propoſitione maiore. Certiſſimum eſt, in prædicatione pœnitentiæ non ſufficere prædicationem legis: quæ tantum terret, & cōdemnat conſcientias. Sed neceſſe eſt accedere Euangelium: quòd peccata gratis remittantur, propter Chriſtum, & quòd fide conſequamur remiſſionem peccatorum. Hæc eſt* τοῦ τῆς μετανοίας κηρύγματος ὁλοκληρία, *integritas.*
        - Ἐπιφωνήματι, ἐπιβεβαιώσεως ἕνεκα, *acclamatione, per aſſeuerationem, pro approbatione maioris. Hæc ſunt adeò certa, & perſpicua: vt, ſi diſſentiant Aduerſarij: & excludant Chriſtum, & fidem à prædicatione pœnitentiæ: meritò, tanquam blaſphemi in Chriſtum, reijciendi ſint.*
        - *Minore. Hæ ſententiæ, quas paulò antè,* ἐν τῇ ὑποφορᾷ, *commemoraui, ferè ſunt conciones pœnitentiæ.*
        - *Approbatione illius* προσυλλογισμοῦ. *Conſtant enim ex duabus partibus. Habent initiò prædicationem legis, quæ arguit peccata, & iubet benè operari: deinde eſt addita promiſſio.*
        - *Concluſione. Quare concio Danielis, nō tantum ad eleemoſynas detorqueri debet: ſed fides etiam in ea requirenda eſt.*
    - Λύσις, *reſponſio. quæ conſtat*
      - *Altera, quæ copioſior eſt, & duplex: partim*
        - Ἐπεξεργαστική *exornans ſuperiorē argumētationē expolitionibus tribus. Earum*
          - *Vna eſt proximæ concluſionis. Itaq; duæ ſunt partes in concione Danielis. Altera pars*
            - *Eſt prædicatio pœnitentiæ: quæ arguit peccata, & præcipit de noua vita. Conſiderari hic debet, loci Danielis*
              - Ανακαίνωσις τοῦ ῥητοῦ ἀναγνώσεως, *renouatio recitationis ſcripti. Redime peccata tua iuſtitia: & iniquitates tuas beneficijs, erga pauperes. Sic enim in ſua lingua loquitur Daniel.*
              - Διάνοια ἐκ τοῦ σαφοῦς, *ſentētia Prophetæ. vbi ſatis apparet: eū præcipere*
                - *Non ſolum de eleemoſynis, ſeu beneficijs erga pauperes. Hoc eſt,*
                  - *Ne ſuperbè, nec crudeliter imperet.*
                  - *Sed conſulat vtilitatibus ſubditorum.*
                - *Sed de tota iuſtitia, id eſt, de notitia Dei, & fide. Idq; oſtenditur ſyllogiſticῶς.*
                  - *Iuſtitia erga Deum eſt fides, qua credimus Deum nobis ignoſcere.*
                  - *Peccata redime per iuſtitiam, inquit Daniel.*
                  - *Peccata igitur redimuntur per fidē: qua credimus, Deum nobis propter Chriſtū ignoſcere.*
            - *Promittit remiſſionem peccatorum. Ecce erit ſanatio delictorum tuorum.*
          - *Altera ducitur ab exemplo diſſimili.* II
          - *Tertia eſt* ἐπιπίστωσις, *vberior confirmatio eiusdem concluſionis.* ♎
    - Ἐπιτίμησις, *reprehenſione triplici.* ♃

## REFVTATIO QVINTI ARGVMENTI.

- **II. Expoſitionis ſecundæ ab exẽplo diſſimili, pars**
  - Πρότασις. Diſsimilis eſt concio Danielis orationi Ariſtotelis.
  - Prima eſt exempli. cuius partes aliæ ſunt, ἡ Καταſκευὴ, ratio, quæ conſtat
    - Ἐκθέσει, καὶ ἀφηγήσει, expoſitiuncula, & breuiuſcula narratiuncula. Qui (Ariſtoteles) ad ſuum regem (Alexandrum Magnum) ſcribens, etiam hortatur eum ad beneficentiam: & iubet eum potentiam ſuam conferre ad publicam vtilitatem, & ſalutem omnium gentium, non ad ſuperbiam.
    - Ἀναγνώσει, recitatione capitis epiſtolæ illius. Sic enim ad Regem ſcribit: Διὸ πρέπει τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν· ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι.
    - Ἐγκωμιαστικῷ, ἢ ἐπικρίσει ἐπιφωνηματικῇ, collaudatione huius dicti, per acclamationem, ſuoq́ de eo ipſo iudicio. Honeſtiſsima oratio eſt: neq́ de officio publico magni principis aliud dici quicquam melius poteſt.
  - Altera eſt exempli ad rem propoſitam applicatio, ἡ ἀνταπόδοσις. Sed Daniel Nabuchodonoſor regem ſuũ docet
    - Non tantum de officio, ſeu vocatione.
    - Sed de magnis illis rebus, extra Philoſophiam poſitis, de
      - Pœnitentia.
      - Pietate erga Deum.
      - Remiſsione peccatorum.
  - Tertia eſt cõcluſionis ſupioris ſyllogiſmi iteratio ἐγκατάσκευος, cũ ſua ratione. Hic igitur requirendæ ſunt
    - Non tantum eleemoſynæ.
    - Sed etiam FIDES.
    - Idq́ textus oſtendit, Regem conuerſum eſſe
      - Non ſolũ ad eleemoſynas largiendas.
      - Sed multò magis ad fidem.
      - Extat enim egregia confeſſio Regis de Deo Iſrael. NON EST alius Deus, qui ita poſſit ſaluare.

- **III. Tertia expoſitio ἐπιπιστωτικὴ partes habet tres: vt eſt**
  - I. Propoſitio. Oſtendemus clarè, in concione Danielis fidem requiri.
  - II. Argumentatio numeroſa. Habet enim ſeptẽ ſyllogiſmos.
    1. Vbi clarè ponitur promiſsio: ibi certè requiritur fides. Quia promiſsio non poteſt accipi, niſi fide.
       In concione Danielis clarè ponitur promiſsio.
       Igitur concio Danielis requirit fidem.
    2. Vbi remiſsio contingere poteſt: ibi fides requiritur.
       Daniel ibi indicauit remiſsionem contingere poſſe. Cum ait, Redime peccata.
       Itaq́ (cum promiſsio ponatur) ſatis apparet, eum requirere fidem.
    3. Prophetica, & Euangelica vox, non, niſi fide, accipi poteſt.
       Hæc promiſsio remiſsionis peccatorum, verè Prophetica, & Euangelica vox eſt.
       Hæc promiſsio remiſsionis peccatorum, non, niſi fide accipi poteſt. Et eam Daniel certè volebat fide accipi.
    4. Qui nouit promiſſam eſſe remiſsionem peccatorum: is poteſt eam alteri polliceri.
       Non enim eſt hominis, præſertim in terroribus peccati, ſtatuere de voluntate Dei, ſine verbo certo, quòd iraſci deſinat.
       Daniel norat, promiſſam eſſe peccatorum remiſsionem, propter futurum ſemen, videlicet, Chriſtum, non ſolum Iſraëlitis, ſed etiam omnibus gentibus.
       Daniel igitur poterat remiſsionem peccatorum gentili Regi polliceri. Nam alioqui non potuiſſet illi Babylonico Nabucbodonoſori eam promittere.
    5. Si fides non pendet ex conditione operum: certè talis requiritur fides: quæ confidit miſericordia, & verbo Dei, non operibus noſtris.
       Sed fides non pendet ex conditione operũ, probatur προσυλλογισμῷ.
       - Si hæc fides ex conditione operũ penderet: incerta eſſet remiſsio.
       - Sed non eſt incerta remiſsio.
       - Fides igitur non pendet ex conditione operum.

       Ergo talis requiritur fides: quæ confidit miſericordia, & verbo Dei, non operibus noſtris.
    6. Si reatus tollitur per pœnitentiam: peccata redimuntur per pœnitentiam.
       Sed reatus tollitur per pœnitentiam.
       Ergo peccata tolluntur per pœnitentiam, id eſt, per conuerſionem hominis ad Deum, per fidem in Chriſtum.
       Ergo quòd dicit Daniel: Redime peccata per iuſtitiam, & eleemoſynas: idem eſt, ac ſi diceret: redime peccata per pœnitentiam.
    7. Si Deus ignoſcit propter promiſsionem, his, qui eam apprehendunt: certè non ignoſcit propter opera ſequẽtia.
       At Deus ignoſcit propter promiſsionem, his, qui eam fide apprehendunt.
       Deus igitur non ignoſcit, propter opera ſequentia, Ergo propter fidem in Chriſtum. Non igitur hinc ratiocinandum eſt ἀνακολούθως, quòd Deus ignoſcat, propter opera ſequentia.
  - III. Concluſio. Quare huic Danielis loco iniuriam faciunt: qui inde ratiocinantur, quòd remiſsio peccatorum contingat, propter opera noſtra: non fide, propter Chriſtum.

# ΕΠΙΤΙΜΗΣΙΣ, REPREHENSIO FALſæ interpretationis, atq; ſententiæ.

*Hieronymi,*

- *Is abolere Euangelium cenſendus eſt: qui ſentit, remiſſionem peccatorum incertam eſſe. Hanc propoſitionem conuerte, vt ſit directa.*
- *Quidam ſentiunt remiſſionem peccatorum eſſe incertam. Vt Hieronymus, qui hîc, præter rem, adiecit ἀπορηματικῶς, dubitatiuam particulam. Et multò impudentius diſputat in commentarijs: incertam eſſe remiſſionem peccatorum. Sed nos meminerimus, Euangelium certò promittere remiſſionem peccatorum.*
- *Quidam igitur abolere Euangelium (vt inter eos Hieronymus) cenſendi ſunt. Dimittamus igitur hoc loco Hieronymum.*

4. *Ea eſt partim*

*Aduerſariorum: ad hunc modum:*

1.
- *Philoſophicum eſt, in concione Danielis, nihil requirere, niſi adhortationem de imperio rectè gerendo. Hæc eſt conuertenda, vt fiat primæ figuræ diſpoſitio.*
- *Aduerſarij in concione Danielis, nihil aliud requirunt, quàm illam adhortationem.*
- *Aduerſarij igitur ſunt Philoſophici theologi.*

*Maior confirmatur. Sed ita ſit. Opera naturaliter incurrunt hominibus in oculos. Quia fidem nec intelligit, neq; conſiderat humana ratio. Ideo ſomniat, opera illa mereri remiſſionem peccatorum. Hæc opinio naturaliter hæret in animis hominum: neq; excuti poteſt: niſi cum diuinitus docemur.*

2.
- *Affingere, quòd propter opus illud contingat remiſſio peccatorum, eſt Phariſaicum.*
- *Pontificij affingunt, quòd propter opus illud, contingat remiſſio peccatorum.*
- *Pontificij igitur ſunt Phariſaici Theologi.*

Πρότασις *Maior illuſtratur* ἀντιθέσει νουθετικῇ. *Sed reuocare nos debemus, ab hac carnali opinione* (σαρκικῇ δόξῃ) *ad Euangelium, & promiſſionem miſericordiæ: in qua gratis exhibetur remiſſio peccatorum, propter Chriſtum. Ita in omnibus locis de pœnitentia, fides requirenda eſt. Summa enim contumelia eſt in Chriſtum: remiſſionem peccatorum, ſine Chriſto, quærere.*

*Aliorum quorundam, cuius partes ſunt:*

- Πρότασις, & ἐπιφορά. *Quidam interpretantur Danielem, de remiſſione pœnæ. cum ait: Redime, &c.*
- Λύσις, *ſolutio: quæ eſt duplex,*
  - *Vnius membra ſunt:*
    - Ὁμολογία. *Ita nihil contra nos faceret Daniel.*
    - Ἀφαίρεσις. *Etſi dubium non eſt: quin loquatur de remiſſione culpæ.*
    - Κατασκευή. *Fruſtra enim quæritur remiſſio pœnæ: niſi prius cor apprehenderit fide remiſſionem culpæ.*
  - *Alterius, partes, quibus tractatur:*
    - Ὑπόθεσις, *conditio. Quod ſi illi concedent, remiſſionem culpæ gratis contingere, per fidem.*
    - Παρομολογία, ἢ συγχώρησις. *Nos poſtea facile largiemur, pœnas, quibus caſtigamur, mitigari bonis operibus, & tota pœnitentia.*
    - Κατασκευὴ μαρτυρώδης. *Iuxta illa dicta:*
      - *Si nos iudicaremus: non iudicaremur à Domino. 1. Cor. 11.*
      - *Si conuerſus fueris: conuertam te. Ierem. 15.*
      - *Conuertimini ad me: & ego conuertar ad vos. Zach. 1.*
      - *Inuoca me in die tribulationis. Pſal. 49.*

# Reſponſio ad Argumentum VI. hoc eſt, ad Chriſti dictum, Lucæ VII.

*Huius reſponſionis partes ſunt quatuor:*

- Πρότασις. *Sic iudicandum eſt, & de hoc loco, ſcilicet, Chriſti Lucæ 7.*
- Ὑποφορὰ, & ἀνάγνωσις τοῦ ῥητοῦ, *obiectio, & ſcripti recitatio.* REMITTITE, *& remittetur vobis.*
- Λύσις, *refutatio, quæ ducta eſt*
  - 1. Ἐκ τῆς διανοίας, *ex ſententia Chriſti. Eſt enim penè ſimilis concio de pœnitentia. Particula*
    - *Prior requirit (*κατὰ τὴν ἐντολὴν*, mandato) bona opera.* REMITTITE.
    - *Poſterior addit* ἐπαγγελίαν, καὶ ὑπόσχεσιν, *promiſſionem.* ET *remittetur vobis.*
  - 2. Ἐκ τοῦ ἀνακολούθου, *ex nō conſequēte. vbi eſt*
    - *Propoſitio. Neq; eſt ratiocinandum: quòd noſtra condonatio ex opere operato mereatur, nobis remitti peccata.*
    - *Ratio,* ἐκ τοῦ μὴ προσδιωρίσθαι. *Non enim dicit hoc Chriſtus.*
  - 3. Ἐκ τοῦ συλλογισμοῦ, *ex ratiocinatione. In qua ſunt:*
    - Ὅμοια, *ſimilia duo. quorum alterum eſt*
      - Ἀόριστον, *infinitum.*
        - *Sicut alijs ſacramentis annectit Chriſtus promiſſionem remiſſionis peccatorum.*
        - *Ita annectit & bonis operibus.*
      - Ὡρισμένον, *definitum.*
        - *Sicut in cœna Domini non conſequimur remiſſionem peccatorum, ſine fide, ex opere operato:*
        - *Ita neq; in hoc opere.*
    - Διόρθωσις, *correctio. Imò noſtra condonatio non eſt bonum opus: niſi cum fit à reconciliatis.*
    - Συμπέρασμα. *Ideo noſtra condonatio, ſequitur condonationem diuinam.*
  - 4. Ἐκ τοῦ τῆς αἰτίας, καὶ ἀπὸ τοῦ εἰωθότος, *à cauſis, & à conſuetudine Chriſti. Solet autem hoc modo coniungere legem, & Euangelium. vt,*
    - 1. *Vtrumq; tradat, doctrinam*
      - *Fidei.*
      - *Bonorum operum.*
    - 2. *Moneat, hypocriſin, & ſimulationem pœnitentiæ eſſe: niſi ſequantur boni fructus.*
    - 3. *Multa habeamus externa ſigna Euangelij, & remiſſionis peccatorum: quæ nos commonefaciant, & conſolentur.*
    - 4. *Multipliciter exercere fidem poſſimus.*
- Ἐπιφορὰ, *concluſio. Sic igitur neceſſe eſt tales locos accipi: Ne*
  - *Aboleamus Euangelium de Chriſto.*
  - *Noſtra opera opponamus Deo, tanquam propitiationem, & precium, abiecto Chriſto.*
  - *Fiat incerta remiſſio peccatorum: ſi doceatur, pendêre ex conditione noſtrorum operum.*

# Reſponſio ad ſeptimum Argumentum.

*Sunt & in hoc loco quatuor conſideranda;*

- Προβολὴ ῦ ῥητῦ, *expoſitio ſcripti. cuius partes ſunt:* ἡ
  - Πρότασις. *Citatur ex Tobia.*
  - Ὑποφορὰ, κατ᾽ ἀνάγνωσιν τοῦ ῥητῦ, *obiectio cum recitatione ſcripti. Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.*
- Ἀντιπρότασις, *pollicitatio refutationis, ex verborum forma, quæ* σχῆμα λέξεως *nominatur,* κατὰ παράλειψιν, *per præteritionem. Non dicemus* ὑπερβολὴν, *ſuperlationem eſſe. etſi ſic accipi debet (*τὸ ῥητὸν, *prima fronte,* **denn es iſt zů hart geredt/mit diſen dirren worten**) *ne detrahat de laudibus Chriſti. Cuius propria ſunt officia,* LIBERARE *à peccato, & à morte.*
- Λύσις, *refutatio, quæ oſtendit* διάνοιαν, καὶ γνώμην, *ſententiã & mentẽ Thobiæ. Eius partes ſunt:*
  - Παραλογισμοὶ, *fallaciæ, & captiones Sophiſtarum.*
    - ῦ Ὁμωνυμίας, *ambigui: quod diſtinguendum eſt,* κατὰ διάστασιν, *verbi*
      - *Eleemoſynarum. ſunt enim duplices. Quædam reconciliationem*
        - *Præcedunt. quæ Deo non placent: quicquid enim non fit ex fide, peccatum eſt.*
        - *Sequuntur. hæ placent Deo.*
      - *Peccati, & mortis. Vt enim raors, ita peccatum eſt aut*
        - *Præſens. Ab hoc non liberant nos eleemoſynæ.*
        - *Futurum. A quo liberant, hoc eſt, merentur, vt defendamur in periculis peccatorum, & mortis.*
    - ῦ Διαιρέσεως, *diſiunctionis, &* ῦ ἐλλιπῦς. *nam alteram partẽ aduerſarij prætermittũt. Tobias enim concionatur non tantum de eleemoſynis: ſed etiam de fide. Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo, vt dirigat vias tuas. Hæc eſt* ἑτέρα προβολὴ τῦ ῥητοῦ, *altera ſcripti propoſitio, & recitatio.*
    - Τῦ συμβεβηκότος, *accidentis. liberant enim à peccato, & morte: non ex opere operato, &* καθ᾽ αὑτό*: ſed propter Chriſtum. Placet enim Deo fides, cum fructibus.*
    - Τοῦ παρὰ τὸ ἁπλῶς τόδε, ἢ πῆ, καὶ μὴ κυρίως, *dicti ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Non enim quia fides, cum eleemoſyna placet Deo: idcirco omnino (ſine Chriſto, in non regeneratis) placent Deo opera charitatis.*
  - Ὑπόθεσις, ἀξίωμα, καὶ στοιχεῖον. *Sed recurrendum eſt ad* REGVLAM: *quòd* LEX *ſine* CHRISTO *non prodeſt.* ἀρχὴ αὐτόπιστος, ἀνένστατος, ἀναπόδεικτος.
  - Ἀπόδειξις ἀνασκευαστικὴ, *argumentatio, per*
    - *Negationem, & refutationem.*
      - *Lex ſine Chriſto, neq; prodeſt, neq; placet Deo.*
      - *Eleemoſynæ, quæ præcedunt reconciliationem, ſunt legis.*
      - *Eleemoſynæ, quæ præcedunt reconciliationem, neq; proſunt ad ſalutem, neq; Deo placent.*
    - *Affirmationem, & conceſſionem.*
      - *Quicquid ex fide fit, prodeſt, & placet Deo, ſcilicet propter Chriſtum: non ex opere operato.*
      - *Eleemoſynæ, quæ ſequuntur reconciliationem, fiunt ex fide.*
      - *Eleemoſynæ, quæ ſequuntur reconciliationem, proſunt, & placent Deo.*
    - *Conceſſionem, cum correctione.*
      - 1.
        - *Si placet Deo fides, cum fructibus: etiam eleemoſynæ liberant à peccato, & morte: nõ ex opere operato: ſed propter Chriſtum, per fidem.*
        - *Placet autem Deo fides cũ fructibus. Confirmatur quadã cõparatione.*
          - *Quemadmodum de pœnitentia dictum eſt: ita etiam iudicandum eſt de eleemoſynis.*
          - *Dictum autem de pœnitentia eſt: quod fidem cum fructibus complecti debeamus.*
          - *Igitur de eleemoſynis iudicandum eſt: quòd placeat Deo fides, cum fructibus.*
        - *Ergo eleemoſynæ liberant à peccato, & morte: non ex opere operato: ſed propter Chriſtum, per fidem.*
      - 2.
        - *Si Tobias non tantum de eleemoſynis concionatur: ſed etiam de fide: perſpicuum eſt, eleemoſynas non liberare nos ex ſe: ſed ex fide.*
        - *At Thobias concionatur etiam de fide. Omni tempore, &c.*
        - *Perſpicuum igitur eſt, eleemoſynas non liberare nos ſua vi, ſed ipſius fidei, per Chriſtum, & propter Chriſtum.*

a b I

## Reſponſio ad Septimum Argumentum.

a b

Αφαίρεσιν negationem,
- *Quicquid liberat à præſenti peccato: id vincit iram, & iudicium Dei, & reddit pacatas conſcientias.*
- *Eleemoſynæ non vincunt iram, & iudicium Dei, nec reddunt pacatas conſcientias.*
- *Igitur Eleemoſynæ non liberant à præſenti peccato.*

Βίαιον ὅρον, ἢ ἀνθορισμὸν, violentã, ſeu contrariam definitionem.
- *Mereri multa beneficia Dei, & liberari à peccato futuro, eſt mereri, vt defendamur in periculis peccatorum, & mortis.*
- *Eleemoſynæ merentur multa Dei beneficia, & liberant à futuro peccato, ſcilicet, non ex opere operato, ſed propter Chriſtum, per fidem.*
- *Eleemoſynæ igitur merentur, vt defendamur in periculis peccatorum, & mortis. Hoc concedimus.*

Ἐπιφορὰ, concluſio. *Hæc eſt ſimplex διάνοια, ſententia (ἢ συμφωνία contra ἀντινομίαν) reliquis ſcripturis conſentiens.*

Ἐπιφώνημα, acclamatio. *Sic enim accipienda ſunt præconia operum, & legis: ne detrahant de gloria Chriſti, & Euangelij.*

## Reſponſio ad octauum argumentum.

Πρότασις. *Iactatur & dictum Chriſti, apud Lucam. Cap.* XI.

Ὑποφορὰ, & προβολὴ τοῦ ῥητοῦ, *obiectio, & ſcripti expoſitio per* ἀνάγνωσιν. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* πλὴν τὰ ἐνόντα, *veruntamen quod ſupereſt (Hæc verba prætereunt Papiſtæ)* δότε ἐλεημοσύνην: καὶ ἰδοὺ, πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.

Ἀντιπρότασις, κατὰ διαβολὴν, *per criminationem. Planè ſurdi ſunt Aduerſarij.*

*Eadē ſunt & hîc in reſpondendo partes. nēpe,* ἡ

- Ἐπιφορά. C
  - *Conceditur, & admittitur.* B
  - Προσδιορισμῷ, *particula vniuerſali.* OMNIA. A
- Ἀνθυποφορὰ, ἢ λύσις, *refutatio, qua tollitur* ἀντινομία, *quæ videtur huic dicto Chriſti ineſſe. Et oſtenditur vera* διάνοια, *ſententia ſcripti, duplici interpretatione. quarũ altera*
  - *Reijcitur, propter paralogiſmum ſeu captionē diuiſionis, & compoſitionis, item dicti ſecundũ quid, ad dictum ſimpliciter. Idq; in*
    - Συνεχείᾳ, *id eſt, continuatione loci integri. quæ pars habet*
      - *Propoſitionē,* ἀντιπροβολὴν, *per*
        - Σύνθεσιν, *coniunctionem eorum, quæ ſunt connectenda. In qua eſt* ἀνάληψις τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ὑποθέσεως ἀμετάπτωτου, *reſumptio, & iteratio fundamenti in hac doctrina firmi, & certi, nimirum Principij. Toties iam dictum eſt,* LEGEM, *ſine Chriſto, non prodeſſe: propter quem placent* BONA OPERA.
        - Διαίρεσιν, *diuiſionē, qua diſiunguntur à Sophiſtis, quæ ſunt coniungenda. Sed Aduerſarij vbiq; (excluſo Chriſto) docent, mereri iuſtificationem, per opera legis. quæ eſt falſa* διάνοια, ἐκ τοῦ ἐλλιποῦς, *ex eo quod iſti omittunt.*
      - *Confirmationē,* κατασκευὴν, ἐκ τῆς συνεπείας, *ex perpetua loci illius ſententia, quã negligunt. Ac conſtat*
        - Κεφαλαίῳ. *Hic locus integer prolatus, oſtendet, & fidem requiri.* προσθήκη τοῦ ἐλλείποντος, *adiectio eius, quod eſt prætermiſſum. Eleemoſynas .n. iubet dare ex fide.*
        - Ἐπιχειρήματι, *ratione, in qua eſt loci occaſio, ἀφορμή. Chriſtus enim obiurgat Phariſæos, ſentientes, ſe, coram Deo mundari, hoc eſt, iuſtificari, crebris ablutionibus.*
        - Ἑρμηνεία κατ' ἀντίλεξιν, *falſa.*
          - Πρότασις. *Sicut Papa, neſcio quis, de aqua ſale conſperſa, inquit: quòd populum ſanctificet & mundet. Et gloſſa ait: quòd mundet à venialibus.*
        - Ἐργασίᾳ, *rationis copioſiore tractatione, et approbatione, per comparationē. cuius eſt*
          - Ἀνταπόδοσις, ἐκ τῆς διανοίας, ἐξ ἑρμηνείας, καὶ διαστάσεως, *ex ſententia, interpretatione & diſtinctione,* τοῦ καθαρισμοῦ.
            - *Tales erant & Phariſæorũ opiniones: quas reprehendit Chriſtus, & opponit huic fictæ purgationi duplicem mundiciē. alterã*
              - *Internam. Iubet enim, vt intus mundemur.*
              - *Externã de qua addit: Date eleemoſynã, de eo quod ſupereſt. Et ſic omnia erunt vobis munda.*

# Reſponſio ad octauum Argumentum aduerſariorum.

**A.** *Conſtat hæc pars, in qua eſt fallacia diuiſionis, & dicti ſecundũ quid, ad dictum ſimpliciter (non enim ſi foris eſt mundus: idcirco totus mundus eſt)*

- *Propoſitione. Aduerſarij non rectè accommodant particulam vniuerſalem,* προσδιωρισμὸν τοῦ καθόλου.
- *Ratione, per* ἀντίθεσιν*, ſentētiæ*
  - *Aduerſariorum, qui corrumpunt* διάνοιαν*, ſententiam, Sophiſticè tranſlata particula vniuerſali, ad vnam partem. Omnia erunt munda, datis eleemoſynis. Vt, ſi quis ita ratiocinetur. Andreas adeſt. Igitur omnes Apoſtoli adſunt.* Ανακόλουθον *eſt, &* ἀσυλλόγιστον*, non conſequens, non rectè concluſum, propter* παραλογισμὸν *vitioſi conſequentis: qui* ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον *dicitur.*
  - *Chriſti. quæ pars habet*
    - Τὸ προσδιωρισμένον. *Addit enim hanc concluſionem vtriq; membro.*
    - Τὸ ῥητόν. *Tunc omnia erunt munda.*
    - Τὴν διάνοιαν. *Videlicet, Si &*
      - *Intus eritis mundi.*
      - *Foris Eleemoſynam dederitis.*
    - Τὴν ἑρμηνείαν, & ἐπίκρισιν, *interpretationem, ſubiecto ſcriptoris iudicio. Significat .n. quòd externa mundicies collocāda*
      - *Sit in operibus à Deo præceptis.*
      - *Non ſit in traditionibus,* παραδόσεσι*, humanis. Vt*
        - *Tunc erant illæ ablutiones,*
        - *Nunc ſunt in Papatu*
          - *Quotidiana aſperſio aquæ.*
          - *Veſtitus Monachorum.*
          - *Diſcrimina ciborũ.*
          - *Similes pompæ.*
- *Concluſione,* κατὰ σύνθεσιν. *Quare in antecedente vtrunq; membrum coniungi debet. Credite, & date eleemoſynas. Ac tota illa concio Chriſti coniungi debet. cuius multæ ſunt partes: quarum aliæ de fide, aliæ de operibus præcipiunt. Nec eſt candidi lectoris (*διαβολή*) excerpere præcepta operum: omiſſis locis de fide.*
- Αἰτιολογία*, à* συμφωνία*, & conſenſu perpetuo ſacrarum literarum. Scriptura enim alibi dicit,* FIDE *purificari corda.*

*B.* Επιφορά*, Concluſio.*

*Quod ſi*

1. *Corda ſint munda.*
2. *Et deinde foris accedāt eleemoſynæ, hoc eſt, opera charitatis omnis generis.*

*Ita toti erũt mundi, id eſt,*

- *Non ſolum intus.*
- *Sed foris etiam.*

*C. Alterius interpretationis partes ſunt,*

- ἡ Πρότασις. *Sunt & nonnulli: qui* εἰρωνείαν *eſſe arbitrantur.*
- ἡ Προβολὴ τοῦ ῥητοῦ. *Date eleemoſynas: & omnia erunt munda.*
- ἡ διάνοια. *Videtur enim Chriſtus vanam perſuaſionem Phariſæorum ſalſe taxare: qui cum haberēt animos peſſimis cupiditatibus obnoxios: interim, datis eleemoſynis, confidebant ſe meros ſemideos eſſe.*
- ἡ Επίκρισις ἐκ τοῦ ἀκολούθου. *Hæc interpretatio non eſt abſurda,* συμφωνία. *Neq; quicquam habet: quod pugnet cum alijs ſcripturis.*

## Refutatio noni Argumenti.

- Partes huius ἀνασκευῆς quoque ſunt, ἡ
  - Πρότασις καταστατικὴ, καὶ παραλειπτικὴ, propoſitio per præteritionem. Adderemus & alios locos: niſi exiſtimaremus, ex his, quos recenſuimus, atq; enarrauimus, ſimiles facile iudicari poſſe. Sed adijciemus hoc ſcholaſticum argumentum.
  - Ὑποφορὰ, obiectio τῆς ἐπιχειρήσεως argumentationis.
    - Neceſſe eſt iuſtitiam eſſe in voluntate. β.
    - Fides non eſt in voluntate. Eſt enim in intellectu. γ.
    - Neceſſe igitur eſt, fidem non eſſe iuſtitiam. vel ὑπαρχόντως. Fides non iuſtificat. δ.
  - Ἀντιπρότασις. Hoc argumentum ideo recitamus: vt tota res magis fiat perſpicua:
    - Quomodo fides iuſtificet.
    - Quid Paulus appellet iuſtificationem.
  - Ανθυποφορὰ, καὶ λύσις, confutatio duplex:
    - Prima: qua, propter moroſos quoſdam τεχνολογικῶς reſpondemus refutatione,
      - Concluſionis, δ. per ἀντίφασιν, Fidem eſſe iuſtitiam. In qua eſt
        - I. Syllogiſmus primus.
          - Iuſtitia eſt obedientia erga ſuperiorem, quam is approbat. Hæc definitio ex Ethicis conſtat.
          - Fides autem eſt obedientia erga Euangelium: in quo ſuperior mandat, vt credamus in eum, quem is miſit: eamq; obedientiam Deus approbat.
          - Quare fides rectè dicitur iuſtitia.
        - II. Ratiocinatio altera.
          - Obedientia erga Euangelium, imputatur pro iuſtitia. A.
          - Fides autem eſt obedientia erga Euangelium.
          - Fides igitur imputatur pro iuſtitia.
        - Proſyllogiſmus maioris proximæ.
          - Propter quam rem obediẽtia, erga legem, Deo placet: ea imputatur pro iuſtitia.
          - Atqui propter obedientiam erga Euangelium, placet Deo obedientia, erga legem. Idq; tantum propterea, quia credimus nobis Deum, gratis propitium eſſe, propter Chriſtum. Neq; enim legi ſatisfacimus. A.
          - Obedientia igitur erga Euangelium imputatur pro iuſtitia.
      - Oſtenditur præterea: cur hæc obediẽtia erga Euangelium imputetur ꝑ iuſtitia.
        - Monſtrandis cauſis
          - Falſis. Non propter noſtram
            - Mundiciem.
            - Impletionem legis.
          - Veris. ſed quia
            - Accipit oblatam miſericordiam, τῇ πίστει.
            - Sentit, nos propter Chriſtum iuſtos reputari, per miſericordiam: non propter noſtram, vt diximus, impletionem legis: non propter noſtram mundiciem.
        - Concluſione. Ita reuocãda eſt mens, à conſpectu legis, ad Euangelium, & Chriſtum: & ſtatuendum: quòd reputemur iuſti: cum ſentimus, nos, propter Chriſtum acceptos eſſe: non propter dilectionem, aut impletionem legis.
      - Minoris, γ. cuius contradicens ſic cõcluditur:
        - Velle, & accipere promißionem Chriſti, eſt certè in voluntate. Niſi ſimul vellemus, & acciperemus promiſſam reconciliationem: maneret fuga, & pauor: nec exiſteret pax, ſeu quies conſcientiæ, ſeu cordis. Quare appellatione fidei, verè complectitur Euangelium. Velle oblatam promißionem.
        - Hæc fides, de qua, cum Paulo, diſſerimus, eſt velle, & accipere promißionem Chriſti. Illuſtratur iſta πρότασις διαστάσει. Differt enim fides à ſpe. Quia
          - Fides accipit in præſentia remißionem peccatorum, & reconciliationem, ſeu acceptionem noſtri, propter Chriſtum.
          - Spes autem, verſatur circa futura bona, & liberationem futuram.
        - Hæc igitur fides eſt in voluntate ponenda. Nam ἡ πίστις ſignificat aſſentiri promißioni Dei: quod eſt in intellectu: & cum hoc aſſenſu, neceſſariò eſt coniuncta fiducia, in voluntate: volens, & accipiens promiſſam reconciliationem: & acquieſcens in monſtrato Mediatore.
    - Altera, ex definitione verbi iuſtificationis, τῆς δικαιώσεως, καὶ δικαιοποιΐας, per ἀντίλεξιν, id eſt, verbi χαρακτικοῦ explicationem συνώνυμον, ἢ ταὐτοσήμαντον. Et ex diſtinctione cauſæ falſæ, & cauſarum verarum iuſtificationis. ☉

## Refutatio Scholaſtici argumenti.

⊙ Altera λύσις, διαστολὴ habet cauſarum. Quarum alia eſt

- *Falſa, ψευδὲς αἴτιον, proprij operis iuſtitia.*
  - *Iuſtificatio hic ſignificat, reputari iuſtum, δίκαιον λογίζεσθαι.*
  - *Deus hominem non reputat iuſtum, ſicut in foro, aut in Philoſophia, reputatur homo iuſtus: propter proprij operis iuſtitiam: quæ rectè ponitur in voluntate.*
  - *Ergo Deus non iuſtificat hominem, propter proprij operis iuſtitiam, quæ rectè ponitur in voluntate, id eſt, non iuſtificat, ſicut in foro, aut in Philoſophia.*
- *Vera, τὸ ἀληθές, tum*
  - *Προκαταρκτικόν, obiectum.*
    - *Reputari iuſtum, ſignificat hic iuſtificatio.*
    - *Deus per miſericordiam, propter Chriſtum, reputat hominem iuſtum.*
    - *Deus igitur per miſericordiam, propter Chriſtum, iuſtificat. Si quis tamen hunc (Chriſtum) fide apprehendat.*
  - *Ὀργανικὸν, inſtrumentum, quo Chriſtum, & iuſtitiam apprehendimus.*
    - *Quod imputatur ad iuſtitiam: id appellari iuſtitia poteſt.*
    - *Fides eſt illud, quod imputatur ad iuſtitiam (vt cum Paulo loquamur) quacunq; tandem in parte hominis ponatur. Id enim nihil impedit diuinam imputationem.*
    - *Quare fides appellari iuſtitia poteſt.*

## EX HOC SCHOLASTICORVM ARGVMENTO agitato videtur tota cauſa melius perſpici poſſe. Quia rem ad Methodum reuocat.

Quanquam autem hęc diſplicent Aduerſarijs: qui acerrimè contendunt, nihil intelligi nomine Fidei, niſi notitiam: qualis & in Diabolis eſt; tamen ad talem notitiam, impoſsibile eſt congruere dicta illa: Iuſtificati pacem habemus. Item, Qui credit in eum, non confundetur.

*Adiecta hæc ſunt ex Locis communibus.*

Deinde, rurſus hoc monendi ſunt lectores: Iuſtitiã, quę in nobis eſt, eſſe in volũtate. Sed iuſtificari hic ſignificat, conſequi à Deo, remiſsionem peccatorum, & acceptationem ad vitam æternam. Hæc contingunt nobis, propter MEDIATOREM, ſedentem ad dextram æterni Patris: ſed tamen fide accipi oportet. Et ſimul Spiritus Sanctus datur, inchoans nouam lucem, & nouas virtutes: quibus nos Deo ſubijcimus: quibus inchoatur in nobis vita æterna. Sicut inquit Chriſtus: HAEC EST VITA AETERNA, VT AGNOSCANT TE SOLVM VERVM ESSE DEVM, ET QVEM MISISTI, IESVM ESSE CHRISTVM.

*Δικαιοῦσθαι quid hic ſignificet.*

## Reſponſio ad argumentum de Merito, quod iſti vocant, Condigni.

- Πρότασις. *Ex his etiam intelligi poteſt: quid iudicandum ſit de* MERITO CONDIGNI, *de quo fingunt Aduerſarij, &c.* **Darmit ſie auß würdigkeyt das ewig leben verdienen wöllen.**
- Ὑποφορά. *Homines iuſtos eſſe coràm Deo, propter*
  - *Dilectionem.*
  - *Legis impletionem.*
- Ἀντιπρότασις. *Hæc nullo modo ferenda ſunt.*
- *Eædē partes ſunt huius reſponſionis:*
  - *Vna, ex contrario. Si ſemper iuſti reputamur, id eſt, antè, & poſt renouationē, propter Chriſtum, gratis, per miſericordiam: falſum eſt, nos iuſtos eſſe corā Deo, propter dilectionem, & noſtram legis impletionem, ſeu meritum cōdigni. Ac conſtat ex tribus mēbris. Quæ ſunt:*
    - Κεφάλαιον ἐκ τοῦ ἐλλείποντος. *Hìc nulla mentio fit* IVSTITIAE *fidei & pro Mediatore Chriſto, ponitur, quòd accepti ſimus, propter noſtram impletionem legis.*
    - Ἐπιχείρημα, *ratio propoſitionis, per* ἀντικατάλλαξιν, *cōpenſationem. Cuius partes ſunt,* ἡ
      - Ὁμολογία, *conceſſio. Etſi enim, vt ſuprà diximus, neceſſariò ſequitur renouationem, dilectio.*
      - Ἀφαίρεσις, *correctio. tamē*
        - *Non debet Chriſti gloria transferri in noſtrā impletionem legis.* Ἄρσις.
        - *Sed (θέσις) ſentiendū eſt, quòd*
          - *Iuſti reputemur, etiam poſt renouationem, propter Chriſtum.*
          - *Chriſtus maneat*
            - *Mediator,* μεσίτης.
            - *Propitiator,* ἱκέτης.
          - *Propter Chriſtum habeamus* προσαγωγὴν, *acceſſum ad Deum.*
          - *Non ſatisfaciamus legi: ſed habeamus opus miſericordia.*
          - *Semper iuſti reputemur, per miſericordiam.*
    - Ἐργασία, *confirmatio à teſtimonijs. Idq́ confitetur vniuerſa Eccleſia: quòd iuſti, & ſalui fiamus, per miſericordiam. Sicut ſuprà citauimus ex Hieronymo.* IVSTITIA NOSTRA NON EX PROPRIO MERITO, SED EX DEI MISERICORDIA CONSISTIT. *Hæc autem miſericordia fide accipitur.*
  - Ἀνθυποφορά, καὶ λύσις, *refutatio triplex quarum ducitur*
    - *Altera,* ἐκ τοῦ ἑπομένου ἀτόπου, *ex conſequēte abſurdo. Huius partes ſunt quatuor:*
      - *Propoſitio. Si ſentiendum eſt, quòd Chriſtus tantum* PRIMAM GRATIAM, *vt vocat, meruerit: poſtea nos ſimus accepti,* NOSTRA IMPLETIONE *legis: & mereamur vitam æternam: quando erunt conſcientiæ pacatæ? quando ſtatuent, quòd habeant Deum propitium?*
      - *Ratio, à repugnantibus, & legis effectu.* LEX *enim ſemper accuſat nos, vt Paulus ait: Lèx iram operatur. Ita fiet: vt, ſi ſenſerint conſcientiæ iudicium legis, ruant in deſperationem.*
      - *Confirmatio, à teſtimonijs*
        - PAVLI. *Qui ait: omne quod non eſt èx fide, peccatum eſt. Iſti autem nunquam èx fide agent: ſi tunc demum ſentient, ſibi Deum propitium eſſe: cum legem impleuerint. Semper enim dubitabunt: vtrum legi ſatisfactum ſit: imò intelligent, non eſſe ſatisfactum. Ideo nunquam ſtatuent ſe habere Deum propitium, ſe exaudiri. Nunquam igitur diligent, nunquam verè colent Deum. Talia pectora quid aliud ſunt: niſi ipſe infernus: cum ſint plena deſperationis, & odij Dei, & in hoc odio tamen inuocant, & colunt Deum, ſicut Saul colebat.*
        - OMNIVM *piarum mentium: ad quas prouocamus. Hæ, quia peritæ rerum ſpiritualium ſunt, teſtari poterūt: hæc mala conſequi ex illa impia perſuaſione aduerſariorum: quæ*
          - *Sentit, quòd iuſti reputemur coràm Deo, propria legis impletione.*
          - *Iubet cōfidere*
            - *Non promiſſione miſericordiæ, propter Chriſtū, donata.*
            - *Sed noſtra impletione legis.*

## Reſponſio ad argumentum, de Merito Condigni.

α β γ

- *Concluſio. Neceſſe eſt igitur ſtatuere: quòd*
  - *Certò, poſt renouationem, iuſti, hoc eſt, accepti Deo ſimus.*
  - *Pacem habeamus coràm Deo, per miſericordiam, propter Chriſtum.*
  - *Illa inchoatio legis, in nobis*
    - *Non ſit digna vita æterna.*
    - *Sed quòd*
      - *Sicut remiſſio peccatorum, & iuſtificatio imputatur*
        - *Per miſericordiam, propter Chriſtum.*
        - *Non propter legem.*
      - *Ita & vita æterna, cum iuſtificatione offeratur*
        - *Non propter legem, & noſtrorum operum perfectionem.*
        - *Sed per miſericordiam, propter Chriſtum. Sicut ait:*
          - *Hæc eſt autem voluntas Patris mei, vt omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.*
          - *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.*

✱

- *Tertia ab exẽplis*
  - *Aduerſariorum, per ſciſcitationem, aut percunctationem. Ac quæramus aduerſarios: quid conſilij dent morituris? Vtrum iubeant eos ſentire: quòd reputentur iuſti, & expectare vitam æternam, propter opera propria: an verò per miſericordiam, propter Chriſtum?*
  - *Pauli, & Laurentij. In quibus eſt*
    - Πλάσις, *fictio. Certè nec Paulus, nec Laurentius dicent, ſe propter mundiciem propriam, iuſtos reputandos eſſe: aut ſibi deberi vitam æternam, propter propria opera, aut legis impletionem. Sed ſentient, ſe reputari iuſtos, & accipere vitam æternam, propter Chriſtum, per miſericordiam.*
    - Επίκρισις, *adiudicatio, quaſi* ἐπιφώνημα. *Nec poſſunt muniri piæ mentes, contra deſperationem: niſi ſentiant, quòd, per miſericordiam, propter Chriſtum, certò habeant & iuſtitiam, & vitam æternam: non propter legem.*
    - Επισφραγισμὸς, *clauſula, obſignans veluti ſuperiora. Hæc ſententia conſolatur, erigit, & ſaluat pias mentes.*

*Concluſio. Quare Aduerſarij, cùm* MERITVM CONDIGNI *prædicant: abolent doctrinam de* FIDE, *&* MEDIATORE *Chriſto: & adigunt conſcientias in deſperationem.*

# Confutatio meriti, quod vocant Condigni.

1. Πρότασις. *Sed dicat aliquis.*

2. Ὑποφορά. *Si per miſericordiam ſaluandi ſumus: quid intereſt inter hos, quibus contingit ſalus, & quibus non contingit? Nam pariter ſperabunt miſericordiam, boni, & mali?*

3. Ἀντιπρότασις. *Hoc argumento videntur moti Scholaſtici, ad quærendum* MERITVM CONDIGNI. *Neceſſe eſt enim, diſcrimen eſſe, inter ſaluandos, & damnandos.*

*Septem partiũ hæc eſt refutatio. Vt ſunt:*

4. Ἀνθυποφορὰ, ἤ λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος, *ipſa refutatio. In qua ſyllogiſmi ſunt,*

Προκατασκευαστικοί, *præcurrentiũ rationum.*

I.
- *Si cum iuſtificatione offertur vita æterna, &c. nullis contingit ſalus, niſi iuſtificatis.*
- *Primum autem illud dicimus: cum iuſtificatione offerri vitam æternam: ſeu, iuſtificatos, eſſe filios Dei, & cohæredes Chriſti. Iuxta illud: Quos iuſtificauit: eoſdem & glorificauit.*
- *Igitur nullis contingit ſalus, niſi iuſtificatis.*

II.
- *Sicut iuſtificatio incerta eſſet: ſi penderet èx conditione operum noſtrorum, aut legis: ac non gratis acciperetur, propter Chriſtum, per miſericordiam: ita, ſi ſpes niteretur operibus noſtris: tunc verò eſſet incerta.* Ratio προσυλλογιστική. *Quia lèx ſemper accuſat conſcientias: quæ, niſi fide apprehendant miſericordiam, non poſſunt reddi pacatæ.*
- *Sed iuſtificatio non eſt incerta: nec ſpes eſt incerta.*
- *Ergo vt iuſtificatio non pendet èx conditione operum noſtrorum, aut legis: ſic ſpes nequaquam nititur noſtris operibus. ergo ſola miſericordia.*

III.
- *Si conſcientia pacata eſt: tum verò poteſt èxiſtere ſpes vitæ æternæ. Neq; enim poteſt exiſtere ſpes vitæ æternæ, niſi pacata* συνειδήσει. *Nam conſcientia dubitans fugit iudicium Dei, ac deſperat.*
- *Qui autem fide apprehendunt miſericordiam, eorum pacata eſt conſcientia.*
- *Qui igitur fide apprehendunt miſericordiam: in ijs ſpes vitæ æternæ poteſt exiſtere.*

IIII.
- *Vt ſpes vitæ æternæ ſit certa: ſentiendum eſt, quòd donetur vita æterna, per miſericordiam, propter Chriſtum: non propter noſtram impletionem legis.*
- *Neceſſe eſt autem ſpem vitæ æternæ certam eſſe.*
- *Igitur ſentiendum eſt: quòd donetur vita æterna, propter Chriſtum: nõ propter noſtram legis impletionem.*

V.
- *In foro, & coràm Deo diuerſa eſt ratio iuris, ſeu debiti, & miſericordiæ.*
- *Atqui in foro, ac iudicijs hominum, ius, ſeu debitum certum eſt: miſericordia incerta. Hic coràm Deo alia res eſt. Nam miſericordia habet clarum mandatum Dei. Euãgelium enim eſt hoc ipſum mandatum, quod iubet credere: quòd Deus velit ignoſcere, & ſaluare, propter Chriſtum. Iuxta illud: Non miſit Deus filium ſuum in mundum: vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.*
- *Ergo coràm Deo debitum intertum eſt: quia nullum: miſericordia autem certa.*

*Præcipuus,* ὁ προηγούμενος.
- *Cuicunq; rei promiſſa eſt vita æterna: ea diſcrimen facit, inter ſaluandos, & damnandos, inter dignos, & indignos.* A.
- *Fidei eſt promiſſa vita æterna.* B.
- *Fides igitur hæc diſcrimen facit inter ſaluandos, & damnandos: dignos, & indignos.* C.

a b

# Confutatio meriti, quod vocant Condigni.

a

b

*Minoris præcipui ſyllogiſmi approbatio*
- *Iuſtificatis eſt promiſſa vita æterna.*
- *Fides autem iuſtificat, quandocunq́, & quocunq́ tempore eam apprehendunt homines. Et quoties de miſericordia dicitur: intelligendum eſt, fidem requiri.*
- *Fidei igitur promiſſa eſt vita æterna.* B.

Ποϱισματικῶς, ἐκ *ſuperioribus*, ἐπισυναχθεῖσι *confectus.*
- *Qui hanc fidem conſecuti ſunt: hi renati ſunt, vt benè operentur: vt legem faciant.* a.
- *At per omnem vitam certare debemus, vt hanc fidem conſequamur, & confirmemus.* b.
- *Per omnem igitur vitam certare debemus, vt renati ſimus: vt benè operemur: vt legem faciamus.* c.

*Proſyllogiſmus minoris proximæ*
- *Si èxiſtit hæc fides in pœnitentia: non in his, qui ſecundum carnem ambulant: debemus per omnem vitam certare: vt eam fidem conſequamur, & confirmemus.*
- *Exiſtit autem hæc fides, vt ſuprà diximus, in* μετανοίᾳ, *non in his, qui ſecundum carnem ambulant.*
- *Ergo per omnem vitam certare debemus: vt fidem hanc conſequamur, & confirmemus.* c.

5.

*Concluſio.* *Sicut igitur pœnitentiam per omnem vitam requirimus: ita & bona opera requirimus: etſi noſtra opera non ſunt talia: vt pro eis debeatur vita æterna.*

6.

*Confirmatio,* ἐπιπίστωσις, *à teſtimonijs*
- CHRISTI. *qui in hanc ſententiam ſic dixit: Cum feceritis omnia: dicite, ſerui inutiles ſumus.*
- BERNARDI. *qui rectè dixit:*
  - *Neceſſe eſt primò credere, quòd remiſſionem peccatorum habere* NON POSSIS, *niſi per* INDVLGENTIAM *Dei. Deinde, quòd nihil prorſus habere queas operis boni: niſi & hoc dederit ipſe. Poſtremò, quòd æternam vitam nullis potes operibus promereri: niſi gratis detur & illa.*
  - *Paulò pòſt. Nemo itaq́ ſe ſeducat. quia ſi benè cogitare voluerit: inueniet proculdubio: quòd nec cum decem millibus poſſit occurrere ei: qui cum viginti millibus venit ad ſe. &c.*

7.

*Epilogus. Nos igitur, vt conſcientiæ teneant certam, &*
- *Conſolationē.*
- *Spem.*

*Ideo*
- *Reuocamus homines, ad promiſſionem Chriſti.*
- *Docemus: ꝙ neceſſe ſit credere: quòd Deus*
  - *Remittat peccata.*
  - *Iuſtificet*
  - *Donet vitam æternam.*

*Idq́*
- *Propter Chriſtum. Iuxta illud: Qui habet filium: habet vitam.*
- *Non propter legem.*

## Confutatio meriti, quod vocant Condigni.

### De dicto Chriſti: Cùm feceritis omnia, dicite: Serui inutiles ſumus. Luc. XVII.

**Huius reſponſionis partes ſunt:**

- Κατάστασις, & προβολὴ τοῦ ῥητοῦ, propoſitio, & ſcripti expoſitio, cum recitatione, ἀναγνώσει. Sed operæ precium eſt, audire: quomodo eludant Aduerſarij dictum Chriſti. Cùm feceritis omnia: dicite, ſerui inutiles ſumus. ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν. λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμέν. i. quæ præcepta, & imperata vobis ſunt.
- Ἀνασκευή, confutatio duplex: Eſt enim
  - Vna, τοῦ ἀντιστρέφοντος inuerſionis vitioſæ. Cuius partes ſunt:
    - Πρότασις. In confutatione ſic corrumpunt.
    - Ὑποφορὰ, obiectio, & ψευδὴς διάνοια, falſa ſentẽtia.
      - Primùm faciunt ἀντιστρέφον. Multò magis, inquiunt, dici poteſt: Si credideritis omnia: dicite, ſerui inutiles ſumus.
      - Deinde addunt, opera
        - Inutilia eſſe Deo.
        - Nobis verò vtilia.
    - Ἀντιπρότασις, quę habet
      - Διαβολὴν, criminationem. Videte, quàm delectet Aduerſarios puerile ſtudium Sophiſtices.
      - Ὑπόσχεσιν, ἢ ἐπαγγελίαν τῆς λύσεως, promiſſionem refutationis. Et quanquam hæ ineptiæ indignæ ſint: quæ refutentur: tamẽ paucis reſpondebimus.
    - Ἀνθυποφορὰ, καὶ λύσις, refutatio, quę fit quadam diſtinctione, per
      - Conceſſionem. Cuius partes ſunt:
        - Propoſitio. Ἀντιστρέφον eſt vitioſum.
        - Ratio. Quia decipiuntur Aduerſarij in vocabulo fidei.
        - Confirmatio, qua oſtenditur, non valere ſimilitudinem.
          - Τὸ συνημμένον, copulatum. Quod ſi FIDES ſignificaret NOTITIAM hiſtoriæ: aut ſi diceremus: quòd fides propter ſuã dignitatem ſaluaret: valeret ſimilitudo. Multò magis nos ſeruos inutiles eſſe: ſi crediderimus.
          - Πρόσληψις aſſumptio, veram continet διάνοιαν.
            - 1.
              - Fiducia promiſſionis, & miſericordiæ Dei, fatemur nos eſſe ſeruos inutiles.
              - Sed nos loquimur de illa fiducia promiſſionis, & miſericordiæ Dei.
              - Nos igitur loquimur, quòd fateamur, nos eſſe ſeruos inutiles.
            - 2.
              - Hæc eſt vera vox fidei: quòd opera noſtra ſint indigna: quòd ſimus inutiles.
              - Nos autem loquimur de illa fide: & quærimus miſericordiam. Fides enim ideo ſaluat: quia apprehendit miſericordiam, ſeu promiſſionem gratiæ: etiamſi opera noſtra ſint indigna.
              - Ergo agnoſcimus: nos eſſe ſeruos inutiles.
        - Concluſio. quæ habet
          - Συμφωνίαν, conſenſionem, contra ἀντινομίαν, ἢ ἀντιλογίαν. Et in hanc ſententiam, nihil nos lædit ἀντιστρέφον. Cum credideritis omnia: dicite, ſerui inutiles ſumus.
          - Αἰτιολογίαν, cũ conceſſione, in qua eſt cõditio. Rectè, n. dicitur: ſi tantum intelligatur, operibus detrahi dignitas.
      - Propoſitio. Sed ſi ſic intelligatur: quòd etiam fides ſit inutilis, non ualet ſimilitudo.
      - Obiectio vitioſæ iſtius ſimilitudinis. Cuius eſt
        - Πρότασις. Cum feceritis omnia: nolite confidere operibus.
        - Ἀνταπόδοσις, Ita, cum credideritis: nolite confidere promiſſione Dei.

α ϐ γ δ

# Reſponſio ad argumentum, de Merito condigni.

α β γ δ

- **γ** Correctionem: qua reijcitur diſsimilitudo, ἐκ τοῦ ἀνακολούθου, καὶ ἀσυλλογίστου, ex non conſequente. Eius eſt
- **δ** Reſpõſio. Cuius partes aliæ ſunt, nimirum quatuor:
  - Κεφάλαιον. Hæc non cohærent.
  - Ἐπιχείρημα, ratio. q̃ cõſtat
    - Syllogiſmo.
      - Quæ diſsimilia ſunt, ea non cohærent.
      - Hæc (ſuperiora) diſsimilia ſunt. A.
      - Hæc ſuperiora non cohærent.
    - Proſyllogiſmis.
      - 1.
        - Vbi ſunt diſsimiles cauſæ, diſsimilia obiecta: ibi ſunt omnia illa diſsimilima.
        - In priore, & poſteriore propoſitione, ſunt diſsimiles cauſæ, diſsimilia obiecta.
        - In ſuperioribus igitur propoſitionibus, ἐν τῇ προτάσει, καὶ ἀνταποδόσει, omnia ſunt diſsimilia. A.
      - 2.
        - Damnare fiduciam noſtrorum operum: & non damnare fiduciam promiſsionis diuinæ: ſunt diſsimilima.
        - Chriſtus damnat fiduciam noſtrorum operum, non damnat fiduciam promiſsionis ſuæ.
        - Ergo illa ſunt diſsimilima.
  - Ἐργασία, confirmatio proximæ illius minoris B.
    - Ἐκ τῆς διανοίας, à ſententia, & mente Chriſti. Non vult nos de gratia, & miſericordia deſperare.
    - Ἐκ τῆς μαρτυρίας, à teſtimonio Ambroſij: qui præclare hîc inquit: Agnôſcenda eſt gratia: ſed non ignoranda natura. Promiſsioni gratiæ confidendum eſt: non naturæ noſtræ.
  - Αὔξησις, exaggeratio, ex abſurdo, & indigno, ἀπὸ τοῦ ἀτόπου, καὶ ἀνηκέστου. Eſtq́ ἀνασκευαστική. cuius ideo partes ſunt:
    - Πρότασις conſequentis. Aduerſarij ſuo more faciunt: ſceleſtè detorquent ſententias pro fide traditas, contra fidei doctrinam.
    - Ὑποφορά. Nam hæc cauillatio totum Euangelium abrogat: cum credideritis omnia: dicite fidem inutilem eſſe.
    - Ἀνθυποφορά, à
      - RE. Nonne Euangelium pollicetur remiſsionẽ peccatorum, & ſalutem, etiam his, qui nulla prorſus habent bona opera: ſi tamen conuertantur, & non deſperent: ſed, fide in Chriſtum, conſequantur remiſsionem peccatorum?
      - PERSONA. Nam iubent aduerſarij deſperare hos, quorum conſcientiæ nulla inueniunt bona opera: quæ opponere Dei iudicio poſsint. Ἐρωτήσεις ſunt ἀγανακτικαὶ, interrogationes vehementes, propter rei indignitatem. Num his dicent, fidem inutilem eſſe?
    - Ἐπιφορά, concluſio, κατ' ἀρείαν, cum imprecatione iuſta. Male pereant iſti Sophiſtæ, cum talibus calumnijs: quæ totum Euangelium euertunt: abrogant gratuitam remiſsionem peccatorum: eripiunt pijs conſcientijs firma ſolatia.
- **β** Altera, τῆς ἑρμηνείας ψεῦδος, falſæ interpretationis verbi, INVTILES. ♂
- **α** Epilogus. ♀

## Reſponſio ad argumentum, de Merito condigni.

*ALTERA* ΛΥΣΙΣ. ♂

- Πρότασιν. *Illa verò cauillatio (σόφισμα) planè puerilis eſt.*
- Ὑποφοράν. *Cum interpretantur, ſeruos* INVTILES*: quia Deo opera ſunt* INVTILIA*: nobis verò ſunt vtilia.* ψευδὴς διάνοια, καὶ ἑρμηνεία, *falſa ſententia, atq; interpretatio.*
- *Habet ea partes item quatuor* Ἀνθυποφοράν,
  - Ἐκ τῶν διαφερόντων, *ex rebus differentibus, qui locus eſt* τοῦ ἑτέρου, καὶ τοῦ ταὐτοῦ*. quæritur enim de eodem, & de alio. At Chriſtus de alia* VTILITATE *loquitur: de ea videlicet: quæ conſtituit nobis Deum debitorem gratiæ.*
  - Ἐκ τοῦ μὴ πρὸς θέσιν, καὶ τοῦ μὴ οἰκείου, *ab eo, quod non pertinet ad cauſam, per* ἀποδίωξιν, *reiectionem. Quanquam alienum eſt, hoc loco diſputare, de vtili, aut inutili.*
  - Ἐκ τοῦ κατ᾽ ἀντίλεξιν ὅρου, *ex definitione, quæ fit verbo idem ſignificante. Nam ſerui inutiles, ſignificant* οὐχ ἱκανοὺς, *inſufficientes. Quia nemo tantùm timet: tantùm diligit Deum: tantùm credit Deo: quantum oportuit: nemo ſatisfacit legi. Hæc eſt vera* διάνοια, *&* ἑρμηνεία.
- Ἐπιφοράν, *concluſionem, per* ἀποκοπήν*. præciſione enim abrumpit autor hanc diſputationem. Sed miſſas faciamus has frigidas cauillationes Aduerſariorum. de quibus, quid iudicaturi ſint homines: ſi quando proferentur in lucem: facile poſſunt exiſtimare viri prudentes.*

♀ *Concluſio* ἐπιλογικὴ *habet contentionem*

- *Scripti,* τοῦ ῥητοῦ, ἐκ τοῦ σαφοῦς, κατὰ διαβολήν*. In verbis maximè planis, & perſpicuis reperérunt rimam. Nihil enim in his eſt* ὁμώνυμον, *nihil* ἀμφίβολον.
- *Sententiæ,* τῆς διανοίας*. At nemo non videt, in illo loco, fiduciam noſtrorum operum improbari.*

## GRATIA, in ſermone Eccleſiæ, quid ſignificet.

In Eccleſia nomen GRATIAE, propter Ebraicæ linguæ conſuetudinem, actiuè, & paſſiuè ſignificat. Nec de ſolis habitibus intelligatur: ſed ſimul ἡ σχέσις, relatio comprehendatur. Gratia eſt ACCEPTATIO: qua Deus propter FILIVM, GRATIS, δωρεὰν, recipit agentem pœnitentiam, & credentem: cum qua acceptatione, coniuncta eſt, DONATIO Spiritus Sancti, inchoantis in nobis, nouam OBEDIENTIAM, & vitam æternam.

# Refutatio meriti, quod vocant Condigni.

- Πρότασις. *Sed aduerſarij reclamant.*
- Ὑποφορὰ ἐγκαλαστικὸς, *obiectio munita ratione. Eſt enim* ἐνθυμηματικὴ: *cuius eſt*
  - *Conſequens,* ἑπόμενον. *Quòd vita æterna debeatur* DE CONDIGNO, *pro bonis operibus.*
  - *Antecedens,* ἡγούμενον. *Quia vita æterna vocetur merces. Eſtq́ue* προβολὴ τοῦ ὅρου, *expoſitio definitionis.*
- Ἀντιπρότασις. *Breuiter, & planè reſpondemus.*
- Ἀνθυποφορὰ, ἢ λύσις, *confutatio, qua reſpondetur ad obiectionē aduerſariorum. In qua eſt*
  - I. Προανασκευή. *quædā enim refutationi præmittuntur tanquā præludia: iiſque ad illam munitur quidam aditus,* ἡ παρασκευή. *Partes eius ſunt:*
    - *Collatio diuerſorum locorum. In qua eſt*
      - Ἀντεισαγωγὴ, *cōpenſatio, per* ἀντιπροβολὴν τοῦ ἀνθορισμοῦ, *oppoſitā ſuperiori expoſitionē, cum definitione contraria, etiā* ἐνθυμηματικὴ.
        - *Conſequens. Paulus vitam æternam* DONVM *appellat.*
        - *Antecedens. Quia, cum reputamur iuſti, propter Chriſtum: ſimul efficimur filij Dei, & cohæredes Chriſti.*
      - Ὁμολογία, *conceſſio* ὀνομασίας, ἢ προσηγορίας, καὶ ὅρου, *appellationis, & definitionis Aduerſariorū. Alibi verò ſcriptum eſt: Merces veſtra copioſa erit in cœlis.*
      - Συμπερασμάτιον, *concluſiuncula: qua ſignificatur, nullam in his eſſe* ἀντινομίαν. *Hæc, ſi videntur aduerſarijs inter ſe pugnare, ipſi expediant. Eſtq́ue* ἀπαίτησις τῶν ἐλέγχων, *poſtulatio argumentorum, quibus* ἀντιλογίαν *demonſtrent.*
    - *Reprehenſio,* ἐπιτίμησις *Aduerſariorū Sophiſtices, & paralogiſmorū. Partes hic ſunt*
      - *Propoſitio. Sed parum æqui ſunt iudices.*
      - *Ratio. quæ eſt partim*
        - Τοῦ ῥητοῦ, *ſcripti. In quo fallunt incautos, Diuiſionis captione. Nam*
          - *Omittūt* τῇ ἐλλείψει,
            - *Doni vocabulum.*
            - *Fontes totius negotij: quomodo iuſtificentur homines: quòd perpetuò ſit mediator Chriſtus.*
          - *Interim excerpunt vocabulum* MERCEDIS, τοῦ μισθοῦ.
        - Τῆς ἑρμηνείας. *Interpretantur .n. vocabula* τοῦ μισθοῦ, *acerbiſſimè,*
          - *Non ſolum contra Scripturam,* παρὰ τὴν γραφήν.
          - *Sed etiam contra ſermonis conſuetudinem.*
        - Τῆς διανοίας, *ſententiæ, id eſt*
          - Τοῦ παραλογισμοῦ. *Hinc enim*
            - 1. *Ratiocinātur.*
              - *Quia merces nominatur.*
              - *Ideo opera noſtra ſunt eiuſmodi: quæ debeant eſſe precium: pro quo debetur vita æterna.*
              - *Planè noua eſt hæc dialectica.*
                - *Vocabulum audimus mercedis.*
                - *Igitur*
                  - *Opera noſtra legi ſatisfaciunt.*
                  - *Sumus accepti Deo, propter opera noſtra.*
                  - *Non indigemus miſericordia, & propitiatore Chriſto, fideq́ue apprehendente miſericordiā.*
            - 2. *Ingentem Soritē, Chryſippeo more, cumulant. Talibus enim coaceruationibus beneficiū Chriſti, & iuſtitiam fidei obſcurant.*
              - *Bona opera ſunt precium, pro quo debetur vita æterna.*
              - *Bona opera legi Dei ſatisfaciunt.*
              - *Et præter hæc, fieri poſſunt opera ſupererogationis.*
              - *Non igitur ſolum legi Dei ſatisfacere homines poſſunt, ſed etiam amplius facere.*
              - *Et, quia Monachi amplius faciunt: ſuperſunt eis merita.*
              - *Et, quoniā liberalitas eſt, largiri alijs de eo, quod ſupeſt: licet donare illa merita alijs.*
              - *Affingunt & Sacramentum huius donationis: mortuis circundant cucullos: vt teſtentur, applicata eis eſſe aliena merita.*

a b

K

# Refutatio meriti, quod vocant, Condigni.

a b

- Occupatio, ἀπάντησις. quæ habet ἀνακαίνωσιν, renouationem
  - Status, τῆς στάσεως, p
    - Αρσιν, negationem, & remotionem. Non mouemus inanem λογομαχίαν de vocabulo.
    - Θέσιν, affirmationem. De re magna litigamus: vt ſit πραγματομαχία. Hæc enim veniunt in controuerſiam: quam, niſi dijudicet conſcientia: non poteſt habere firmam, & certam conſolationem.
      - Vnde debeant piæ mentes certam ſpem ſalutis concipere.
      - Vtrum bona opera poſſint conſcientias reddere pacatas.
      - Vtrum ſentire debeant, ita contingere vitam æternam: ſi bona opera opponant iudicio Dei: an verò debeant ſentire: quòd propter Chriſtum, per miſericordiam, reputentur iuſti, & conſequantur vitam æternam.
  - Confirmationis, τῆς πίστεως, hoc eſt
    - Τῶν προαποδειχθέντων, eorum, quæ antè ſunt demonſtrata. Nos autem ſatis clarè oſtendimus: quod
      - Bona opera, καλὰ ἔργα,
        - Non ſatisfaciant legi Dei.
        - Opus habeant miſericordia.
        - Non reddant pacatam conſcientiam, quæ fuit noſtra depulſio, ἀπόφασις, contra intentionem, κατάφασιν, Aduerſariorum.
      - Fide ſimus accepti Deo, propter Chriſtum.
    - Τοῦ πορίσματος. Ex his enim omnibus ſequitur: quòd oporteat ſentire: iuſtificatos conſequi vitam æternam
      - Propter Chriſtum, per miſericordiam.
      - Non propter legem.

- II. Ανασκευή, refutatio antecedentis Aduerſariorum enthymematis, bipartita:
  - VNA eſt αἰτιώδης cauſas explicans, cur vita æterna vocetur merces. Suntq; tum
    - Quaſi cauſæ. Partes hic ſunt:
      - Πρότασις καθ' ὑπόθεσιν, propoſitio, quæ conditionem habet. Nihil abſurdi diceremus; ſi diceremus, vitam æternam dici MERCEDEM.
      - Αἰτιολογία, ratio. Quia debetur iuſtificatis, propter promiſſionem.
      - Κατασκευή, confirmatio. Sunt enim ordinata inter ſe hæc dona.
      - Εξεργασία, exornatio, à teſtimonio Auguſtini. Qui ait: Dona ſua coronat Deus in nobis.
    - Veræ cauſæ. Sunt & hic partes quædam.
      - Πρότασις. Sed Scriptura, vitam æternam vocat mercedem.
      - Κατασκευή. In qua eſt
        - Αρσις, ἢ ἀφαίρεσις, cauſæ falſæ remotio. Non quia propter opera debeatur.
        - Θέσις, ſubſtitutio verarũ cauſarũ. Sed
          - Quia compenſat
            - Afflictiones.
            - Opera.
          - Propter aliam cauſam contingit. Sicut hæreditas venit filio familiâs, non propter officia ſua: & tamen eſt merces, & compenſatio officiorum filij.
      - Ἀπόδοσις, conclusio. Satis eſt igitur, nomen mercedis, hac ratione conuenire vitæ æternæ.

a b

# Refutatio meriti, quod vocant, Condigni.

c d

*Αἰτιολογία, ratio altera repetita. Quia vita æterna compenſat*
- *Bona opera.*
- *Afflictiones.*

*Βάσις, clauſula. Vita igitur æterna eſt merces:*
- *Non quia*
  - *Opera ſufficiant.*
  - *Debeatur, pro operibus.*
- *Sed conſecutiuè. Quia, cùm propter aliam cauſam contingat: tamen compenſat opera, & afflictiones.*

*Altera παρομολογικὴ: qua conceditur, opera verè eſſe meritoria. Conſtat partibus quatuor. vt ſunt:*

- *Propoſitio. Præterea concedimus: opera verè eſſe meritoria.*
  - *Ἄρσις, non remiſſionis peccatorum, aut iuſtificationis.*
  - *Θέσις. Sed ſunt meritoria aliorum præmiorum, quæ redduntur, tum in hac vita, tum poſt hanc vitam,*
    - *Corporalium.*
    - *Spiritualium.*
- *Confirmatio, πρεσαπόδοσιν, in diſtributis ſuppoſitam rationem partis*
  - *Primæ, τῆς ἄρσεως, duplici ratione:*
    - *1. Non enim placent (opera) niſi in iuſtificatis, propter fidem: nec ſunt digna vita æterna.*
    - *2. Sicut enim iuſtificatio, ita viuificatio fide contingit, propter Chriſtum.*
  - *Secundæ, τ̃ θέσεως, quæ continet*
    - *Rationem. Differt enim Deus pleraq; præmia: donec glorificet Sanctos, poſt hanc vitam.*
    - *Confirmationem. Quia vult eos in hac vita exerceri, ad mortificandum veterem hominem.*
    - *Exornationem, ex comparatione*
      - *Euangelij: quod gratis exhibeat promiſſionem iuſtificationis, & viuificationis, propter Chriſtum.*
      - *Legis. In qua non gratis, ſed pro operibus, offertur, & debetur merces.*
- *Concluſio ἐνθυμηματικὴ, à cauſa ad effectum: cuius eſt*
  - *Antecedens. Cum igitur opera, ſint quædam impletio legis:*
  - *Conſequens. Rectè dicuntur merita: rectè dicitur, eis deberi merces.*
- *Ratio, ex effectibus. Et hæc merces parit gradus præmiorum. Iuxta illud Pauli: Vnuſquiſq; accipiet mercedem, iuxta ſuum laborem. Hi gradus ſunt merces operum, atq; afflictionum.*

## Reſponſio ad meritum, quod vocant, Condigni.

- *Quatuor ſunt huius confutationis partes:*
  - Πρότασις. *Sed contendunt Aduerſarij.*
  - Ὑποφορὰ ἐγκατάσκευος, *obiectio munita rationibus.*
    - *Obijciunt igitur, Vitam æternam propriè deberi, pro operibus.*
    - *Et teſtimonijs approbãt. Quia ait*
      - *Paulus. Reddet vnicuiq; ſecundum opera eius.*
      - *Chriſtus,*
        - *Ioann. 5. Qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ.*
        - *Matth. 25. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c.*
  - Ἀνθυποφορὰ, ἢ λύσις, *refutatio duplex. Eſt enim*
    - *Vna à cauſis et effectis. In qua conſiderentur,*
      - Ἀξίωμα, ἢ ὑπόθεσις. *In his locis omnibus, in quibus opera laudantur, neceſſe eſt ad* CANONEM *ſuprà traditum, recurrere:* QVOD OPERA *non placeant ſine Chriſto, id eſt, excluſo Mediatore.*
      - *Syllogiſmi,*
        - *A cauſa. I.*
          - *Opera non placent ſine Chriſto. Nec eſt excludendus Mediator Chriſtus. Quia non placent Deo bona opera: niſi in iuſtificatis, hoc eſt, in his, qui ſentiunt, ſe acceptos eſſe Deo, propter Chriſtum.*
          - *Textus ait, vitam æternam reddi operibus.*
          - *Vita igitur non redditur ſine Chriſto, id eſt, excluſo Mediatore. ſignificat ergo textus, vitam æternam reddi iuſtificatis.*
        - *Ab effectu.*
          - II.
            - *Si iuſtificati neceſſariò pariunt bona opera, ſeu bonos fructus: vita æterna redditur iuſtificatis, propter Chriſtum, non propter opera.*
            - *Iuſtificati autem neceſſariò pariunt bona opera, ſeu bonos fructus. vt, Eſuriui, & dediſtis mihi cibum.*
            - *Vita igitur æterna redditur iuſtificatis, propter Chriſtum, non propter opera. Hic igitur cùm dicitur, reddi vita æterna his operibus: intelligitur reddi iuſtitiæ.*
          - III.
            - *Cum nominat Chriſtus bona opera, & fructus: fidem cõplectitur.*
            - *In his autem locis, & ſimilibus, nominat fructus.*
            - *Ergo Chriſtus cum operibus fidem complectitur: ſine qua non placent Deo opera.*
          - IIII.
            - *Vbicunq; Scriptura nominat fructus: ibi oſtendit requiri non hypocriſin: ſed iuſtitiam, quæ ſit efficax, & quandam nouam vitam, parientem bonos fructus.*
            - *In his autem locis Scriptura nominat fructus.*
            - *Oſtendit igitur, requiri, non hypocriſin: ſed iuſtitiam, quæ ſit efficax: & quandam nouam vitam, parientem bonos fructus.*
    - *Altera à conſequentibus abſurdis: quæ conſtat*
      - Προλάσει. *Nec nos aliquam ocioſam ſubtilitatem hîc affectamus.*
      - Αἰτιολογία. *Sunt enim grauiſsimæ cauſæ: propter quas hæc diſputamus.*
      - Κατασκευῇ. *Etenim, ſi largiamur Aduerſarijs: quòd opera mereantur vitam æternam: mox attexunt illa abſurda:*
        - *Quòd opera*
          - *Legi Dei ſatisfaciant.*
          - *Nõ habeant opus miſericordiæ.*
        - *Quòd ſimus iuſti, hoc eſt, accepti Deo, propter noſtra opera, non propter Chriſtum.*
        - *Quòd plus, quàm legẽ, homines facere poſsint.*
      - Ἐπιφορᾷ. *Ita tota doctrina de Iuſtitia fidei obruitur.*
  - Παρέκβασις αὐξητικὴ, καὶ συστατικὴ, *digreſsio ab argumentatione, amplificandi, & commendandi gratia, puram doctrinam de fidei iuſtitia.*

## De merito, quod vocant, Condigni.

Excurſus iſte eaſdem, quas argumẽtatio plena rhetorica partes habet. Vt ſunt,

- *Propoſitio.* *Quare cogimur Phariſaicas opiniones Aduerſariorum reprehendere.*
- *Ratio, à neceſſario. Eſt enim neceſſarium, retinere in Eccleſia puram doctrinam, de iuſtitia fidei. Et vt*
  - *Gloriam Chriſti illuſtremus.*
  - *Conſcientijs firmas conſolationes proponamus.*
- *Confirmatio. Quomodo enim concipiet conſcientia firmam ſalutis ſpem: cùm, in iudicio, ſentiet: opera indigna eſſe: niſi ſciat, homines reputari iuſtos, & ſaluari, per miſericordiam, propter Chriſtum: non propter propriam legis impletionem.*
- *Exornatio* παραδειγματώδης, *ducta ab exemplis & à teſtimonijs.*
  - *At Laurentius in craticula nõ ſentiebat, ſe, hoc opere, legi Dei ſatisfacere: ſe ſine peccato eſſe: ſe non indigere Mediatore Chriſto, & miſericordia Dei.*
  - BERNHARDVS *fatetur, ſua opera non eſſe opera digna vita æterna: cum inquit: Perditè vixi. Sed erigit ſe: & ſpem ſalutis concipit inde: quòd ſentit, propter Chriſtum, per miſericordiam, donari remiſsionem peccatorum, & vitam æternam.*
  - *His ſubijciuntur* ἐπικρίσεις *ad iudicationes.*
    - *Ille verò non diſſenſit à Propheta, qui ait: Non intres in iudicium, cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur coràm te omnis viuens.*
    - *Sicut pſalmus docet: Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Et Paulus ait. Dauid dicit beatitudinem hominis: cui Deus imputat iuſtitiam, ſine operibus. Hunc ait Paulus, beatum eſſe, cui imputatur iuſtitia, per fidem in Chriſtum: etiamſi nulla habeat bona opera.*
- *Concluſio. Talibus conſolationibus erigendæ ſunt conſcientiæ, & confirmandæ: quòd propter Chriſtum, per fidem, contingat remiſsio peccatorum, reputatio iuſtitiæ, & vita æterna.*
- *Ratio. Quòd ſi in locis de operibus, hoc modo fides intellegitur: nihil officiunt noſtræ ſententiæ.*
- Ἐπιφώνημα, *acclamatio. Et profectò neceſſe eſt, ſemper addere fidem: ne excludamus Mediatorem Chriſtum.*

## Fidem autem bona opera ſequi debent. Quia Fides, ſine bonis operibus, hypocriſis eſt.

## Scholarum Apophthegmata.

**In his Apophthegmatibus conſiderari debet:**

- Πρότασις. *Habent & in Scholis quædam ἀποφθέγματα, conſentanea noſtræ ſententiæ.*
- Ὑποφορά.
  - *Qualia ſunt: quòd*
    - *Bona opera placeant Deo, propter gratiam.* 1.
    - *Sit confidendum gratiæ Dei.* 2.
  - *Iactatur & hoc: quòd bona opera valeant, virtute paſsionis Chriſti.* 3.
- Ἀνθυποφορά, καὶ λύσις, *obiectionis*
  - *Primæ, & ſecundæ. Cuius partes ſunt:*
    - Κεφάλαιον, *propoſitio. Hæc dicta parum commodè interpretantur.*
    - Ἐπιχείρημα, *ratio, per* ἀντίθεσιν, *contentionem* τῆς διανοίας
      - *Veterum, quorum ſententia* ὀρθόδοξος *eſt, & vera. Sentiebant enim, confidendum eſſe gratiæ, hoc eſt, miſericordiæ Dei promittentis: quòd propter Chriſtum, ſimus accepti.*
      - *Recentiorum, quorum* νοῦς, καὶ γνώμη, *ſenſus eſt* κακόδοξος, καὶ ἀνορθόδοξος, *& falſa opinio. Nam iſti fiduciam transferunt ad noſtrum opus. Sentiunt, confidendum eſſe gratiæ, hoc eſt, dilectioni, qua nos Deum diligimus.*
    - Ἐπιφορὰ, *concluſio, per* ἐπιτίμησιν, ἢ ἐπίκρισιν ἐναντίαν, καὶ λυτικὴν, *reprehenſionem, contrariamq́; ſententiam, refellentem* κακοδοξίαν *ſuperiorem. Hæc interpretatio* ἑρμηνεία *recentiorum, eſt vitioſa.*
    - Κατασκευή, *per* προσαπόδοσιν, *probatio, ratione ſuppoſita in diſtributis. Confidere enim debemus*
      - *Non dilectione noſtra. Cùm ſit*
        - *Immunda.*
        - *Exigua.*
      - *Sed promiſsione miſericordiæ.*
  - *Tertiæ. eius quoque ſunt partes:*
    - *Propoſitio, per* συνδρομὴν, *concurſionem*
      - *Conceſsionis. Rectè dictum eſt.*
      - *Remotionis. Sed* FIDEI *mentionem fieri oportuit, in his ſententiis.*
    - *Ratio. Non enim communicatur nobis meritum paſsionis Chriſti: niſi id fide apprehendamus, & opponamus aduerſus terrores peccati, & mortis.*
    - *Confirmatio. Paulus enim inquit: Chriſtus eſt propitiato, per fidem. Item: Eccleſia in omnibus precationibus addit: per Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM.
    - *Concluſio. Hic etiam admonendi ſunt homines de fide.*
    - *Ratio. Significat enim Eccleſia: noſtra opera, & noſtras preces Deo placere: ſi credamus, Deum nobis propitium, & nos exaudire, propter Pontificem Chriſtum.*

# EPILOGVS.

Hæc in præſentia ſufficiant de hoc loco. Scimus autem, hanc ſententiam, quam defendimus, Euangelio conſentaneam eſſe, & pijs conſcientijs firmiſsimas conſolationes afferre. Ideo piæ mentes non patiantur, ſe ab hac ſententia, propter iniqua, & calumnioſa iudicia Aduerſariorum, abduci. Scriptura prædicit, futurum eſſe: vt in Eccleſia graſſentur mali doctores: qui, oppreſſa iuſtitia fidei in Chriſtum, doceant mereri remiſsionem peccatorum, per noſtros cultus, & opera. Et res geſtæ in Iſrael ſunt imago futuri ſtatus in Eccleſia. Videmus autem, Prophetas vbiq; taxare hanc perſuaſionem populi: qui ſomniabat, ſe mereri remiſsionem peccatorum, per ſacrificia legis, & hac opinione cumulabat opera, & cultus. Ita in Eccleſia multi exiſtunt: qui falſam perſuaſionem de ſuis operibus, & cultibus habent. Monuit autem nos ſcriptura: ne multitudine impiorum perturbemur. At facile poteſt fieri iudicium de ſpiritu Aduerſariorum. videmus enim, in multis articulis manifeſtam veritatem ab eis damnari. Nec offendat quenquam, quòd ſibi Eccleſiæ nomen vendicant. Nam Eccleſia Chriſti apud hos eſt: qui Euangelium Chriſti rectè docent: non apud illos: qui prauas opiniones contra Euangelium defendunt: ſicut inquit Dominus: Oues meæ vocem meam audiunt.

*Commendatio huius doctrinæ, de iuſtificatione hominũ coràm Deo.*

*Adhortatio.*

*Vaticinium Scripturæ, de falſis doctoribus in Eccleſia.*

*Ab exemplo veteris populi.*

*Falſa eius perſuaſio taxata à Prophetis.*

*Adaptatio ad poſteriora tempora noui Teſtamenti.*

*Adhortatio altera.*

*Collatio doctorum falſæ, & veræ Eccleſiæ.*

## DE REMISSIONE PECCATORVM, & Iuſtificatione.

*Fontes harum controuerſiarũ.*

*Præfationis propoſitio ab occupatione.*

*Ratio à neceſſario.*

Dictum eſt ſuprà, has controuerſias pertinere ad explicationem duorum articulorum ſymboli: Credo remiſsionem peccatorum: &, Credo Eccleſiam ſanctam catholicam. Nec de rebus non neceſſarijs, aut leuibus dicimus. Maximè neceſſarium eſt, in Eccleſia rectè proponi doctrinam de peccato, & intelligi, quid ſit peccatum, & conſpici diſcrimen inter iudicia politica, & iudicium Dei.

*Aduerſariorum reprehẽſio, κατ' ἀντίθεσιν.*

Cùm autem non rectè oſtendant aduerſarij quid ſit peccatum, vt iam dictum eſt, confirmant malam ſecuritatem in hominibus, & multas falſas opiniones. Poſtea etiam, quid eſt triſtius, quàm hoc ſummum beneficium, Remiſsionem peccatorum, & liberationem à morte æterna, vel obſcurare, vel ignorare? Cumq; nec diſcrimen ſit inter Eccleſiam, & alios homines, extincta luce, de gratuita remiſsione peccatorum, propter Filium, & de fide, qua accipi remiſsionem oportet, nec conſolatio ſit alia retrahens nos ex morte ęterna, nec inuocatio vera, ſine hac conſolatione fieri poſsit: & Deus ipſe toties pręceperit audiri Filium, & cuſtodiri Euangelium, quod eſt mirandum decretum, prolatum ex arcano conſilio diuinitatis, cùm ignotum eſſet omnibus creaturis: maximè neceſſarium eſt: veram de remiſsione doctrinam retineri incorruptam.

*Querela.*

*Omnibus ætatibus doctrina de Filio Dei obſcurata fuit, & reſtituta.*

*Primi boni doctores.*

Sed omnibus ætatibus, inde vſq; à primis Patribus ſparſę ſunt præſtigię à Diabolis, contra veram doctrinam de Filio Dei, pręſertim in hoc articulo: quos tamen ſubinde refutauit Deus, excitatis rurſus bonis doctoribus: ne funditus interiret Eccleſia. Oſtenderunt Adam, Seth, Nohe, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob, & alij deinceps, verum diſcrimen Eccleſiæ Dei, & aliorum hominum: & docuerunt, Eccleſiæ traditam eſſe promiſsionem de mediatore Filio Dei, & de remiſsione peccatorum, & hanc fide accipiendam eſſe gratis, propter mediatorem.

Et alligauerunt inuocationem ad hunc Deum, qui ſe patefecerat edita promiſsione de mediatore, & habuerunt externos ritus, diuinitus traditos, qui erant ſigna promiſsionis, & nerui publicæ congregationis.

*Κακοζηλία magnæ partis multitudinis.*

*Ethnici.*

*Populus Iudaicus.*

*Tempora ſecuta Apoſtolos, et Eccleſia Pontificia.*

Hos ritus, omiſſa doctrina promiſsionum, & fidei, magna pars multitudinis imitata eſt: & cum adfingeret hanc perſuaſionem: homines his ritibus mereri remiſsionem peccatorũ: cumulauit ritus, & paulatim proceſsit audacia, ut fit, vt alij alia numina fingerent. Ita diſceſſerunt Ethnici à vera Dei Eccleſia, & ab agnitione veri Dei, & promiſsione redemptoris. Idem accidit poſt Moyſen. Inſtitutæ erant cæremoniæ hanc ipſam ob cauſam, vt eſſent commonefactiones de mediatore: ſed multitudo oblita promiſsionis de mediatore, de doctrina fidei, de gratuita remiſsione, propter mediatorem, finxit remitti peccata propter ſacrificia, & ritus illos, & hac ſuperſtitione cumulauit ſacrificia, & oblita eſt mediatoris, & fuit ſine uera conſolatione, & ſine vera inuocatione. Idem accidit poſt Apoſtolos, amiſſa luce Euãgelij, in qua proponitur gratuita remiſsio, propter mediatorem accipienda fide: quæſita eſt remiſsio per exercitia monaſtica, per cœlibatum, per varias obſeruationes,

nes, per oblationem in Miſſa, per interceſsionem hominum mortuorum, & multæ monſtroſæ ſuperſtitiones excogitatæ ſunt: vt hiſtoriæ totius Eccleſiæ poſt Apoſtolos oſtendunt.

*Vox Euangelij ſubinde reſtituta.*

Aduerſus hos errores, immenſa miſericordia Deus ſubinde vocẽ Euangelij reſtituit: ac vt in populo Iſraël ſubinde Prophetas excitauit, qui doctrinã repurgarent: ita in Eccleſia, poſt Apoſtolos, cùm ſcripta Origenica, & Pelagiana, & populi ſuperſtitio puritatem Euangelij corrupiſſent: tamen velut in caligine rurſus accenſa eſt lux ab Auguſtino: & hunc ſecuti ſunt Proſper, Maximus, & alij, qui falſas opiniones in hoc articulo taxauerunt.

*Auguſtinus. Proſper. Maximus, etc.*

*Doctrina Monachorum, & qui inter hos rectius ſenſerint.*

Poſtea natis Monachis, cùm rurſus latè vagaretur opinio, quę fingit, homines mereri remiſsionem operibus: fuerunt tamen aliqui, rectius ſentientes, etiamſi fundamento ſtipulas adderent: vt Hugo, Bernhardus, Gilibertus, Guilhelmus Pariſienſis, Taulerus, Drandorfius, Vueſſelus, & alibi alij.

*Noſtrum ſeculum, quo Euangelij doctrinam Deus voce Lutheri nobis reſtituit.*

Et nunc voce Lutheri magis illuſtrata eſt, & perſpicuè reſtituta Euãgelij doctrina, & monſtratus agnus, ſicut Baptiſta inquit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui non credit, manet ira Dei ſuper eum. Hanc ipſam vocem Euangelij incorruptam ſonant etiam Eccleſiæ noſtræ: & expreſſè diſcernimus diſciplinam, ſeu iuſtitiam, quam poteſt efficere homo non renatus, à iuſtitia fidei, & nouitate, de qua concionatur Euangelium. Dicimus, omnes homines diſciplina cohercendos eſſe. id eſt, illa iuſtitia, quam etiam non renati præſtare debẽt, & vtcunq; poſſunt, quæ eſt obedientia in externis actionibus, iuxta omnia præcepta Dei, ad omnes homines pertinentia. Quia Deus in homine poſt lapſum reliquit hanc libertatem, vt rationi, & voluntati poſsint vtcunq; obedire externa membra, in externis motibus ciendis, vel omittendis: vt Achilles poteſt gladium ſtringere, aut recondere in vaginam: Scipio poteſt cohercere membra, ne attingat alterius ſponſam: vt hęc ſuo loco rectè, & copioſè declarantur.

*Duplex iuſtitia.*

*Diſciplina, ſeu obedientia in externis actionibus, iuxta præcepta Decalogi.*

*Liberum arbitrium.*

*Violatio huius diſciplinæ punitur à Deo.*

Hanc diſciplinam à Deo præceptam eſſe, & puniri eius violationem pręſentibus pœnis, & æternis, in his, qui non conuertuntur ad Deum, certiſsimum eſt, iuxta illa dicta: Lex eſt poſita iniuſtis. Item: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Item, Scortatores, & adulteros iudicabit Deus. Item, Væ qui ſpolias, quia ſpoliaberis.

*Eam non eſſe impletionem legis.*

Etſi autem omnes homines hac diſciplina ſuos mores regere debent: & Deus imperia ſeuerè hanc diſciplinam tueri iubet: & ipſe horribilibus pœnis declarat iram ſuam aduerſus hanc externam contumaciam: tamen hæc externa diſciplina etiam ſicubi eſt honeſtiſsima, nequaq; eſt impletio legis: nec meretur remiſsionem peccatorum: nec eſt iuſtitia illa, qua coràm Deo accepti ſumus: nec lux illa fulgens in natura hominum, ſicut fulſit in nobis iuſtitia indita in creatione: aut ſicut fulgebit noua iuſtitia in vita æterna. Sed tota hæc diſciplina, eſt qualiſcũq; externa gubernatio, ſimilis folio ficus, quo tegunt nuditatem ſuam primi parentes, poſt lapſum. Nec magis tollit peccatum, & naturæ corruptionem, & mortem, quàm tollebant illæ frondes fici. Ideo Paulus toties clamat, non tolli peccatum lege, Rom. 3. Ex operibus

legis

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

legis non iuſtificabitur omnis caro coram eo. & Rom. 8. Cum legi impoſsibile eſſet iuſtificare, &c. & Gal. 2. Si per legem iuſtitia eſt: fruſtra Chriſtus eſt mortuus. & ad Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos: ſed, ſecundum ſuam miſericordiam, ſaluauit nos.

*Opera non ſunt precium remiſsionis peccatorum.*

*Anathematiſmus Phariſaicæ, & Pelagianæ iuſtitiæ.*

Et contumelia eſt Filij Dei, fingere, vlla noſtra opera merita eſſe, ſeu precium remiſsionis peccatorum, & eſſe propiciationes, pro peccato. Ideo Phariſaica illa, & Pelagiana delyramenta clarè damnamus: quæ fingunt diſciplinam illam eſſe impletionem legis Dei: item, mereri remiſsionem, ſeu de congruo, ſeu de condigno: vel eſſe iuſtitiam, qua homines, coràm Deo, ſint accepti. Sed Filius Dei, Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui eſt imago ęterni patris, conſtitutus eſt mediator, propiciator, redemptor, iuſtificator, & ſaluator. Huius vnius obedientia, & merito, placatur ira Dei, vt Rom. 3. dicitur: quem poſuit propitiatorem, per fidem, in ſanguine eius. & Heb. 10. Impoſsibile eſt, ſanguine taurorum tolli peccata. Ipſe autem vnicam, pro peccatis, offerens hoſtiam, in perpetuum ſedet ad dexteram Dei, &c.

*Αντίϑεσις, Filium Dei eſſe conſtitutũ μεσίτην, ἱλαστῆρα, καὶ λυτρωτήν, &c. ſolum eſſe noſtrã iuſtitiã.*

*Cauſæ huius mirandi conſilij Dei, de redimendo genere humano, per Chriſtum.*

Etſi autem cauſas huius mirandi conſilij, cur hoc modo redimendum fuerit genus humanum, nõdum in hac infirmitate cernimus: ſed poſtea diſcendæ erunt in omni æternitate: tamen hæc initia nunc diſcenda ſunt.

*Quæ in hac victima conſpiciantur.*
*1. Iuſtitiæ in Deo ſeueritas.*
*2. Iræ eius magnitudo.*
*3. Miſericordia eiusdẽ immẽſa.*
*4. Amor in Filio ſummus.*

Conſpiciuntur in hac victima, iuſtitia, & ira Dei, aduerſus peccatum, & immenſa miſericordia erga nos, & amor in Filio, erga genus humanum. Tanta eſt iuſtitię ſeueritas, vt non ſit facta reconciliatio, niſi pœna perſolueretur. Tanta eſt iræ magnitudo, vt æternus Pater non ſit placatus, niſi deprecatione, & morte Filij. Tanta miſericordia, vt Filius pro nobis datus ſit. Tantus amor in Filio erga nos, ut hanc ueram, & ingentem iram in ſe deriuauerit. Harum maximarum, & arcanarum rerum conſiderationem, in pectoribus accendito tu, FILI DEI, Spiritu tuo ſancto: vt uerè expaueſcamus agnitione irę, & rurſus uera conſolatione erigamur, & te in omni ęternitate celebremus.

*Prima de Chriſto promiſsio edita, eademq́ ſubinde repetita, miniſterio docendi, & Inuocatio eius.*

Vt autem beneficia huius mediatoris nota eſſent generi humano: & nobis applicarentur: edita eſt promiſsio ſtatim initiò poſt lapſum primorum parentum, & deinde ſæpius repetita, & uoce Prophetarum declarata: ſed clariſsimè recitata per ipſum Filium, & deinde per Apoſtolos: & inſtitutum eſt miniſterium docendi, & propagandæ promiſsionis, & condita eccleſia, & ſubinde inſtaurata, hac ipſa voce de Filio Dei propitiatore. Per hoc miniſterium ſemper fuit, eſt, & erit efficax Filius Dei in credentibus, ſicut Roman. 1. dicitur: Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Et inſtaurat ipſe hoc miniſterium, cùm inquit: Sicut miſit me pater, ita ego mitto vos: Ite prędicantes pœnitentiam, & remiſsionem peccatorũ in nomine meo. Vult argui peccatum in toto genere humano. ſicut inquit: Spiritus arguet mundũ de peccato, quod non credunt in me. Et Rom. 1. Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominũ. Vult Deus agnoſci iram ſuam aduerſus peccata omnia, & præcipuè aduerſus contemptum Filij, ſicut in Pſal. inquit: Oſculamini filiũ, ne iraſcatur, & pereatis de via, &c. Vult nos verè expaueſcere agnitione tenebrarum, & horrendæ prauitatis, & contumaciæ noſtræ. Et quidem ipſe Deus iræ ſuę ſenſu corda opprimit, vt inquit

*Prædicatio pœnitentiæ.*

vt inquit Ezech. Sicut leo contriuit omnia oſſa mea. Et ad hoc iudicium nõ ſolum voce miniſterij legis,& Euangelij vtitur,ſed etiam omnes calamitates humanę ſunt quaſi vox legis, de ira Dei nos admonẽs,& omnes ad pœnitentiam inuitans. *Calamitates humanæ.* Cùm autẽ hac voce peccata arguente mens perterrefacta eſt,audiat promiſsionem Euangelij propriam, de Filio Dei, & ſtatuat ſibi remitti peccata gratis, propter Filium Dei, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum,propitiatorem, per miſericordiam, non propter contritionem, aut dilectionem noſtram. *Prædicatio promiſsionis Euangelij: quæ Fide amplectẽda eſt.* Hac fide cùm erigitur,certũ eſt,donari remiſsionem peccatorum,reconciliationem, & imputationẽ iuſtitiæ, propter ipſius Chriſti meritum: & Chriſtum in nobis efficacem eſſe,& ſuo Spiritu Sancto viuificare credentes,& ex æterna morte nos liberare,& facere nos ſimul hęredes vitę æternæ. *Effectus illius.* Ita inquit Paulus Rom.3. Decernimus,fide iuſtificari hominẽ,ſine operibus legis. Item,Iuſtificamur gratis, ipſius gratia,per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu,quem propoſuit Deus propitiatorem,per fidem,in ſanguine eius. & Actor. 10. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent,remiſsionem peccatorum accipere omnes, qui credunt in eum.

Sunt autẽ nota uocabula. *Vocabulorum explicatio.* Fides ſignificat non tantũ hiſtorię notitiã,qualis & in Diabolis eſt,de quib. dicitur: Dęmones credunt, & contremiſcunt: ſed ſignificat amplecti omnes articulos fidei,& in his hũc articulum: Credo remiſsionem peccatorum: Nec tantum alijs eam dari,credo;ſed mihi quoqꝫ. *Quid ſignificet FIDES. Notitiam, Aſſenſum, & Fiduciam.* Hæc fides ſimul eſt fiducia, acquieſcens in mediatore, iuxta illud: Iuſtificati fide,pacem habemus.Ita loquitur Paulus de fide,quæ adſentiens omnibus articulis fidei, promiſsionem intuetur, & amplectitur: copulat enim fidem,& promiſsionem. Rom. 4. Ideo ex fide,ut ſit firma promiſsio.

In declaratione uocabuli Iuſtificari,uſitatè dicitur: Iuſtificari ſignificat,ex iniuſto iuſtum fieri,quod rectè intellectum, hîc quoqꝫ quadrat. *Quid ſignificet Iuſtificari.* Ex iniuſto, id eſt, reo, & inobediente, & non habente Chriſtum, fieri iuſtum, id eſt, abſolutum à reatu,propter Filium Dei,& apprehẽdentem fide ipſum Chriſtum,qui eſt iuſtitia noſtra, ut dicunt Ieremias, & Paulus. quia eius merito habemus remiſsionem,& Deus iuſtitiam nobis imputat,& propter eũ nos iuſtos reputat, & dato Spiritu ſuo Sancto, nos uiuificat, & regenerat, ſicut & Ioannis 5. dicitur: Hæc eſt vita in Filio eius. Qui habet filium, habet vitam æternã;qui non habet filium Dei, vitã non habet. & Rom.3. Vt ſit ipſe iuſtus,& iuſtificans. Quanquam autem ſimul inchoatur nouitas,quæ in vita æterna erit perfecta, ad quam redempti ſumus: tamen perſona in hac vita non propter nouas qualitates, aut opera eſt iuſta, id eſt,Deo accepta,& hæres vitę æternę: ſed propter ipſum Mediatorem paſſum, reſuſcitatum, regnantem, deprecantem pro nobis, nos obumbrantem, & viuificantem. *Nouæ obedientiæ inchoatio.* *Cur perſona ſit iuſta, & cur Deo placeat.* Quanqꝫ enim ſunt inchoatæ virtutes:tamen adhuc ſunt imperfectæ,& hærent in nobis reliquiæ peccati. Ideo tenenda eſt hæc conſolatio, placere perſonam, propter Filium Dei, imputata nobis ipſius iuſtitia, ſicut Romanorum 4. dicitur: Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam. Item,Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Itaque & correlatiuè intelligenda eſt hæc oratio: Fide iuſtificamur, hoc eſt,fiducia Filij Dei iuſtificamur, non propter noſtrã qualitatem,ſed quia *Propoſitio, Fide iuſtificamur correlatiuè intelligenda eſt.*

ipſe eſt

ipſe eſt propiciator, in quo cor acquieſcit, fiducia promiſſę miſericordię, propter eum, quam fiduciam ipſe ſpiritu ſuo Sancto exuſcitat, ſicut inquit Paulus: Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.

*De particula ἐκκλειστικῇ, Δωρεάν.*

Hîc & de particula excluſiua dicendum eſt. Toties repetit Paulus vocabulum Gratis, qua voce certiſsimum eſt, excludi conditionem meritorum noſtrorum. Ideo in Eccleſijs noſtris dicitur: Fide ſola iuſtificamur, quod

*Phraſis noſtrarum Eccleſiarum, FIDE SOLA, &c.*

ſic intelligimus, & declaramus: Gratis, propter ſolum mediatorem, non propter noſtram contritionem, ſeu alia noſtra merita, donamur remiſsione peccatorum, & reconciliatione. Etſi enim contritio, & aliæ virtutes multæ, cum fide, ſeu hac fiducia, ſimul accenduntur: tamen hæ virtutes non ſunt cauſa, ſeu meritum remiſsionis peccatorum, nec propter eas perſona placet, iuxta illud: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: ſed habet remiſsionem, & placet perſona certò, propter mediatorem, quem fide apprehendi oportet, vt ad Epheſios cap. 3. dicitur: Per quem audemus accedere in fiducia, quæ eſt per fidem in eum. Hæc tota doctrina fit illuſtrior in vera conuerſione, & quotidiana inuocatione piorum. Cùm expaueſcimus a-

*Expaueſcentes agnitione iræ Dei, confugiãt ad Filium Dei.*

gnitione iræ Dei: hæc vna eſt firma conſolatio, confugere ad Filium Dei, qui inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Item, Viuo ego, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Item, Gratia exuberat ſupra peccatum. In his doloribus, ſi doces ho-

*Cum Fide pugnat dubitatio.*

minem, dubitandum eſſe de remiſsione peccatorum, vincet dolor, & ſequentur triſtiſsimi fremitus aduerſus Deum, & deſperatio, & mors æterna. Sed

*Fide vincenda eſt dubitatio.*

ſi doceas, fide vincendam eſſe dubitationem, intelliget iam, vocabulo fidei non tantum ſignificari notitiam hiſtorię, intelliget fiduciam niti ſolo mediatore, intelliget quid dicatur his verbis: Gratis, propter mediatorem, ſola fide, accipitur remiſsio, & placet perſona.

*Veteres vnde conſolationes hauſerint.*

Hæc lucta omnibus temporibus aliquos erudijt, vt has veras conſolationes aliquo modo intelligerent. Etſi enim Origenes, & multi ſcriptores, & Sententiarij, aliud genus doctrinæ inſyncerum pepererunt: tamen in Auguſtino, & alijs quibusdam, leguntur dicta, quæ oſtendunt, eos ex his veris fontibus etiam hauſiſſe conſolationes.

*Horum ἀκυρολογίαι, & perpetua corũ de fide ſentẽtia.*

Quanquam autem interdum impropriè loquũtur, aut diſsimilia dicunt, quia in loquendo negligentiores fuerunt: tamen quæ fuerit eorum perpetua ſententia, ſi dextrè iudicare volumus, animaduerti poteſt. Auguſtinus

*Auguſtinus.*

in Pſal. 13. inquit: Qui ſunt beati? Non illi, in quibus non inueniet peccata:

*Eius locus inſignis.*

nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt, & carent gloria Dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur: remanet, quòd non ſunt beati, niſi quorum remiſſa ſunt peccata. Hoc ergo Apoſtolus ſic commendauit: Cre-

*Ἐπίκρισις.*

didit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam. Hîc certè Auguſtinus fidem intelligit fiduciam, quæ accipit remiſsionem peccatorũ, & quod eſt dictum in Geneſi, & in Paulo, prorſus intelligit, ſicut nos enarramus. A- libi de ſpiritu, & litera inquit: Ex lege timemus Deum, & fide confugimus

*Bernhardus.*

ad miſericordiam. Bernhardus, in concione de Annunciatione: Neceſſe eſt primùm omnium credere, quòd remiſsionem peccatorum habere non poſsis, niſi per indulgentiã Dei, Sed adde, vt credas & hoc, quòd per ipſum

peccata

peccata tibi donātur. Hoc eſt teſtimonium, quòd perhibet Spiritus ſanctus in corde tuo, dicens: Remiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apoſtolus, gratis iuſtificari hominem, per fidem. In hoc dicto perſpicuè, & propriè citatur ſententia Eccleſiarum noſtrarum, & extant ſimilia teſtimonia apud hunc autorem. Baſilius etiam propriiſſimè recitat noſtram ſententiam, *Baſilius.* in concione de humilitate, his verbis: Qui gloriatur, in Domino glorietur, dicens, quòd Chriſtus nobis factus ſit ſapientia à Deo, & iuſticia, & ſanctificatio, & redemptio, ſicut ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Hæc eſt enim perfecta, & integra gloriatio, in Deo, quando neq; propter ſuam iuſtitiam quiſq; effertur: ſed agnoſcit, ſe indigere vera iuſtitia: fide autem ſola in Chriſtum iuſtificari.

Cùm igitur ex his, quæ iam dicta ſunt, manifeſtum ſit, quid ſignificet vocabulum fidei, in hac propoſitione: Fide iuſtificamur: hinc intelligi poteſt, pernicioſè errare monachos, & alios, qui iubent conuerſos ad Deum dubitare, an placeant Deo. *Refutatio erroris Monachorum, & ſimilium.*

Hunc vulgarem errorē, de dubitatione, manifeſtè refutant hæc dicta: Iuſtificati fide, pacē habemus. Item, ideo ex fide, vt firma ſit promiſſio. Donec enim excruciātur dubitatione corda, fugiunt Deū, non acquieſcunt in Deo, non inuocant. Et promiſſio fit eis inanis ſonitus, quia non adſentiuntur ei.

Poſtremò, Dei mandatum eſt æternum, & immotum: vt credamus Filio Dei, iuxta hoc dictum: Spiritus arguet mundum de peccato, quòd non crediderunt in me. Item, 1. Ioan. 5. Qui non credit Deo, accuſat eum mendacij. *ἡ ἐντολὴ, mandatum Dei, vt credamus Filio.* Eſt autem inſulſa cauillatio: quòd dicunt, dubitandum eſſe, propter noſtram indignitatem, non propter miſericordiam. *Refutatio alia, non eſſe dubitandum, propter noſtram indignitatem.* Ideo enim edita eſt promiſſio, ideo Filius Dei mediator cōſtitutus eſt: quia nos indigni ſumus: & vt Pater propter ipſum paſſum, reſuſcitatum, & deprecātem pro nobis, & habitantem in nobis, ac veſtientem nos ſua iuſtitia, certò ſit propitius huic miſerę maſſę, indignæ, & plenæ ſordium, iuxta illud: Nulla nunc condemnatio eſt his, qui in Chriſto IESV ambulant. Abſurdum eſt etiam, quòd dicunt, noſtræ indignitatis cauſa dubitandum eſſe. Non enim dubitandum eſt, an diſpliceat indignitas: ſed veris gemitibus fateamur nos indignos eſſe, & opponamus promiſſionem, cui adſentiri mandatum Dei eſt.

Nec rectè accommodatur ad hanc dubitationem ſententia in Eccleſiaſte 9. Neſcit homo, an amore, vel odio dignus ſit. *Perperam detorquetur eò ſententia Eccleſiaſtæ.* Amentia eſt, fingere Salomonem hoc velle, nec iuſtos, nec iniuſtos debere ſtatuere, an placeant, an diſpliceant Deo: cùm certiſſimum ſit, perſeuerantes in ſceleribus contra conſcientiam, diſplicere Deo. Sed abducit nos Salomon à ſpectaculis externis ad verbum Dei, quaſi dicat: Ex rebus ſecundis, nō ſtatuas te placere Deo, nec propter res aduerſas, diſplicere. *Διάνοια, id eſt, vera ſententia iſtius loci.* Non ideo placet Alexander, quia vincit, & magno imperio potitur. Iob in calamitate, Dauid in exilio, non ideo ſtatuant ſe abiectos eſſe à Deo, quia ſunt ærumnoſi. Non ex his euentibus, ſeu externis ſpectaculis iudicent, ſed ex verbo Dei. Etiam in media calamitate affertur conſolatio: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, &c. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium vnigenitum dederit, vt omnis, qui credit in eum, nō pereat, &c. Denique error de dubitatione, prorſus Ethnica imaginatio eſt, ac Euāgelium abolet, & in cōuerſione verā conſolationē ijs, qui ſentiūt irā Dei, adimit.

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

*Vera Euangelij vox: vt Christo credamus.*

Docendi ſunt potius homines, hanc certò vocem Euangelij eſſe: vt Filio Dei credamus, ac ſtatuamus gratiam exuberare ſupra peccatum: ideoq; repugnemus dubitationi, & eluctemur, & fide eam vincamus, vt accedere ad Deum, inuocare eum, & ei gratias agere poſsimus. Hi ſummi cultus horribiliter impediuntur, quandocunq; animi concutiuntur fluctibus dubitationum, vt experientia oſtendit. Hinc perſpicuum eſt, quare decretum Tridentinę ſynodi, quod confirmat errorem de dubitatione, taxari neceſſe ſit.

*Decretum conciliabuli Tridentini de dubitatione, taxatur.*

*Συνεκδοχὴ falſa, qua Paulus à Pontificijs nonnullis explicatur.*

Ex his omnibus etiam intelligi poteſt, iuſtè reprehendi ſynecdochen eorum, qui ſic interpretantur Paulũ: Fide iuſtificamur, id eſt, formata dilectione, vt ipſi loquuntur. Nam vocabulum fidei intelligunt tantum de notitia, & cogitant hanc eſſe ſententiam: Fide iuſtificamur, id eſt, præparamur ad iuſtitiam, id eſt, ad cæteras virtutes, quæ ſunt obedientia, & impletio legis. Ita tantum hoc dicũt. Hominem eſſe iuſtum propter proprias virtutes, deinde iubent dubitare, an ſit ornatus illis habitibus, de quibus loquuntur.

*Fides ſignificat fiduciam: quæ eſt motus accenſus à Spiritu ſancto.*

Oſtendimus autem ſuprà, fide ſignificari fiduciam acquieſcentem in Filio Dei propitiatore, propter quem recipimur, & placemus, non propter noſtras virtutes, aut legis impletionem. Cum autem in hac ipſa conſolatione, fiducia, qua acquieſcimus in Filio Dei, verè ſit motus accenſus à Spiritu ſancto, quo viuificatur cor, & liberatur ex æterna morte, dicitur hęc conuerſio, regeneratio, Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu. Et fit homo iam verè domicilium Dei, qui eſt in eo efficax, vt Ioan. 14. dicitur: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & manſionẽ apud eum faciemus. Aeternus Pater, & Filius, Spiritu ſuo ſancto viuificant, & renouãt corda, in hac conſolatione, cum fide eriguntur, ſicut Paulus inquit, Gal. 3. Vt promiſsionẽ Spiritus accipiatis per fidẽ.

*Vera conuerſio, ſeu regeneratio.*

*Homo renatus domicilium eſt Dei.*

*Fides nequaquam eſt ocioſa notitia.*

Non igitur loquimur de ocioſa notitia: & errant imperiti, qui exiſtimant, remiſsionem peccatorũ contingere ocioſis ſine aliquo motu animi, ſine certamine, & ſine ſenſu conſolationis, in veris doloribus, in ea ætate, quæ iam intelligere vocem doctrinæ poteſt, iuxta illud: Fides ex auditu eſt, auditus per verbum Dei. Et quia conſcientijs in pœnitentia conſolationem proponimus, non addimus hîc quæſtiones de prædeſtinatione, ſeu de electione: ſed deducimus omnes lectores ad verbum Dei, & iubemus, vt voluntatem Dei ex verbo ipſius diſcant, ſicut ęternus pater expreſſa voce pręcipit: Mat. 17. Hunc audite. Non quærant alias ſpeculationes.

*Quæſtiones de prædeſtinatione vitandæ, in conſolandis hominibus.*

*Prædicatio pœnitẽtiæ, & promiſsio vniuerſalis.*

Certiſsimum eſt, prędicationem pœnitentiæ ad omnes homines pertinere, & accuſare omnes homines. Ita & promiſsio vniuerſalis eſt, & omnibus offert remiſsionem peccatorum, iuxta illa dicta vniuerſalia: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Item Ioan. 3. Vt omnis, qui credit in eum, non pereat. Rom. 10. Omnis, qui credit in eum, non confundetur. Item, Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant eum. Rom. 11. Concluſit Deus omnes ſub inobediẽtiam, vt omnium miſereatur.

*In hanc ſe ſinguli includant.*

In hanc vniuerſalem promiſsionem ſinguli ſe includant, & non indulgeant diffidentię, ſed luctentur, ut adſentiãtur uerbo Dei, & obſequantur Spiritui ſancto, & iuuari ſe petant, ſicut dictum eſt: Quantò magis dabit Spiritum ſanctum petentibus?

DE

## Confeſsio Eccleſiarum Vuirtembergenſium.

### DE IVSTIFICATIONE.

Credimus,& confitemur, quòd ad faciendam, & exercendam iuſtitiam Deo gratam, neceſſariæ ſint hę virtutes: Fides, Spes, & Charitas, & quòd homo has virtutes non ex ſe concipere poſsit, ſed accipiat ex fauore, & gratia Dei, quodq́ fides operetur per dilectionem. *Præfatio. Virtutes ad iuſtitiam Deo gratam faciendam neceſſariæ.*

Sed ſentimus, à verè Apoſtolica, & Catholica doctrina longiſsimè abhorrere eorum ſententiam: qui docent, hominem fieri Deo acceptum, & reputari coràm Deo iuſtum, propter has virtutes, ac in iudicio Dei, meritis harũ virtutum confidendum eſſe. *Falſa doctrina, hominem, propter has virtutes coram Deo iuſtum eſſe.*

Homo enim fit Deo acceptus, & reputatur coràm eo iuſtus, propter ſolũ Filium Dei, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per fidem, & in iudicio Dei, non eſt vllo, earum virtutum, quas nos habemus, merito: ſed ſolo merito Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod fit noſtrum per fidem, confidendum. *Nõ noſtro, ſed ſolius Chriſti meritis iuſti reputamur.*

Et quia coràm tribunali Dei, vbi de vera, & æterna iuſtitia, ac ſalute agitur, nullus planè locus eſt meritis hominum, ſed tantum miſericordiæ Dei, & meritis ſolius Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui fide à nobis accipitur: idcirco ſentimus, veteres, ac maiores noſtros rectè dixiſſe, Nos coràm Deo ſola fide iuſtificari. *Propoſitio. Sola fide iuſtificamur.*

*Demonſtratio facta teſtimonijs.*

Ad Roma. 5.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Iuſtificantur autem Gratis, per gratiam ipſius, per Redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus Propitiatorem per Fidem, in ſanguine ipſius. *I. Scripturæ.*

Ad Gal. 3.

Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſsio ex Fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

Et cap. 5.

Nos Spiritu ex Fide ſpem iuſticiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neq́ circumciſio quicquam valet, neq́ præputium, ſed Fides, per dilectionem operans.

Hilar. in Matth. cap. 8. *II. Patrum.*

Mouet ſcribas remiſſum ab homine peccatum, hominem enim tantum in Ieſu Chriſto contuebantur, & remiſſum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim SOLA iuſtificat. *Hilarij.*

Ambroſ. in Epiſt. ad Roman. cap. 3.

Iuſtificati ſunt Gratis, quia nihil operantes, neq́ vicem reddentes, SOLA fide iuſtificati ſunt, dono Dei. *Ambroſij.*

Et iterum cap. 4. ad Rom.

Manifeſtè beati ſunt, quibus ſine labore, vel opere aliquo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nulla ab his requiſita pœnitentiæ opera, niſi TANTVM, vt credant.

*Alia loca infinita.* Poſſunt autẽ multa loca, tam è ſcriptis Propheticis, & Apoſtolicis, quàm è ſanctis Patribus commemorari, quibus probatur, non ſolum initio gratuita Dei clemẽtia donari nobis has virtutes, Fidem, Spem, & Charitatem, verum etiam poſtea per omnem vitam, adeoq́; in extrema neceſsitate, haudquaquam nos coràm ſeuero tribunali Dei conſtare poſſe, niſi fiducia ſolius gratuitæ clementię Dei, in Chriſto Filio Dei nobis exhibitæ. Hoc enim eſt, quod & Paulus docet, & Eccleſiaſtici ſcriptores exponunt: Nos coràm Deo ſola fide iuſtificari.

## DE LEGE.

*LEX.*

*Decalogus.* *Homo eſt obligatus ad obediendum Dei præceptis.* AGNOSCIMVS, legem Dei, cuius epitome eſt Decalogus, præcipere optima, iuſtiſsima, & perfectiſsima opera, & hominem non ſolum obligatum eſſe ad obediendum moralibus præceptis Decalogi, verumetiam ſi faceret opera Decalogi, ea perfectione, & integritate, quam lex exigit, verè coràm Deo operibus ſuis iuſtum reputandum, & meritis ſuis æternam ſalutem conſecuturum.

*Error Papiſtarum.* *Opera Supererogationis.* Sed quòd nonnulli ſentiunt, hominem poſſe in hac vita cò peruenire: vt non tantum impleat ſuis operibus Decalogum, verum etiam poſsit plura, & maiora opera facere, quàm in Decalogo præcepta ſunt, quæ uocant opera ſupererogationis, alienum eſt à Prophetica, & Apoſtolica doctrina, & pugnat cum ſententia veræ Catholicæ Eccleſiæ.

*Vſus Decalogi.* Decalogus enim non eſt ad hunc vſum datus: vt ſignificet, hominem poſſe præcepta eius in hac vita perfectè implere: ſed vt oſtendat homini ſuam imperfectionem, & ferat teſtimoniũ de iniuſtitia hominis, ac de ira Dei, aduerſus omnes homines, ac excitet eos, ad quærendam remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & ſalutem in ſolo Filio Dei, DOMINO noſtro IESV Chriſto, per fidem.

*Teſtimonia.*

Ad Romanos 3.

*I. Γραφικά.* Per legem agnitio peccati.

Et capite 7.

Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis, venditus ſub peccatum.

Et capite 8.

Affectus carnis inimicitia eſt aduerſus Deum. Nam legi Dei non ſubditur, ſiquidem ne poteſt quidem.

Ad Galatas 3.

Scriptum eſt, Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

*II. Patrum.* Auguſtinus de Spiritu, & litera, cap. 36.

*Auguſtini.* Hoc primum præceptum iuſtitiæ, quo iubemur diligere Dominum ex toto corde, ex tota anima, & tota mente, cui eſt de proximo diligendo alterum conſequens, in illa vita implebimus, vbi videbimus facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum eſt: vt admoneremur, quid fide expoſcere

poſcere, quo ſpem præmittere, & obliuiſcendo quæ retro ſunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc, quantum mihi videtur, in ea, quę perficienda eſt iuſtitia, multum in hac vita ille proficit, qui, quàm longè ſit à perfectione iuſtitiæ, proficiendo cognoſcit.

Et rurſus Aug. Hiero. epiſtola 29.

Charitas eſt virtus, qua id quod diligendū eſt, diligitur. Hęc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla eſt. Pleniſsima verò, quæ iam non poteſt augeri, quamdiu hic homo viuit, eſt in nemine. Quamdiu autē augeri poteſt, profectò illud, quod minus eſt, quàm debet, ex vitio eſt. Ex quo vitio nō eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo vitio nō iuſtificabitur in cōſpectu Dei omnis uiuēs. Propter quod vitiū, ſi dixerimus, quia peccatū non habemus, nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt. Propter quod etiam, quantūlibet profecerimus, neceſſariū eſt nobis dicere: Dimitte nobis debita noſtra, cum iam omnia in baptiſmo dicta, facta, cogitata, dimiſſa ſunt.

Et iterum Lib. 1. Retract. Cap. 19.

Omnia mandata Dei facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur.

Hieronymus. *Hieronymi.*

Hæc hominibus ſola perfectio eſt, ſi imperfectos ſe eſſe nouerint. Hæc eſt hominis vera ſapientia, imperfectum eſſe ſe noſſe, atq; (vt ita loquar) cunctorum in carne iuſtorum imperfecta perfectio eſt.

## DE EVANGELIO CHRISTI.

Etsi in ſcriptis Euangeliſtarum, & Apoſtolorum continentur multa præcepta diuinæ legis, & Chriſtus ipſe docet, non eſſe malum malo reddendum, nec mulierem impudicè aſpiciendam, & id genus alia: tamen non eſt ſentiendum, quòd Euangelion Chriſti ſit noua lex, qua, ſicut olim patres in veteri Teſtamento, veteri lege ſaluati ſunt: ita nunc homines in nouo Teſtamento, noua lege ſaluentur. *Euangeliū non eſt noua lex, qua ſaluemur.*

Niſi enim nomen legis generaliter pro doctrina accipias, quemadmodū Prophetæ aliquoties nomine legis vſi ſunt: certè Euangelion Chriſti propriè non eſt lex, ſicut Paulus legis nomine vti ſolet. Sed eſt bona, & læta annunciatio de Filio Dei, Domino noſtro Ieſu Chriſto, quòd ipſe ſolus ſit expiator peccatorum noſtrorum, placator iræ Dei, & redemptor, ac ſeruator noſter. *Lex interdum pro doctrina accipitur.* *Quid ſit Euangelium.*

Nec præcepta legis, quæ continentur in ſcriptis Apoſtolicis, ſunt noua lex: ſed ſunt veteris legis, iuxta ſententiam Spiritus Sancti, explicatio, quæ & ipſa haud obſcurè antea in Propheticis ſcriptis extant. Repetuntur autem in prædicatione Euangelij Chriſti, vt oſtenſa diuinæ legis ſeueritate, & naturæ noſtræ corruptione, ad quærendum, & amplectendum Chriſtum, Euangelio ſuo reuelatum, excitemur, & vt cognoſcamus, ad quam regulam vita noſtra ex fide in Chriſtum ſit dirigenda. Quare, ſi propriè de lege Dei, & Euangelio Chriſti loquendum eſt: ſicut nec ex Chriſto faciendus eſt nouus *Præcepta legis in Euangelio cur repetita.* *Chriſtus nō eſt νομοθέτης, id eſt, nouus legislator.*

uus legislator, cum nec nouam legem tulerit, nec nouum politicum regnum in his terris inſtituerit: ita nec ex Euangelio facienda eſt noua lex, quæ durioribus, & ſeuerioribus præceptis afferat factoribus æternam ſalutem. Sed pro certo habendum eſſe exiſtimamus, quòd vna, & eadem ſit lex Naturalis, ſeu Moralis veteris, & noui Teſtamenti, & quòd nec veteris, nec noui Teſtamenti hominibus contingat æterna ſalus, propter merita operum legis: ſed tantum propter meritum Domini noſtri Ieſu Chriſti, per fidem.

*Salus æterna non contigit nobis propter merita operum legis, ſed Chriſti.*

Lucæ 4.

Recitat Chriſtus ex Eſaia officium ſuum, ad quod in hanc terram miſſus ſit. Spiritus Domini, inquiens, ſuper me, eò quòd vnxit me, ad Euangelizandum pauperibus miſit me, &c̃. Hic docet Chriſtus, proprium ſuum officium eſſe, non ferre nouam legem, quæ terreat, & occidat miſeros peccatores, ſed adnunciare Euangelion, quod peccatores conſoletur, & viuificet.

Ad Galat. 4.

Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuũ, factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptione ius filiorum acciperemus.

Actor. 15.

Quid tentatis Deum, vt imponatur iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; patres noſtri, neq; nos portare potuimus: ſed per Gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus nos ſaluos futuros, quemadmodum & illi.

Auguſtinus, contra Adimantum Manichæi diſcipulum, cap. 3.

Certis quibusdam vmbris, & figuris rerum, ante Domini aduentum, ſecundum mirabilem, & ordinatiſsimam diſtributionem temporum populus ille tenebatur, qui Teſtamentum vetus accepit: tamen in eo tanta prædicatio, & prænunciatio eſt noui Teſtamenti, vt nulla in Euangelica, atq; Apoſtolica diſciplina reperiantur, quamuis ardua, & diuina præcepta, & promiſſa, quæ illis etiam libris ueteribus deſint.

# SEPTIMVS ARTICVLVS, DE ECCLESIA.

## SYMBOLVM.

**Credo Eccleſiam Sanctam, catholicam: Sanctorum communionem.**

*Duplex Eccleſia.*

*Vera, & Chriſtiana.*

*Falſa, & Antichriſtiana, ſeu Papiſtica.*

Filivs Dei, ὁ λόγος, diſcernit Eccleſiam, ab hoſtibus: cùm inquit: Oues meæ vocem meam audiunt. de hoſtibus verò inquit: Vos ex patre Diabolo eſtis. Hæc diſcrimina ſapienter conſideremus: & quæramus, quæ, & vbi ſit vera Eccleſia Filij Dei: nosq́ in eã includamus: nec decipiamur aduerſariorum, Staphyli, Caniſij, & Vicelij, rhetorum, Pontificia pecunia conductorum, clamoribus: qui titulum Eccleſiæ ſibi arrogant: & hac honorifica appellatione, idôla, tetros errores, & magna ſcelera defendunt: & Sophiſmatum præſtigijs tuentur. qui vociferantur, ſeditionem, aduerſus Eccleſiã, à noſtris hominibus motam eſſe, & Reges incitant, ad barbaricam ſæuitiam.

### DE ECCLESIA VISIBILI, ET INVISIBILI.

*Quid ſit Eccleſia viſibilis.*

Eccleſia viſibilis, in hac vita, eſt cœtus viſibilis, hominum amplectentium incorruptam Euangelij Chriſti doctrinam, & rectè vtentium Sacramentis. In quo Filius Dei, per miniſterium Euangelij, eſt efficax, & multos regenerat voce Euangelij, & Spiritu Sancto, & facit hæredes vitæ æternæ. In quo cœtu, multi ſunt electi, & alij non ſancti: ſed de vera doctrina, & externa profeſsione conſentientes. Eſt autem Eccleſia, μοναρχία: quòd ad caput (Chriſtum) attinet: & ἀριστοκρατεία: quòd ad miniſtros attinet, & auditores: vt honeſta ſchola. Neceſſe autem eſt, fateri, eſſe viſibilem Eccleſiam: de qua Filius Dei inquit: Dic ecclesiae: & de qua Paulus ait: Sumus ſpectaculum toti mundo, Angelis, & hominibus. Quale ſpectaculum eſt: quod non cernitur? Quò ſpectat autem hæc portentoſa oratio: quæ negat eſſe vllam viſibilem Eccleſiam? Delet enim omnia teſtimonia antiquitatis: abolet iudicia: facit ἀναρχίαν infinitam, & illam Cyclopum πολιτείαν: quam deſcribit Euripides: cum interroganti, quis ſit ibi gubernator, reſpondet Silenus:

*Qualis ſit.*

*Teſtimonia.*

*Refutatio contrariæ ſententiæ.*

Νομάδες, ἀκούει δ' οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός.

# ARTICVLVS.

**I. Quid ſit.** *Eſt enim* ECCLESIA *Chriſti, propriè, Congregatio membrorum Chriſti, hoc eſt, Sanctorum: qui verè credunt, & obediunt Chriſto: etſi in hac vita huic congregationi multi mali, & hypocritæ admixti ſunt, vſq; ad nouiſſimum iudicium.* Ἐστι δ᾽ Ἐκκλησία συναθροισμός πιστῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, τῶν ἁγίων· ἐν ᾧ καὶ τὸ εὐαγγέλιον ὀρθῶς, τουτέστιν ἀκεραίως, καὶ ἀκιβδήλως διδάσκεται· καὶ τὰ μυστήρια ὀρθῶς, κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ διαταγὴν οἰκονομεῖται. *Eſt igitur Eccleſia congregatio Sanctorum, & verè credentiū: in qua Euangelium rectè docetur, & rectè adminiſtrantur Sacramenta.*

*Item, docent: quòd Vna,* SANCTA *Eccleſia perpetuò manſura ſit:* διδάσκουσι μίαν μέν τοι ἁγίαν ἐκκλησίαν εἶναι, ἀεὶ διαμενοῦσαν. *Quo in loco tria ſunt conſideranda:*

**II. Quæ ſint eius notæ.** *Habet enim Eccleſia propriè dicta, ſigna ſua,* σύμβολα, καὶ σημεῖα.

- *Puram, & ſanam Euangelij doctrinam:* καθαρὰν, καὶ ὑγιαίνουσαν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν.
- *Rectum vſum Sacramentorum,* τὴν τῶν μυστηρίων ὀρθὴν χρῆσιν, ἤγουν οἰκονόμησιν, καὶ λῆψιν.

**III. Quæ ad veram** VNITATEM *Eccleſiæ,* πρὸς τὴν ἀληθῆ συνάφειαν, καὶ ἑνότητα αὐτῆς, *requirantur. Nam*

- *Satis eſt, conſentire de*
  - *Doctrina Euangelij.*
  - *Adminiſtratione Sacramentorum.*
  
  Ἀπόχρη τὸ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἐν τῇ τῶν μυστηρίων οἰκονομήσει σύμφωνον.
- *Non eſt neceſſe,* VBIQVE *ſimiles eſſe traditiones, ſeu ritus, aut ceremonias, ab hominibus inſtitutas,* τὰς αὐτὰς ἀνθρωπίνας παραδόσεις, ἢ θεσμοὺς, καὶ τελετὰς ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἐξευρημένας. *Sicut & Paulus docet, cum ait: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, &c.*

# Apologia huius Articuli.

## *VERBI DISTINCTIO, ET DEFINITIONES REI,* hoc eſt, veræ, & falſæ Eccleſiæ, *κατ' ἀντίθεσιν.*

*ECCLESIÆ, τῆς ἐκκλησίας vocabulum, eſt τῶν πολλαχῶς λεγομένων, καὶ πολύσημον, ambiguum. Nã accipitur interdum*

*Κυρίως, propriè. Eſtq; tum arctius, & anguſtius verbum. Cum autem definitur Eccleſia: neceſſe eſt, eam definiri: quæ eſt nomine, & re Eccleſia: quæ habet Spiritum Sanctum. Huc igitur pertinent deſcriptiones: quæ de viuis membris, id eſt, bonis, qui nomine, & re ſunt in Eccleſia, loquuntur. Nam Eccleſia, quæ verè eſt regnũ Chriſti, diſtinctum contra regnum Diaboli (eſt enim ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία, iuſtitia cordis, & donatio Spiritus Sancti: quo Spiritu illud regnum ſanctificatur) propriè.*

1. *Eſt congregatio Sanctorum: qui verè credunt Euangelio Chriſti, & habent Spiritum Sanctum.*
2. *Eſt viuum corpus Chriſti: quòd Chriſtus Spiritu ſuo renouat, ſanctificat, & gubernat: videlicet, integritas, id eſt, tota congregatio ipſius: qui omnia in omnibus perficit: cuius corporis ipſe Chriſtus eſt caput. 1. Eph.*
3. *Eſt ſocietas fidei, & Spiritus Sancti, in cordibus: quæ tamen habet externas notas, vt agnoſci poßit: videlicet, puram Euangelij doctrinam, & adminiſtrationem Sacramentorum, conſentaneam Euangelio Chriſti.*
4. *Eſt, quam Chriſtus dilexit: & ſe pro ea tradidit: vt eam ſanctificaret: purificans lauacro regenerationis, per verbum: vt exhiberet eam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid tale: ſed vt eſſet ſancta, & inculpata. Sic Paulus definit Eccleſiam.*
5. *Eſt ſancta, catholica, vt articulus in ſymbolo definit. Et additur explicationis, vt videtur, gratia: quòd ſit τῶν ἁγίων κοινωνία, communio Sanctorum: qui habent inter ſe ſocietatem eiusdem Euangelij, ſeu doctrinæ, & eiusdem Spiritus Sancti: qui corda eorum renouat, ſanctificat, & gubernat.*
6. *Sunt homines ſparſi per totum orbem, qui de Euangelio conſentiunt: & habent eundem Chriſtum, eundem Spiritum Sanctum, & eadem Sacramenta: ſiue habeant eaſdem traditiones humanas, ſiue diſsimiles.*
7. *Sunt verè credentes, ac iuſti, ſparſi per totum orbem. cuius notæ ſunt, pura doctrina Euangelij, & Sacramenta.*
8. *Eſt regnum Chriſti.*
9. *Eſt domus Dei viuentis, columna, & ſtabilimentum veritatis.*
10. *Eſt populus ſpiritualis, hoc eſt, non ciuilibus ritibus diſtinctus à gentibus, ſed verus populus Dei, renatus per Spiritum ſanctum. Propter quod Eccleſia, vt inquit Lyra, conſiſtit in illis perſonis: in quibus eſt notitia vera, & confeßio fidei, & veritatis.*

*Καταχρηστικῶς, impropriè, & ἐν πλάτει, hoc eſt, vt in Decretis inquit gloſſa, pro Eccleſia largè dicta, quæ complectitur bonos, & malos. Sed mali, nomine tantum, non re, ſunt in Eccleſia. Huius deſcriptiones aliæ ſunt*

- *VERÆ.* ℞
- *FALSÆ.* ℞

## *DEFINITIO ECCLESIÆ* ΚΑΤΑΧΡΗΣΤΙΚΩ͂Σ λεγομϑ́ύης, ſed vera.

A *Eccleſia eſt congregatio Sanctorum: cui ſocietati externæ, in hac vita, mali, & hypocritæ, ſeu impij ſunt admixti, & ſunt membra Eccleſiæ, ſecundum externam, quam cum pijs habent, ſocietatem ſignorum Eccleſiæ, hoc eſt, verbi, profeſsionis, & Sacramentorum: præſertim, ſi non ſint excommunicati. Gerunt enim officia quoq; in Eccleſia. In qua, Sacramenta etiam per hypocritas, aut malos tractantur, & adminiſtrantur. quibus tamen officijs Eccleſiaſticis, & Sacramentis, non ideo efficacia adimitur. Sunt enim efficacia: & his rectè vti poſſumus. Eſt igitur congregatio Sanctorum, item hypocritarum, & malorum.*

B *Falſæ deſcriptiones ſunt:*

- I. *Cœtuum, etiam extra Papiſticā Eccleſiam. vt ſunt iſtæ κ̔τ̓ ἐξοχὰς ϕαί.*
  1. *Eſt ſocietas externarum rerum, ac rituum. In quibus enim Chriſtus nihil agit: ij non ſunt, niſi mortua membra Eccleſiæ.*
  2. *Eſt politia externa certarum gentium.*
  3. *Eſt externa politia bonorum, & malorum.*
  4. *Eſt quaſi area, in qua triticum, & paleæ ſimul coaceruata ſunt. Vt Ioannes Eccleſiam comparatione illa depingit.*
  5. *Eſt quaſi lagena, in qua piſces boni, & mali ſunt. quæ Chriſti eſt collatio.*
- II. *Regni Pontificij. vt, Eccleſia Antichriſtiana, ſeu Papiſtica, eſt Monarchia externa, ſuprema totius orbis terrarum. In qua oportet Romanum Pontificem habere poteſtatem ἀνυπεύθυνον (de qua nemini licet diſputare, aut iudicare) condendi articulos fidei: abolendi Scripturas, quas velit: inſtituendi cultus, & ſacrificia: item, condendi leges, quas velit: diſpenſandi, & ſoluendi, quibuſcunq; legibus velit, diuinis, canonicis, & ciuilibus: à quo* IMPERATOR, *&* REGES *omnes accipiant poteſtatem, & ius tuendi regna, de mandato Chriſti: cui, cùm Pater omnia ſubiecerit: intelligi oportet, hoc ius in Papam translatum eſſe. Quare neceſſe eſt, Papam eſſe dominum totius orbis terrarum, omnium regnorum mundi, omnium rerum priuatarum: habere plenitudinem poteſtatis, in temporalibus, & ſpiritualibus: habere vtrunq; gladium, ſpiritualem, & temporalem.*

Atq; hæc poſtrema falſiſsima definitio, non Eccleſiæ Chriſti, ſed regni Pontificij, & Antichriſtiani, habet autores, nō ſolum Canoniſtas: ſed etiam Danielem, Cap. XI. Et Paulus prædicit futurum: vt Antichriſtus ſedeat in templo Dei, hoc eſt, in Eccleſia dominetur, & gerat officia. Vt igitur duplex eſt Eccleſia: vna Chriſti, altera Antichriſti, & Diaboli: illa ſcilicet APOSTOLICA, hæc APOSTATICA: ſic Eccleſiæ verbum, ancipites habet poteſtates.

# Apologia ſeptimi Articuli, de Eccleſia vera, & falſa.

...VII. ...ticuli ...priore ...polo... ..., duo ...nt ſpe... ...da: ἡ

**Ἀντίθεσις, repetitio confutationis Pōtificiæ. In qua tractatione ponitur**

1. Πρότασις, propoſitio. SEPTIMVM Articulum Confeßionis noſtræ damnauerunt.

2. Ὑποφορὰ, obiectio Aduerſariorum. In quo (articulo) dicimus, ECCLESIAM eſſe congregationem Sanctorum. Hæc noſtra eſt Definitio, ὅρος. Status enim huius cauſæ eſt definitionis.

3. Κατασκευὴ ἄτεχνος, γραφική, confirmatio reprehenſionis aduerſariæ, ab autoritate Scripturæ: qua noſtram definitionem refellere conati ſunt. Addiderunt enim iſti longam declamationem (vt contrariam definitionem, ἀνθορισμὸν, conſtituerent) Eccleſiam eſſe congregationem bonorum, & malorum. Hos enim non eſſe ab Eccleſia ſegregandos. Cùm &
- Ipſe CHRISTVS Eccleſiam comparauerit ſagenæ: in qua piſces ſunt boni, & mali.
- IOANNES eam contulerit cũ area: in qua triticum, & paleæ ſimul coaceruata ſint.

**Λύσις, refutatio ſuperiorum. cuius partes ſunt duæ: ἡ**

**Ἀντιπρότασις, aditus ad reſponſionem non neceſſariã. pars eius altera eſt**

Θετικὴ, generalis, quæ habet criminationem, διαβολὴν aduerſariorũ. partes eius ſunt:
- Πρόκλησις, collaudatio prouerbij. Profectò verum eſt, quòd aiunt.
- Ἀνάγνωσις, recitatio dicti. Nullum remedium eſſe, aduerſus Sycophantæ morſum.
- Τὸ τῆς αἰτίας, ratio. Nihil enim tam circumſpectè dici poteſt: vt calumniam euitare queat.

Ὑποθετικὴ, finitæ quæſtionis: quæ eſt ſuperiorum, ad ipſam cauſam accommodatio. Habet autem σύστασιν, commendationem confeſſionis. Partes hic ſunt totidem.
- Ἄρνησις, inficiatio obiectionis. Nos ob hanc ipſam cauſam adiecimus octauum Articulum, ne quis exiſtimaret, nos aut
  - Segregare malos, et hypocritas ab externa ſocietate Eccleſiæ.
  - Adimere Sacramentis efficaciam: quæ per hypocritas, aut malos adminiſtrantur.
- Ἀποδίωξις, reiectio ad ſequentem articulum. Itaq; hîc non eſt opus longa defenſione.
- Αἰτιολογία, ratio. Satis nos purgat articulus octauus.

Ἀνθυποφορὰ, ἡ ἀνασκευὴ, ipſa reſponſio. quæ etſi non erat neceſſaria, propter adiectum articulum octauum: qui iſtam calumniam refutat: ex abundanti, ſeu ἐκ περιουσίας tamen, propter alios, additur. Latet in hac calumnia παραλογισμὸς à dicto, ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, & elenchi ignorationis. Non enim pugnant inter ſe, Chriſti, & Ioannis teſtimonia, parabolæ, ſeu analogiæ, & noſtra deſcriptio. Illi enim loquuntur de Eccleſia largè dicta: nos de ea, quæ propriè dicitur Eccleſia: in qua reperiuntur, qui & re, & nomine Chriſtiani dicuntur: non qui nomine tantum ſic appellantur. Eſt etiam in his captio accidentis. Quòd enim mali, & hypocritæ ſunt in Eccleſia: non eſt de eius proprietate, atq; natura: ſed eſt τοῦ συμβεβηκότος. At hoc non ingreditur in definitionem rei veram, & οὐσιώδη. Noſtræ igitur deſcriptiones ſunt ἴδιοι λόγοι. non enim vel latiores, vel anguſtiores ſunt ipſo definito. Papiſtarum autem ἀναλογικὴ, & παραβολικὴ explicatio, quia ad cœtum viſibilem pertinet, ſeu Eccleſiam, ἐν πλάτει dictam, latius patet, quàm res, quam definiuimus, hoc eſt, Eccleſia, de qua confitemur in Symbolo: CREDO Eccleſiam catholicam: Sanctorum communionem. ♉

## De regno Dei, & Diaboli, & de vtriuſq; membris.

- **ꝺ Reſpōſio ſuperior diuiditur in**
  - Ἀνασκευὴν, refutationē, per ἀντικατάλλαξιν, compenſationem. cuius duæ ſunt partes:
    - Conceſſio, ἡ παρομολογία. quæ conſtat
      - Propoſitione. Concedimus, quòd hypocritæ, & mali (miniſtri, & auditores) in hac vita, præſertim, ſi non ſint excommunicati, ſint
        - Admixti Eccleſiæ.
        - Membra Eccleſiæ: ſecundum externam ſocietatem ſignorum Eccleſiæ. hoc eſt
          - Verbi.
          - Profeſſionis.
          - Sacramentorum.
      - Ratione προληπτικῇ, quæ habet occupationē: in qua ſunt duæ ὑποθέσεις. Earum altera pertinet ad
        - 1. Miniſtros. Nec Sacramenta ideo non ſunt efficacia: quia per malos tractantur.
        - 2. Auditores. Imò rectè vti poſſumus Sacramentis: quæ per malos adminiſtrantur.
      - Confirmatione, à teſtimonio. Nam & Paulus prædicit futurum: vt Antichriſtus ſedeat in templo Dei, hoc eſt, in Eccleſia dominetur, & gerat officia.
    - Correctio ἡ ἀντεισαγωγή. Eius partes ſunt quinq;.
      - Propoſitio, à definitione falſa, ἐκ τοῦ ψευδοῦς ὅρου. At Eccleſia non eſt tantum ſocietas externarum rerum, ac rituum: ſic vt aliæ politiæ.
      - Ratio, ex definitione vera, κατ᾽ ἀνθορισμόν. Sed principaliter eſt ſocietas fidei, & Spiritus Sancti, in cordibus, quæ tamen habet externas notas: vt agnoſci poßit: videlicet,
        - Puram Euangelij doctrinam.
        - Adminiſtrationem Sacramentorū, conſentaneā Euangelio Chriſti.
      - Confirmatio à teſtimonio, & definitione μεταφορικῇ. Et hæc Eccleſia ſola dicitur corpus Chriſti: quòd Chriſtus Spiritu ſuo renouat, ſanctificat, & gubernat. vt teſtatur Paulus, Epheſ. 1. cum ait: Et ipſum dedit caput ſuper omnia Eccleſiæ: quæ eſt corpus eius: videlicet integritas, id eſt, tota congregatio ipſius: quæ omnia in omnibus perficit.
      - Clauſula περισματική. Quare illi, in quibus nihil agit Chriſtus, non ſunt membra Chriſti.
      - Ratio, ἄτεχνος, à confeßione aduerſariorum. Idq; fatentur aduerſarij, malos eſſe MORTVA membra Eccleſiæ. Quare miramur, cur reprehenderint noſtram deſcriptionem: quæ de VIVIS MEMBRIS loquitur.
  - Ἀπολογίαν, defenſionem. A.
  - Epilogon, ſeu concluſionem. B.

## Eccleſiam eſſe viuum, non mortuum corpus Chriſti, vel ſocietatem Sanctorum, qui ſunt propriè ſocij, & ciues eius, quæ & nomine, & re eſt Eccleſia.

- Πρότασις, *propoſitio. Neq; noui quidquam diximus.*
- Κατασκευή, *ratio à teſtimonijs*
  - *PAVLVS omnino eodem modo definiuit Eccleſiam, Epheſ. 5. quòd purificetur: vt ſit ſancta. Et addit externas notas, verbum, & Sacramenta. Sic enim ait: Chriſtus dilexit Eccleſiam: & ſe tradidit pro ea: vt eam ſanctificet: purificans lauacro aquæ, per verbum: vt exhibeat eam ſibi glorioſam Eccleſiam: non habentem maculam, neq; rugam, aut aliquid tale. Sed vt ſit ſancta, & inculpata. Hanc ſententiam nos penè totidem verbis in confeſſione poſuimus.*
  - *Sic definit Eccleſiam & articulus in Symbolo: qui iubet nos credere: quòd ſit ſancta catholica Eccleſia. Impij verò non ſunt ſancta Eccleſia. Et videtur additum quod ſequitur: Sanctorum communio,* ἁγίων κοινωνία: *vt exponeretur,* κατ' ἐπεξήγησιν, *quid ſignificet Eccleſia: nempè congregationem Sanctorum: qui habent inter ſe ſocietatem eiuſdem Euangelij, ſeu doctrinæ, & eiuſdem Spiritus ſancti: qui corda eorũ renouat, ſanctificat, & gubernat.*
- A. *Defenſio noſtræ definitionis pluribus facta eſt argumẽtis: quæ tribus aſtringemus argumentationibus rhetoricis: quarum primæ partes ſunt quatuor:*
  - Ἐργασία, καὶ ἐπεξεργασία, *rationis cõfirmatio, & expolitio, conſtans,*
    - *Propoſitione. Et hic articulus, neceſſaria de cauſa, propoſitus eſt.*
    - *Ratione, quæ pertinet ad quæſtionem,* AN SIT. *In hac parte ſunt,*
      - *Querela, à cauſis labefactantibus, & interimentibus, quæ dicuntur* φθαρτικαί,
        - *Infinita pericula videmus: quæ minatur Eccleſiæ interitum.*
        - *Infinita multitudo eſt impiorum in ipſa Eccleſia, quæ opprimunt eam.*
      - *Conſolatio, à cauſis finalibus. Has enim conſolationes proponit nobis ille articulus in Symbolo. Ne deſperemus, ſed ſciamus, Eccleſiam tamen manſuram eſſe. Item, vt ſciamus, quamuis magna multitudo ſit impiorum: tamen Eccleſiam exiſtere: & Chriſtum præſtare illa, quæ promiſit Eccleſiæ:*
        - *Remittere peccata.*
        - *Exaudire.*
        - *Dare Spiritum ſanctum.*
    - *Renouatione,* ἀνακαινώσει *teſtimonij ipſius Symboli, & noſtræ definitionis. Et catholicam Eccleſiam dicit: ne intelligamus, Eccleſiam eſſe politiam externam certarum gentiũ* (ὅρος) *ſed magis* (ἀνθρώπους) *homines ſparſos per totum orbem: qui de Euangelio conſentiunt: & habent eundem Chriſtum, eundem Spiritum ſanctum, & eadem Sacramenta: ſiue habeant eaſdem traditiones humanas, ſiue diſsimiles.*
    - *Appendicula,* προσθήκη, *teſtimoniorũ. Nam*
      - *In Decretis Gratiani inquit Gloſſa,*
        - *Eccleſiam largè dictam complecti bonos, & malos.*
        - *Malos nomine tantum in Eccleſia eſſe, non re: bonos verò re, & nomine.*
      - *In hanc ſententiam multa leguntur apud Patres. Hieronymus enim ait: Qui ergo peccator, eſt aliqua ſorde maculatus: de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari: nec Chriſto ſubiectus dici.*
- B. *Concluſio, qua ſuperioribus noua attexitur argumentatio.* II

## Eccleſiam eſſe congregationem Sanctorum.

**II.** *Huius nouæ, q̃ ſecunda eſt in apologia, definitionis noſtræ, argumentationis partes ſunt ſex;*

- *Propoſitio. Quanquam igitur hypocritæ, & mali ſint ſocij huius veræ Eccleſiæ, ſecundum externos ritus: tamen, cum definitur Eccleſia: neceſſe eſt eam definiri: quæ eſt*
  - *Viuum corpus Chriſti.*
  - *Nomine, & re Eccleſia.*
- *Ratio αἰτιολογική. Et multæ ſunt cauſæ. Neceſſe eſt enim intelligi: quæ res principaliter efficiat nos membra, & viua membra Eccleſiæ, ſcilicet, Spiritus Sanctus, per verbum.*
- *Confirmatio, à conſeque͂tibus abſurdis. Nam ſi Eccleſiam tantum definiemus externam politia͂ eſſe bonoru͂, & maloru͂:*
  - *1. Non intelligent homines* REGNVM *Chriſti, eſſe iuſtitiam cordis, & donationem Spiritus Sancti (quæ eſt vera definitio) ſed iudicabunt, tantum (quæ eſt falſa definitio) externam obſeruationem eſſe certorum rituum.*
  - *2. Nihil intererit inter*
    - *Populum legis.*
    - *Et Eccleſiam.*
- *Exornatio duplex*
  - *Διαφορική, κατ' ἀντίθεσιν, ex loco diſſimilium, ſeu differentiam rerum, per diſtinctionem. Ac ſic diſcernit Paulus Eccleſiam à populo legis:*
    - *Quòd Eccleſia ſit populus ſpiritualis, hoc eſt, non ciuilibus ritibus diſtinctus à gentibus: ſed verus populus Dei renatus, per Spiritum ſanctum. At Euangelium affert non vmbram æternarum rerum: ſed ipſas res æternas: Spiritu͂ ſanctum, & iuſtitiam: qua coràm Deo iuſti ſumus. Igitur illi ſunt tantum populus, iuxta Euangelium: qui hanc promiſſionem accipiunt.*
    - *In populo legis, præter promiſſionem de Chriſto, habebat & carnale ſemen promiſſiones rerum corporalium, regni, &c. Et, propter has, dicebantur populus Dei: etiam mali in his. quia hoc carnale ſemen Deus ſeparauerat ab alijs gentibus, per certas ordinationes externas, & promiſſiones. Et tamen mali illi non placebant Deo.*
  - *Συλλογιστική, ratiocinans: cuius partes ſunt,*
    - *Propoſitio. Ad hæc, Eccleſia eſt regnum Chriſti, diſtinctum contra regnum Diaboli.*
    - *Aſſumptio. Certum eſt autem, impios in poteſtate Diaboli, & membra regni Diaboli eſſe.*
    - *Approbatio, ἄτεχνος, à teſtimonijs. Sicut*
      - *Docet Paulus Epheſ. 2. Cum ait, Diabolum efficacem eſſe in incredulis.*
      - *Chriſtus Ioan. 8. inquit ad Phariſæos: quibus certè erat externa ſocietas cum Eccleſia, id eſt, cum ſanctis, in populo legis. Præerant enim, ſacrificabant, & docebant: Vos ex patre Diabolo eſtis.*
- *Concluſio, & repetitio noſtræ veræ, & demonſtratæ definitionis. Itaq; Eccleſia, quæ verè eſt regnum Chriſti, eſt propriè* CONGREGATIO *Sanctorum.*
- *Ratio à contrario. Nam impij reguntur à Diabolo, & ſunt captiui Diaboli, no͂ reguntur Spiritu Chriſti.*

# Impios non eſſe Eccleſiam, ΕΠΙΠΙΣΤΩΣΙΣ, ex abundanti.

*Quinq; ſunt huius etiã loci partes:*

- *Propoſitio, κατ᾽ ἀποτομὴν, ἢ περικοπὴν, per præciſionem. Sed quid verbis opus eſt in re manifeſta?*
- *Ratio ὑποθετική. Si Eccleſia, quæ verè eſt regnũ Chriſti, diſtinguitur à regno Diaboli: neceſſe eſt, impios, cum ſint in regno Diaboli, non eſſe Eccleſiam. Atqui Eccleſia, &c. Ergo neceſſe eſt, &c.*
- *Confirmatio, conſtans*
  - *Conceſſione. Quanquam in hac vita, quia nondum reuelatum eſt regnum Chriſti, ſunt admixti Eccleſiæ, & gerant officia in Eccleſia.*
  - *Correctione. Nec propterea impij ſunt regnum Chriſti: quia reuelatio nondum facta eſt.*
  - *Ratione ſubiecta, à definitione. Semper enim hoc eſt regnum Chriſti, quòd Spiritu ſuo viuificat: ſiue ſit reuelatum, ſiue ſit tectum cruce.*
- *Expolitio, quæ ducta eſt à*
  - *Similitudinibus, videlicet:*
    - *Propinqua, nimirum à capite Eccleſiæ. Sicut idem eſt Chriſtus, qui nunc glorificatus eſt: antea afflictus erat.*
    - *Remotioribus, quæ huc conueniunt.*
      - *Chriſtus enim clare dicit Matth. 13. Bonum ſemen eſſe filios regni. At zizania filios Diaboli. Agrum dicit Mundum eſſe: non Eccleſiam.*
      - *Ita Ioannes de illa tota gente Iudæorum loquitur, & dicit fore: vt vera Eccleſia ſeparetur ab illo populo.*
  - *Refutatione argumentorum Aduerſariorum, per βίαιον, violationem, ſeu ἀντιστρέφον, inuerſionem. Itaq; hic locus magis contra Aduerſarios facit: quàm pro eis. Quia Chriſtus*
    1. *Oſtendit, verum, & ſpiritualem populum, à populo carnali ſeparandum eſſe.*
    2. *Dicit de ſpecie Eccleſiæ, cum ait: Simile eſt regnũ cœlorum lagenæ, aut decem virginibus.*
    3. *Docet Eccleſiam tectam eſſe multitudine malorũ.*
       - (2. et 3.) *Idq;*
         - *Ne id ſcandalum pios offendat.*
         - *Vt ſciamus, verbum, & ſacramenta efficacia eſſe: etſi tractentur à nemine.*
    4. *Interim docet, impios illos, quamuis habeant ſocietatem externorũ ſignorum: tamen non eſſe verum regnum Chriſti: & membra Chriſti. Sunt enim membra regni Diaboli.*
- *Concluſio, ab occupatione, quæ & ipſa eſt numeroſa, & multiplex.* ⊙

## Concluſionis ſuperioris loco poſita occupatio refellens cauillationem Aduerſariorum.

- *Propoſitio, κατ' ἀπάρνησιν: habet enim inficiationẽ obiectionis. Neq; verò nos ſomniamus, Platonicam ciuitatem, ſcilicet, quæ nuſquam eſt. Hactenus ὑποφορά: ſequitur ἡ πρότασις. Vt quidam impiè cauillãtur.*
- *Ratio, per aſſeuerationẽ, ex repugnantibus, (ſeu αὐθελσμῷ, contraria, & vera deſcriptione.*
  - *Sed dicimus,* EXISTERE *hanc Eccleſiam, videlicet, verè credẽtes, ac iuſtos, ſparſos per totum orbem.* Ex τοῦ ἀντιστρέφοντος, *ex correlatiuo.*
  - *Addimus* NOTAS *(καταγραφῇ, à ſignis)*
    - *Puram doctrinam Euangelij.*
    - *Sacramenta.*
- *Confirmatio ἄτεχνος, à teſtimono Pauli 1. Timot. 3. Et hæc Eccleſia propriè eſt Columna veritatis. οἶκος θεοῦ, ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, domus Dei, & Eccleſia Dei viuentis, columna, & ſtabilimentum veritatis. Retinet enim purum Euangelium: &, vt Paulus inquit, fundamentum, ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, hoc eſt, veram Chriſti cognitionem, & fidem.*
- *Eſt autem argumentoſa, eamq; ob cauſam partibꝰ ſuis abſoluta. vt ſunt:* *Expolitio, per*
  - *Ἀντίθεσιν membrorum in Eccleſia.*
    - CHRISTI. *In hac prima contentionis parte eſt*
      - Πρότασις. *Etſi ſunt in his .ſ. veræ Eccleſiæ membris, & ſocijs, etiam multi* IMBECILLES: *qui ſupra fundamentum ædificãt ſtipulas perituras, hoc eſt, quaſdam inutiles opiniones. quæ tamen, quia non euertunt fundamentum, tum condonantur illis, tum etiam emendantur.*
      - Ἔκθεσις, *expoſitio per exempla. Ac ſanctorum Patrum ſcripta teſtantur: quòd interdũ ſtipulas etiam ædificauerint ſupra fundamentum: ſed quæ non euerterunt fidem eorum.*
    - ANTICHRISTI. *Verum pleraq; iſtorum, quæ Aduerſarij noſtri defendunt, fidẽ euertũt. vt,*
      1. *Quòd damnant articulum, de remiſſione peccatorum.*
      2. *Manifeſtus item, & pernicioſus error eſt: quòd docent, mereri homines remiſſionẽ peccatorum, dilectione erga Deũ, ante gratiã. Nam hoc quoq; eſt tollere fundamentum, hoc eſt, Chriſtum.*
      3. *Quòd aſſerunt, Sacramenta ex opere operato iuſtificare. Nam ſi hoc verum eſt: quid opus eſt fide?*
  - *Ἐπιμαρτυρίαν, à teſtimonio, & autoritate*
    - SCRIPTVRAE.
      - *Sicut autem habet Eccleſia ἐπαγγελίαν, promiſſionem: quòd ſemper ſit habitura Spiritum ſanctum. Illa verò eſt propriè Eccleſia: quæ habet Spiritum Sanctum.*
      - *Ita habet ἀπειλάς, comminationes: quòd ſint futuri impij doctores, & lupi. Lupi autem, & mali doctores, etſi graſſantur in Eccleſia: tamen non ſunt propriè regnum Chriſti.*
    - VETERVM, *vt* LYRAE, *qui idem teſtatur: cum ait: Eccleſia non conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis, vel dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſecularis. quia multi Principes, & ſummi Pontifices, & alij inferiores inuenti ſunt apoſtataſſe à fide. Propter quod Eccleſia conſiſtit in illis perſonis: in quibus eſt notitia vera, & confeſſio fidei, & veritatis. Hactenus Lyra.*
- *Clauſula. Quid aliud diximus nos in confeſſione noſtra: quàm quod hîc dicit Lyra?*

# Falſiſsima Eccleſiæ definitio, imò deſcriptio veriſsima, qua graphicè depingitur regnum, ſeu tyrannis Pontificia, Eccleſiaq́ꝫ Romani Antichriſti.

- *Partitionem hunc locum placet in*
  - Ἀντίθεσιν, *ſeu Aduerſariorũ orationem, & definitionem. Cuius partes ſunt,*
    - Πρότασις, *qua noua Eccleſiæ, ſed Antichriſtianæ, concinnatur notatio. Sed fortaſſis Aduerſarij ſic poſtulant definiri Eccleſiam: quòd ſit* MONARCHIA *externa ſuprema totius orbis terrarum:*
      - *In qua oporteat Romanum Pontificẽ habere poteſtatem* ἀνυπεύθυνον *(de qua ſcilicet, nemini liceat diſputare, aut iudicare)*
        - *Condendi articulos fidei.*
        - *Abolendi ſcripturas, quas velit.*
        - *Inſtituendi cultus, & ſacrificia.*
        - *Condendi leges, quas velit.*
        - *Diſpenſandi, & ſoluendi, quibuſcunq́ꝫ legibus velit,*
          - *Diuinis.*
          - *Canonicis.*
          - *Ciuilibus.*
      - *A quo Carnifice, Pontifice, inquam, Romano,* IMPERATOR, *& Reges omnes accipiant poteſtatem, & ius tenendi regna, de mandato Chriſti: cui cum Pater omnia ſubiecerit: intelligi oporteat, hoc ius in Papam tranſlatum eſſe. Quare neceſſe ſit, Papam*
        - *Eſſe dominum*
          - *Totius orbis terrarum.*
          - *Omnium regnorum mundi.*
          - *Omniũ rerum*
            - *Priuatarum.*
            - *Publicarum.*
        - *Habere*
          - *Plenitudinem poteſtatis in temporalibus, & ſpiritualibus.*
          - *Vtrunq́ꝫ gladium,*
            - *Spiritualẽ.*
            - *Temporalẽ.*
    - Κατασκευή, *probatio, à teſtimonijs. Atq́ꝫ hæc definitio nõ Eccleſiæ Chriſti, ſed regni Pontificij, habet autores (ab autoritate humana, & diuina.)*
      - *Nõ ſolum Canoniſtas.*
      - *Sed etiam Danielem, cap. 11.*
  - Λύσιν, *refutationem, orationemq́ꝫ ſuperiori contrariam. cuius itidẽ partes ſunt,*
    - Ἀντιπρότασις, *aditus ad reprehenſionem* συλλογιστικός.
      - *Quòd ſi hoc modo definiremus Eccleſiam: fortaſſis haberemus æquiores iudices.*
      - *Atqui hoc modo definire Eccleſiam non poſſumus. Approbatio. Multa enim extãt immoderatè, & impiè ſcripta de poteſtate Romani Pontificis: propter quæ nemo vnquam reus eſt factus. Eſt* ἀντικατηγορία, *à rei indignitate.*
      - *Ergo non habemus æquos Iudices. Nos enim ſoli plectimur. quia prædicamus beneficium Chriſti: quòd fide in Chriſtum conſequamur remiſſionem peccatorum: non cultibus excogitatis à Pontifice. A querela iuſta.*
    - Ἀνθυποφορά, *refellens falſam definitionẽ, per*
      - Ἀνθορισμόν, *contrariam definitionem, ab authoritate diuina. Porrò Chriſtus, Prophetæ, & Apoſtoli longè aliter definiunt Eccleſiã Chriſti, quàm regnũ Pontificium.*
      - Ἀφαίρεσιν, *qua remouetur deſcriptio à falſo definito, hoc eſt, à Papiſtis. Conſtat autem*
        - *Inficiatione,* ἐνστάσει. *Nec eſt ad Pontifices transferendũ: quod ad veram Eccleſiam pertinet: quòd videlicet ſint columnæ veritatis: quòd non errent.*
        - *Ratione, per* ἀντικατηγορίαν, *recriminationem Pontificum Romanorũ. Nam*
          - *Quotusquisq́ꝫ curat Euangelium: aut iudicat, dignum eſſe lectione.*
          - *Multi etiam palàm irrident religiones omnes: aut ſi quid probant: probant illa, quæ humanæ rationi cõſentanea ſunt. Cætera fabuloſa eſſe arbitrantur, & ſimilia tragœdijs Poëtarum.*

## Epilogus primæ partis huius defenſionis, per ἀνακεφαλαίωσιν ſtatus, ſeu definitionis verę ipſius Eccleſiæ.

*Eccleſiæ repetita deſcriptio*

*Repetitur ὑπόθεσις.*

*Ratio.*

*Confirmatio, à dicto Chriſti.*

*Reiectio.*

*Ἀναθεματισμός, καὶ ἀντίθεσις.*

Quare nos, iuxta ſcripturas, ſentimus: Eccleſiam eſſe congregationem Sanctorum: qui verè credunt Euangelio Chriſti: & habent Spiritum Sanctum. Et tamen fatemur, multos hypocritas, & malos his, in hac vita, admixtos, habere ſocietatem externorum ſignorum: qui ſunt membra Eccleſiæ, ſecundum ſocietatem externorum ſignorum. Ideoq́ gerunt officia in Eccleſia. Nec adimit Sacramentis efficaciam: quòd per indignos tractantur. quia repręſentant perſonam Chriſti: propter vocationem Eccleſiæ: non repręſentant proprias perſonas: vt teſtatur Chriſtus: Qui vos audit, me audit. Cùm verbum Chriſti, cùm Sacramenta porrigunt: Chriſti vice, & loco porrigunt. Id docet nos illa vox Chriſti: ne indignitate Miniſtrorum offendamur. Sed de hac re ſatis clarè diximus in Confeſsione: nos improbare Donatiſtas, & Vigleuiſtas. qui ſenſerunt, homines peccare, accipientes Sacramenta ab indignis in Eccleſia.

*Concluſio.*

*Pollicitatio prolixioris Apologiæ.*

HÆC in præſentia videbantur ſufficere, ad defenſionem Deſcriptionis Eccleſiæ, quam tradidimus. Nec videmus, cùm Eccleſia, propriè dicta, appelletur corpus Chriſti: quomodo aliter defendenda fuerit: quàm nos deſcripſimus. Conſtat enim, impios ad regnum, & corpus Diaboli pertinere: qui impellit, & habet captiuos impios. Hæc ſunt luce meridiana clariora. quæ tamen, ſi pergent calumniari aduerſarij: non grauabimur, copioſius reſpondere.

## Altera defenſio Articuli ſeptimi: quòd ad verã vnitatem Eccleſiæ, ſatis ſit, conſentire de doctrina Euangelij incorrupta, ſcilicet, in fundamento, & legitimo vſu, ſeu adminiſtratione Sacramentorum: cum obedientia debita miniſterio, iuxta Euangelium: nec neceſſe ſit, vbiq; ſimiles traditiones humanas eſſe, ſeu ritus, aut ceremonias ab hominibus inſtitutas.

Quæſtio eſt accidentis, non definitionis, vt ſuperior. Inueſtigantur enim hic cauſæ vnitatis Eccleſiæ.

Parti- ni hunc locum poſu- mus in

- Ανασκευὴν, qua refellitur generatim confutatio aduerſariorum. Partes eius ſunt duæ: ἡ
  - Ἀντίθεσις, Pontificiorũ confutatio. Cuiꝰ mẽbra ſunt
    - Πρότασις. *Damnant aduerſarij, & hanc partem Septimi articuli.*
    - Ὑποφορὰ, *obiectio, quæ eſt* ἀνάληψις, *repetitio noſtri articuli partis ſecundæ, in qua ponuntur cauſæ veræ, & remouentur falſæ. quòd diximus,*
      - *Ad veram vnitatem Eccleſiæ,* πρὸς τὴν ἀληθῆ τῆς ἐκκλησίας συνάφειαν, ἢ ἑνότητα, *ſatis eſſe conſentire (* τὸ σύμφωνον *) de*
        - *Doctrina Euangelij,* ἐν τῇ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίᾳ.
        - *Adminiſtratione Sacramentorum,* ἐν τῇ τῶν μυστηρίων οἰκονομήσει.
      - *Nec neceſſe eſſe vbiq; ſimiles traditiones humanas eſſe, id eſt,* παραδόσεις, ἢ θεσμοὺς, καὶ τελετὰς, *ſeu ritus, aut ceremonias ab hominibus inſtitutas.*
    - Κατασκευὴ, *ratio iſtorũ à diſtinctione. Hic diſtinguunt* RITVS
      - *Vniuerſales.*
      - *Particulares.*
      - *Et articulum noſtrum*
        - *Non recipiunt,*
        - *Probant,*
        - *De ritibus*
          - *Vniuerſalibus.*
          - *Particularibꝰ, ſi de his intelligatur.*
  - Λύσις, *ſeu ipſa reſponſio noſtra. In qua eſt*
    - Ἀντιπρότασις, *aditus ad noſtram Reſponſionem. Non ſatis intelligimus, quid velint Aduerſarij.*
      - *Propoſitionem. In qua eſt*
        - Διάστασις τῆς λέξεως ὁμωνύμου, *verbi ambigui diſtinctio, & explicatio. Nos de* VERA, *hoc eſt, Spirituali vnitate,* περὶ τῆς ἀληθοῦς, τουτέστι πνευματικῆς ἑνότητος, *loquimur: ſine qua non poteſt exiſtere fides, in corde, ſeu iuſtitia cordis, coràm Deo.*
        - Ἐπανακαίνωσις, *renouatio noſtri articuli. Ad hanc* συνάφειαν πνευματικὴν, *dicimus, non eſſe neceſſariam ſimilitudinem rituum humanorum, ſiue vniuerſalium, ſiue particularium.*
    - Ἀνθυποφορὰ, *refutans confutationẽ. partes habet*
      - *Rationem. Quia iuſtitia fidei, non eſt iuſtitia alligata certis traditionibus: ſicut iuſtitia legis erat alligata Moſaicis ceremonijs. Negatio eſt falſæ definitionis.*
      - *Confirmationem. Quia illa iuſtitia cordis, eſt res viuificans corda. Vera deſcriptio ab effectu, per aſſeuerationem.*
      - *Concluſionem. Ad hanc viuificationem nihil conducunt humanæ traditiones, ſiue vniuerſales, ſiue particulares: nec ſunt effectus Spiritus Sancti, ſicut*
        - *Caſtitas.*
        - *Patientia.*
        - *Timor Dei.*
        - *Dilectio proximi.*
        - *Opera dilectionis.*
- Ἀπολογίαν, *defenſionem, quæ eſt* ἀπολογική. *Cauſas enim exponit: quamobrem hunc articulum noſtri poſuerint. A.*
- *Concluſionem, cum* διαβολῇ τῶν ἀντιδίκων, *criminatione Aduerſariorum. B.*

## De Traditionibus humanis.

Propoſitio. Non leues cauſæ fuerunt: cur hunc articulum poneremus.

Ratio. —— Conſtat enim, multas opiniones ſtultas de Traditionibus ſerpſiſſe in Eccleſiam. Hic conſiderentur,

A. Hæc argumentatio eſt quadripartita. In ea enim ſunt,

Ai ψευδεῖ δόξαι, falſæ opiniones.

1. Nonnulli putauerunt, humanas traditiones, neceſſarios cultus eſſe, ad promerendam iuſtificationem. Et poſtea diſputârunt: qui fieret: quòd tanta autoritate coleretur Deus.

2. Item aliæ Eccleſiæ, alias, propter tales Traditiones, excommunicauerunt. Vt, propter obſeruationem Paſchatis, picturas, & res ſimiles. Vnde imperiti exiſtimauerunt, fidem, ſeu iuſtitiam cordis, coràm Deo, non poſſe exiſtere, ſine his obſeruationibus. Extant enim de hoc negotio multa inepta Scripta Summiſtarum, & aliorum.

Ai λύσεις, earum reprehenſiones.

Inficiatio, per ἀνθορισμόν.

1. Quaſi verò obſeruationes illæ eſſent cultus, & non potius externæ, & politicæ ordinationes: nihil ad iuſtitiam cordis, ſeu cultū Dei pertinentes: quæ alibi caſu, alibi propter quaſdam probabiles rationes variant.

Α᾽ Simili.

2. Sed, ſicut diſſimilia ſpacia dierū ac noctium non lædunt Vnitatem Eccleſiæ: ita ſentimus, VERAM VNITATEM Eccleſiæ, τὴν ἀληθῆ ἑνότητα, καὶ συνάφειαν, non lædi diſſimilibus ritibus, inſtitutis ab hominibus.

Expolitio περικαταληπτική, conſtans occupatione, in qua eſt

- Ομολογία, conceſſio. Quanquam placet nobis: vt VNIVERSALES ritus, propter tranquillitatem, ſeruentur.
- Εκθεσις, expoſitio, à noſtro exemplo. Sicut & nos
  - In Eccleſiis ſeruamus
    - Ordinem MISSAE.
    - Diem Dominicum.
    - Alios dies feſtos celebriores.
  - Gratiſſimo animo amplectimur vtiles, ac veteres ordinationes.
- Αἰτιολογία, ratio. Præſertim cum contineat pædagogiam: qua prodeſt populum, & imperitos aſſuefacere, & docere.

Concluſio, per ἀποδιώξιν, reiectionem in locum alium commodiorem, huius ſtatus alieni. Sed non diſputamus nunc, AN CONDVCAT, propter tranquillitatem, aut corporalem vtilitatem, ſeruare.

## Status, & KPINOMENON huius diſputationis.

*Καταστατικά. Sunt enim quæſtionis.* ALIA RES *agitur. Diſputatur enim*

1. *Vtrùm Obſeruationes traditionum humanarum, ſint cultus neceſſarij ad iuſtitiam coràm Deo. Hoc eſt enim κρινόμενον (Rhetores iudicationem, & diſceptationem nominant) in hac controuerſia. quo conſtituto: poſtea iudicari de ſtatu poteſt.*
2. *Vtrùm ad veram Vnitatem Eccleſiæ, neceſſe ſit vbiq; ſimiles eſſe traditiones humanas. Atq; hic eſt ſtatus, ἡ στάσις, præſentis diſceptationis ὁριστική.*

*Tria hoc loco occurrũt ſententiarum genera. Alia enim dicuntur*

*Κατασκευαστικά. q̃ pertinẽt ad probandũ. Vt,*

*Propoſitio, forma enthymematis.* — *Si traditiones humanæ non ſunt cultus neceſſarij ad iuſtitiam coràm Deo: ſequitur, poſſe iuſtos, & filios Dei eſſe: etiamſi quas traditiones non habeant: quæ alibi receptæ ſunt. Antecedens, vt vocant, ponitur ἀντὶ τοῦ ὁμολογουμένου, pro confeſſo. Eſtq; τοῦ κρινομένου pars altera, ἀποφατική, negans: quæ dicitur αἴτιον, ratio defenſionis. Nam καταφατική eſt Aduerſariorũ, appellatur συνέχον, firmamentum, ſeu id, quod cauſam continet.*

*Expoſitio illius, à ſimili.* — *Vt, ſi forma veſtitus Germanici, non eſt cultus Dei neceſſarius ad iuſtitiam coràm Deo: ſequitur, poſſe iuſtos, ac filios Dei, & Eccleſiam Chriſti eſſe: etiamſi qui vtantur non Germanico, ſed Gallico veſtitu.*

*Confirmatio ἄτεχνος, à teſtimonijs Pauli. Hoc clarè enim dicit, & in eandẽ ſententiam inquit ad*

*Coloſſenſes 2. In quibus locis ponitur ἡ*

*Ἀνάγνωσις, recitatio. Cùm ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum: quæ ſunt vmbra futurorum: corpus autem Chriſti. Item: Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi: quid adhuc, tanquam viuentes mundo, decreta facitis? Ne tetigeritis (Eſt ἀνάγνωσις τῶν ψηφισμάτων μιμητικῶς. Recitat enim imitando huiuſmodi decreta illorum) neq; guſtaueritis, neq; contrectaueritis: quæ omnia pereunt, vſu conſumpta, & ſunt præcepta, & doctrinæ hominum, ſpeciem habentia ſapientiæ, in ſuperſtitione, & humilitate.*

*Ἐπεξήγησις, interpretatio. Eſt ſententia. Non eſt ſentiendum, quòd ritus illi, neceſſarij ad iuſtitiam coràm Deo: cum iuſtitia cordis, ſit res ſpiritualis, viuificans corda: & conſtet, quòd traditiones humanæ*

- *Non iuſtificent corda.*
- *Nec ſint effectus Spiritus ſancti: ſicut dilectio proximi, caſtitas, &c.*
- *Nec ſint inſtrumenta: per quæ Deus mouet corda, ad credendum: ſicut Verbum, & Sacramenta diuinitus tradita.*
- *Sed ſint vſus rerum, nihil ad cor pertinentium: quæ vſu pereant.*

*Romanos 14. Regnum Dei non eſt eſca, & potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.*

*Ἐπιλογικά, q̃ ſuperiorũ ſunt concluſio. Vt,*

- *Præciſio, ἀποτομή. Sed non eſt opus, citare multa teſtimonia: cum vbiq; ſint obuia in ſcripturis, & nos plurima in confeſſione congeſſerimus, in poſterioribus articulis.*
- *Reiectio, ἀποδίωξις. Et huius controuerſiæ κρινόμενον infra paulò poſt repetendum erit: videlicet, Vtrùm traditiones humanæ ſint cultus neceſſarij ad iuſtitiam coràm Deo.*
- *Pollicitatio, ὑπόσχεσις. Vbi de hac re copioſius diſputabimus.*

# Diſsimilitudinem humanarum Obſeruationum non lædere vnitatem Eccleſiæ.

*Huius reſponſionis partes ſunt,*

- 1. ἡ Πρότασις, *propoſitio, quæ eſt pollicitatio Obiectionis. Aduerſarij dicunt.*
- 2. ἡ ὑποφορὰ, *obiectio, & ratiocinatio iſtorum.*
  - *Concluſio. Vniuerſales Traditiones ſeruandas eſſe.*
  - *Ratio, & Minor. Quia* EXISTIMANTVR *ab Apoſtolis tradita eſſe. Argumentationis vis pendet ab autoritate, vel exemplo, quod allegant, ſed quadam coniectura.*
- 3. ἡ λύσις, *refutatio partim*
  - Εἰρωνική. *Irridetur enim ſuperſtitio Pontificiorum,* κατὰ διαβολὴν, *&* ἀντικατηγορίαν. *Eſtque*
    - *Propoſitio. O religioſos homines.*
    - *Ratio, cōſtans enthymemate.*
      - *Ritus ab Apoſtolis ſumptos retineri volunt.*
      - *Non volunt retineri doctrinam Apoſtolorum.*
    - *Argumētum eſt à maiori ad minus: & contra.*
      - *Si ritus ab Apoſtolis ſumpti, retinendi ſunt: magis retinenda eſt illorum doctrina.*
      - *At iſti retinere doctrinam nolunt.*
      - *Cur igitur rixantur de ritibus?*
  - Συλλογιστική. *Superiori enim* ἐπιχειρήσει *opponitur copioſa* ἀντεπιχείρησις. *Eius eſt argumentum*
    - *Primum, quod ſentētias habet: quarum aliæ pertinent ad propoſitionem*
      - *Maiorem, quæ eſt* θελικὴ, *& quoddam* κριτήριον, *regula, ſeu norma iudicij. Sic iudicandum eſt de ritibus illis: ſicut ipſi Apoſtoli in ſuis ſcriptis iudicant. Itaque voluntas, & conſilium,* ἡ γνώμη, καὶ διάνοια *illorum, ex ſcriptis eorum quæri debet: non eſt ſatis allegare exempla.*
      - *Minorē: quæ ducitur ab autoritate, ac exemplo Apoſtolorum*
        - *Omnium*
          - *Voluntate, & mente. Non enim voluerunt*
            - *Nos ſentire, quòd tales ritus ſint res neceſſariæ ad iuſtitiam coràm Deo.*
            - *Tale onus imponere conſcientijs.*
            - *Iuſtitiam, & peccatum collocare in obſeruationibus dierum, ciborum, & ſimiliū rerum.*
          - *Factis. nam Apoſtoli*
            - *1. Seruabant*
              - *Certos dies. non quia ea obſeruatio ad iuſtificationem neceſſaria eſſet: ſed vt populus ſciret: quo tempore conueniendum eſſet.*
              - *Alios quoſdam ritus, ordinem lectionum, ſi quando conueniebat.*
            - *2. Quædam etiam ex patrijs moribus, vt fit, retinebat populus, quæ nonnihil mutata, ad hiſtoriam Euangelij accommodabant. Vt Paſcha, Pentecoſten: vt non ſolum docendo, ſed etiam per hæc exempla, memoriam maximarum rerum traderent poſteris.*
        - PAVLI. *Qui appellat huiuſmodi opiniones, doctrinas Dæmoniorum.*
    - *Alterum.* 2.

# Diſsimilitudinem Dierum feſtorum non lędere fidem, nec eſſe neceſſarias has Obſeruationes: ſed Ἀδιαφόρους.

- 4. *Libertas Chriſtiana in his obſeruationibus, oſtenditur*
  - *Syllogiſmo.*
    - *A repugnantibus, & fine. Quod enim neceſſarium eſt: id immotum eſt.*
      - *Quòd ſi hæc tradita ſunt, tanquam neceſſaria ad ſalutem: cur in his ipſis poſtea multa mutauerunt Epiſcopi? id eſt, nihil erat in his mutandum.*
      - *Atqui in his ipſis poſtea multa mutauerunt Epiſcopi.*
      - *Ergo hæc ab Apoſtolis non ſunt tradita, tanquam neceſſaria ad ſalutem.*
    - *Rurſus ex repugnantibus.*
      - *Quòd ſi erant* IVRIS DIVINI: *non licuit ea mutare, autoritate humana.*
      - *Atqui licuit ea mutare, autoritate humana.*
      - *Non igitur illa erant* IVRIS DIVINI, *id eſt, non erant neceſſaria ad ſalutem.*
  - *Proſyllogiſmo minoris proximæ ab exemplo, de Paſchate. In quo tria ſunt tẽpora conſideranda:*
    - *Vnum ante Synodum Nicænam. Tum enim alij alio tempore Paſcha ſeruabant.*
    - *Alterum poſt illud Concilium. Nam poſtea ratio inita eſt: ne incideret noſtrum Paſcha in Iudaici Paſchatis tempus.*
    - *Tertium eſt Apoſtolorum: qui iuſſerant Eccleſias ſeruare Paſcha, cum fratribus conuerſis ex Iudaiſmo. Decretum extat apud Epiphanium. In quo ſpectari debent, ἡ*
      - Ἀνάγνωσις τοῦ ψηφίσματος τῶν ἀποςόλων. *Verba enim Decreti ſunt:* ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιεῖτε, ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε, κἂν τε πλανηθῶσι, μηδὲν ἡμῖν μελέτω. *Hæc ſcribit Epiphanius, verba eſſe Apoſtolorum in Decreto quodam poſita de Paſchate.*
      - Διάνοια, *mens, ſententia, atque voluntas Decreti Apoſtolici,*
        - Ἀληθὴς, *vera. Nam Apoſtoli Decreto illo non voluerunt Eccleſiæ imponere neceſſitatem. Id quod verba eius teſtantur, ſeu* τὸ ῥητόν. *Iubet enim, ne quis curet: etiamſi fratres, ſeruantes Paſcha, non rectè ſupputent tempus. In quibus verbis prudens lector facilè poteſt iudicare: Apoſtolos voluiſſe populo ſtultam opinionem, de neceſſitate certi temporis eximere: cum prohibent, curare, etiamſi in ſupputando erretur.*
        - Ψευδὴς, *falſa. Porrò, quidam in oriente, qui* AVDIANI *appellati ſunt, ab autore dogmatis, propter hoc Decretum Apoſtolorũ, contenderunt, Paſcha cum Iudæis ſeruandum eſſe.*
      - Ἐπίκρισις, *iudicium Epiphanij improbans Audianos. Hos enim refellẽs,*
        1. *Laudat Decretum: & inquit, nihil continere, quod diſſentiat à fide, aut Eccleſiaſtica regula.*
        2. *Vituperat Audianos: quòd non rectè intelligant* τὸ ῥητόν.
        3. *Interpretatur in hanc ſententiam: in quam nos interpretamur: quòd non ſenſerint Apoſtoli, referre, quo tempore ſeruaretur Paſcha. Sed quia præcipui fratres, ex Iudeis, conuerſi erant: qui morem ſuum ſeruabant: horum exemplum, propter concordiam, voluerint reliquos ſequi.*
      - Ἐπίκρισις, *iudicium ſcriptoris adiecti. Et ſapienter admonuerunt lectorem Apoſtoli: ſe neq; libertatem Euangelicam tollere: neq; neceſſitatem conſcientijs imponere. Quia addunt (τὸ προσδιωρισμένον) non eſſe curandum: etiamſi erretur in ſupputando.*

## Epilogus ſuperiorum.

*B. Loci, ſeu apologiæ huius concluſio conſtat*

- Præciſione, ἀποτομῇ. *Multa huius generis colligi poſſunt ex hiſtorijs: in quibus apparet,* DISSIMILITVDINEM *humanarum Obſeruationum non lædere Vnitatem Fidei. Quanquam quid opus eſt diſputatione?*
- Criminatione, διαβολῇ. *Omnino, quid ſit iuſtitia fidei, quid ſit* REGNVM CHRISTI, *non intelligunt Aduerſarij: ſi iudicant,* NECESSARIAM ESSE SIMILITVDINEM *Obſeruationum in* CIBIS, DIEBVS, VESTITV, *& ſimilibus rebus, quæ non habent* MANDATVM DEI.
- Recriminatione, ἀντικατηγορία. *Cuius partes ſunt:*
  - *Propoſitio* εἰρωνική. *Videte autem religioſos homines, Aduerſarios noſtros.*
  - *Ratio. Requirunt ad* VNITATEM *Eccleſiæ ſimiles obſeruationes humanas: cum ipſi* MVTAVERINT *Ordinationem,* διάταξιν, *Chriſti, in* VSV *Cœnæ: quæ certè antea erat* ORDINATIO *vniuerſalis.*
  - *Confirmatio* συλλογιστική. *Quòd ſi* ORDINATIONES *vniuerſales neceſſariæ ſunt: cur ipſi mutant ordinationem* COENAE *Chriſti? quæ non eſt humana, ſed diuina. Argumentum ductum eſt à minori ad maius.*
    - *Ad hunc modum:*
      - *Si ordinationes vniuerſales humanæ neceſſariæ ſunt: magis ſunt neceſſariæ vniuerſales ordinationes diuinæ, minusq́ue mutandæ.*
      - *Atqui Ordinationes humanas iſti volunt eſſe neceſſarias.*
      - *Ergo multò magis debebant ſtatuere, neceſſarias eſſe diuinas: minimeq́ue mutandas. Sed has mutant, vt* διάταξιν *Cœnæ: quod eſt ſummum ſacrilegium.*
  - *Clauſula, per* ἀποδίωξιν. *Sed de hac tota controuerſia, infra aliquoties dicendũ erit.*

# Confeſsio Eccleſiarum

## Saxonicarum.

*A quo, & cur humanum genus ſit conditum.*

VVlt Deus intelligi, genus humanum non caſu naſci: ſed à Deo conditum eſſe: & conditum non ad æternum exitium: ſed vt colligat ſibi in genere humano Eccleſiam: cui in omni ęternitate cõmunicet ſuam ſapientiam, bonitatem, & lætitiam. Et vult conſpici Filium, propter quem, & per quē inenarrabili ſapientia, & immenſa miſericordia hanc miſeram naturam hominum reſtituit. Ideo ſemper in genere humano cœtum eſſe voluit, cui tradidit doctrinam de Filio, & in quo Filius ipſe inſtituit & conſeruauit miniſterium cuſtodiendæ, & propagandæ eius doctrinæ: per quam & efficax fuit, eſt, & erit. Et multos ad ſe conuertit, ſicut manifeſtè inquit Paulus: Euangelium eſt potentia Dei, ad ſalutem, omni credenti.

*Quæ Deus in Eccleſiam conferat beneficia.*

*Propter quem.*

*Per quem.*

*Quo instrumento, doctrina. ſ. Euangelij.*

*Effectus doctrinæ.*

*Contraria: contemptus vocis, et teſtimonij Dei.*

Sed mirandum, & dolendum eſt, maximam partem generis humani horribili furore contemnere vocem, & teſtimonium Dei, & Filium Dei, & in ipſo cœtu, qui nomen habet Eccleſiæ, multas dilacerationes ſemper factas eſſe, & veram Eccleſiam ab externis, & domeſticis hoſtibus expugnatam eſſe. Hæc diſsidia, cum homines intuentur, & quidem vident imperijs, multitudine, & gloria antecellere eos, qui alias doctrinas pugnantes cum Euangelio, amplectuntur, dubitant, an ſit aliqua Dei Eccleſia, quæ nam, & qualis, & vbi ſit.

*Diſsidia, & dilacerationes.*

*Quæſtiones hinc inde natæ de Eccleſia Dei.*

Ac prophanis dijudicatio difficilis eſt, ſed vera Eccleſia ſcit ex teſtimonijs diuinis, vnde ſint tanti homi-

## Vuirtēbergenſiū.

I.

Credimus, & confitemur: quòd vna ſit Sancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, iuxta Symbolum Apoſtolorum, & Nicænũ.

*Eſſe veram Eccleſiam.*

II.

Quòd hæc Eccleſia, à Spiritu Sãcto ita gubernetur: vt, etſi ſinit eam eſſe in his terris imbecillem: conſeruet tamen eam perpetuò, ne vel erroribus, vel peccatis pereat.

*Eam in hac imbecillitate gubernari, & conſeruari à Spiritu ſancto.*

III.

Quòd huic Eccleſiæ in hac terra multi mali, & hypocritæ admixti ſint.

*Huic Eccleſiæ admixtos eſſe malos etiam miniſtros.*

IIII.

Quòd hi mali, & hypocritæ, ſi miniſterium Eccleſiæ legitima vocatione ſuſceperint; veritati Sacramentorum, per ſe, nihil incommodi afferant, niſi inſtitutionem Chriſti peruertant, & impia doceant.

*Malos, & hypocritas veritati Sacramentorum, in legitimo vſu, nihil detrahere.*

V.

Quòd in hac Eccleſia vera ſit peccatorum remiſsio.

*In Eccleſia vera remiſsio eſt peccatorum.*

VI.

Quòd hæc Eccleſia habeat ius teſtificandi de ſacra ſcriptura.

*Habet ius teſtificãdi de ſacra ſcriptura.*

VII.

Quòd hæc Eccleſia habeat ius iudicandi de omnibus doctrinis, iuxta illud: Probate ſpiritus, num ex Deo ſint. Et, Cæteri diiudicent.

*Habet & ius de omnibus doctrinis iudicandi.*

## Confeſsio Eccleſiarum

| Saxonicarum. | Vuirtemberg. |
|---|---|

### Saxonicarum.

hominum furores, & tamen inter eos ſeruari Eccleſiam Dei: & diſcernit eã à cæteris gẽtibus, & ſcit, quę nã, qualis, & vbi ſit. Vt igitũ cõtra has dubitationes magis cõfirmarẽtur omnes ſancti, articulus in ſymbolo ꝓpoſitus eſt: Credo eſſe ſanctã Eccleſiam catholicã. Hac ꝓfeſsione adfirmamus, nõ abiectũ eſſe totum genus humanũ à Deo: ſed eſſe, & manſuram eſſe aliquam veram Eccleſiam, ratas eſſe Dei promiſsiones, adhuc regnare Filium Dei, recipere, & ſaluare inuocantes. Et hac erecti conſolatione, Deo gratias agimus, & eum inuocamus, & petimus, accipimus, & expectamus æterna bona.

*Prima quæſtio, An SIT Eccleſia, inter tantos hominum furores.*

*A teſtimonijs diuinis.*

Propter hãc commonefactionem, & conſolationem, Articulus in Symbolo recitatur: cum quidem hæc ipſa doctrina de conſeruatione Eccleſię ſępiſsimè repetita ſit in concionibus diuinis. vt Eſa. 59. Hoc Fœdus meum cũ eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore ſeminis tui, dicit Dominus, deinceps, & in ſempiternum. Et inquit Dominus: Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſũmationem ſeculi. Eſt & hæc dulcis conſolatio, quòd non alibi ſint hæredes vitę æternę, niſi in cœtu vocatorũ, iuxta illud: Quos elegit, hos & vocauit. Non vagentur animi, intuentes hoc lacerum corpus Eccleſiæ, & ſomniantes fortaſsis alibi aliquos, qui ignorant Euangelium: tamen eſſe ſanctos, & domicilium Dei, Fabium, Scipionem, Ariſtidem, & ſimiles. Sed huc refer oculos. In hoc cœtu vocatorum certò ſcias aliquos electos eſſe, & ad hunc cœtum te adiungito cõfeſsione, & inuocatione. Sicut dicit

*Vbi ſint hæredes vitæ æternæ.*

*Notatur Zuuinglius.*

*Singuli ſe ad hũc cœtum adiungãt.*

### Vuirtemberg.

VIII.

Quòd hæc Eccleſia habeat ius interpretandæ ſcripturæ.

Sed vbi hęc Eccleſia ſit quęrenda, & an iura eius ſint certis terminis circumſcripta, alij aliter ſentiunt.

*VBI ſit Eccleſia.*

Arbitramur autem autoritate ſacræ ſcripturæ, & veterum Patrũ ſentiendum eſſe, verè catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, non ad vnum certum locum, aut gentem, nec ad vnum certum hominum genus, alligatam eſſe: ſed in eo eſſe loco, aut gente, vbi Euangelium Chriſti ſynceriter prædicatur, & Sacramenta eius rectè, iuxta inſtitutionẽ Chriſti, adminiſtrantur.

*Eius notæ, & ſigna.*

Ioannis 10.

Scriptum eſt, ego dixi, dij eſtis. illos dixit Deos, ad quos factus eſt ſermo Dei, &c. Ergo ibi eſt populus, ſeu Eccleſia Dei, vbi Sermo Dei prædicatur.

*Teſtimonia γραφικὰ, & diuina.*

Ioann. 15.

Iam vos mundi eſtis propter

## Confeſsio Eccleſiarum

### Saxonicarum.

dicit Pſal. 26. Vnum petij à Domino, hoc requiro: vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam voluntatem Domini, & viſitem templum eius. Non igitur de Eccleſia, tanquam de idea Platonica loquimur: ſed Eccleſiam monſtramus, quæ conſpici, & exaudiri poteſt: iuxta illud: In omnem terram exiuit ſonus eorum. Vult exaudiri Filium æternus pater, in toto genere humano. ſicut inquit: Hunc audite. Et Pſal. 2. Ego conſtituo regem meum in monte Sion, prædicabo præceptum. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et nunc Reges intelligite, &c.

*Eccleſiam eſſe cœtum viſibilem.*

*QVID ſit Eccleſia.*

Dicimus igitur, Eccleſiam viſibilem in hac vita cœtum eſſe, amplectentium Euangelium Chriſti, & rectè vtentium Sacramentis: in quo Deus per miniſterium Euangelij eſt efficax, & multos ad vitam æternam regenerat. In quo tamen cœtu multi ſunt non ſancti, ſed de vera doctrina conſentientes. Vt Marię tempore, erant Eccleſia, Zacharias, Simeon, Ioſeph, Elizabeth, Maria, Anna, paſtores, & alij multi, qui de pura doctrina conſentiebant, & audiebant non Sadducæos, aut Phariſæos, ſed Zachariam, Simeonem, Annam, Mariam, & ſimiles, &c. Nam etiam cum valdè exiguus cœtus eſt: tamen Deus aliquas reliquias ſeruat, quarum vox, & confeſsio exauditur, & ſubinde miniſterium inſtaurat, iuxta illud: Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma eſſemus, &c.

*Ad quid ſit alligata.*

Itaq; quæ ſit Eccleſia, & qualis ſit, & vbi ſit, hæc deſcriptio indicat, ſumpta ex manifeſtis teſtimonijs diuinis. Nihil dubium eſt, Eccleſiam alligatam eſſe ad Euangelium, vt Paulus inquit: Si quis aliud Euangelium docet, anathema ſit. Et Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt. Et Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus. Et Ioan. 17. Sanctifica eos in ſermone tuo, ſermo tuus eſt veritas.

*Qui non ſint Eccleſia.*

Non ſunt igitur membra Eccleſiæ Dei, etiamſi titulum, & imperium tenet, Sadduceí, Phariſęi, & ſimiles, Pontifices, & alij, qui aliam doctrinam proponunt, diſſentientem ab Euangelio, & ſtabiliunt idola pertinaciter. Manifeſtum eſt autem, aliud genus doctrinæ, diſſentiens ab Euangelio, aduerſarios tradere, & propugnare: qui docent legem Dei impleri obedientia noſtra in hac vita, & hanc obedientiam mereri remiſsionem peccatorum. Itē, hac obedientia homines iuſtos eſſe coràm Deo. Item, Prauam cōcupiſcentiam non eſſe peccatum, nec malum pugnans cum lege Dei.

*Papiſtæ.*

Item,

### Vuirtemberg.

propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Sermo igitur Chriſti, qui eſt Euangelium, demōſtrat vbi ſit Eccleſia, quæ coràm Deo ſit munda.

AD ROMANOS, 1.

Euangeliū eſt potētia Dei, ad ſalutem omni credēti. Vbi igitur eſt Euāgelion, quod agnoſcitur fide: ibi Deus habet Eccleſiam, in qua eſt efficax ad ęternam ſalutem.

*Teſtimonia humana, veterum Patrum.*

CHRYSOSTOMVS in commentario in Euangeliū Mat. ca. 24. hom. 49.

*Chryſoſtomi.*

Quare hoc tempore omnes Chriſtiani cōferre ſe ad ſcripturas debent. Quia in hoc temporè, ex quo obtinuit hæreſis illas Eccleſias, nulla probatio poteſt eſſe verę Chriſtianitatis, neq; refugium poteſt eſſe Chriſtianorū aliud, volentium cognoſcere fidei veritatem, niſi ſcripturæ diuinæ.

ET POSTEA.

Qui ergo vult cognoſcere, quæ ſit vęra Eccleſia Chriſti,



vnde

## Confeſsio Eccleſiarum

### Saxonicarum.

*Papiſtarum impia dogmata.* Item, Dubitandum eſſe conuerſis, an ſint in gratia, & hanc dubitationem non eſſe peccatum. Item, inuocandos eſſe homines mortuos. Item: cultus Dei eſſe diſcrimina ciborum, vota monaſtica, & alios ritus, ſine mandato Dei electos. Item, oblationem in Miſſa mereri facienti, & alijs viuis, & mortuis remiſſionem peccatorum, & alia. Item alias prophanationes Sacramenti multiplices, & horrendas.

*Pontificiæ Eccleſiæ notæ.* Item: Epiſcopos poſſe inſtituere cultus Dei, & peccata mortalia eſſe, violationem cultuum, qui ab eis inſtituuntur. Item; poſſe legem de cœlibatu imponere vlli ordini hominum. Item, Enumerationem ſingulorum delictorum neceſſariam eſſe ad remiſsionem peccatorum. Item, Satisfactiones canonicas compenſationes eſſe pœnarum purgatorij. Item, Synodos, in quibus ſoli Epiſcopi dicunt ſententias, non poſſe errare. Item, Qui cõſecrant olea, & alias res, ſine mandato diuino, & tribuunt eis vim diuinam, cõtra peccata, & Diabolos, & morbos. Item, Qui inuocationes ad certas ſtatuas adprobant: quaſi ibi plus ſit auxilij. Item, qui interficiunt homines honeſtos, tantum quia hos errores improbant, & veritatem profitentur. Hæc cum ſint planè Ethnica, & idolatrica: manifeſtum eſt, defenſores eorum non eſſe membra Eccleſiæ; ſed dominari ſicut Phariſæi, & Saducæi dominabantur. Interea tamen fuerunt, ſunt, & erunt in Eccleſia Dei, homines retinentes fundamentum: etiamſi alij plus, alij minus lucis habuerunt, habent, & habebunt. *Vera Eccleſiæ membra.* Et interdum ſancti etiam ſtipulas extruunt ſupra fundamentum. Cum præſertim in hac temporũ miſeria multis, qui habent initia fidei, non cõcedatur, vt erudiri, & cum doctoribus colloqui poſsint. Hi ſunt tamen in eorum numero, quibus iubet Deus parci. Ezech. 9. qui gemunt, & dolent propterea, quòd errores ſtabiliuntur.

Præci-

### Vuirtẽberg:

vnde cognoſcat, niſi tantummodo per ſcripturas?

AVGVSTINVS Tom. 2. Epiſtola 166.

*Auguſtini.* In Scripturis didicimus Chriſtum: in Scripturis didicimus Eccleſiam, has Scripturas communiter habemus. quare nõ in eis, & Chriſtum, & Eccleſiam communiter retinemus?

Et iterum Tom. 7. in Epiſtola contra Epiſtolam Petiliani, Donatiſtæ, c. 2. 3. & 4.

Inter nos, & Donatiſtas queſtio eſt, vbi Eccleſia ſit: q̃d ergo facturi ſumus? In verbis noſtris eã quæſituri, an in verbis capitis ſui, DOMINI noſtri IESV Chriſti? Puto quòd in illius potius uerbis quærere debemus, qui ueritas eſt, & optimè nouit corpus ſuum.

*Eccleſia quod ius habeat.* Quòd autem affirmamus, Eccleſiã habere ius teſtificandi de ſacra Scriptura, interpretãdi ſcripturã,

# Confeſsio Eccleſiarum

## Saxonicarum.

*Quod κριτήριον, ſeu norma iudicij de Eccleſia ſit.*

Præcipuè igitur ex voce doctrinæ iudicandū eſt,& iudicari poteſt, quæ,& vbi ſit vera Eccleſia,quæ voce veræ doctrinæ, deinde & legitimo vſu Sacramentorum,ab alijs gentibus diſcernitur:& quæ ſit vox veræ doctrinæ, oſtendunt ipſa ſcripta Prophetica, & Apoſtolica, & ſymbola. In his non eſt ambigua doctrina de fundamento, videlicet de articulo fidei, de eſſentia,& voluntate Dei, de Filio redemptore, de lege,de promiſsionibus,de vſu Sacramentorum,de miniſterio. Et manifeſtum eſt, nulli creaturæ, non angelis, non hominibus conceſſum eſſe mutare doctrinam à Deo traditam.

*Qualis ſit Eccleſia.*

Qualis autem ſit Eccleſia,oſtendit Filius Dei, inquiens: Regnum meum non eſt de hoc mundo.Item: Sicut pater meus miſit me: ſic ego mitto vos. Colligitur uoce miniſtrorum Euangelij æterna Eccleſia Deo, & quidem hac uoce Deus eſt efficax,& multos ad ſe conuertit.Hoc immenſum beneficium Dei agnoſcere, & grati celebrare debemus.

*Epiſcopi iure diuino nequaquā gladiū corporalem gerunt.*

Quanquam autem Eccleſia eſt cœtus,qu conſpici,& exaudiri poteſt: tamen diſcernendus eſt ab imperijs politicis,ſeu gerentibus gladiū. Nec iure diuino habent Epiſcopi poteſtatem puniendi non obediētes, nec imperia mundi occupandi,& tamen in ea ordo eſt. iuxta illud:Aſcendit, dat dona hominibus,Apoſtolos,Prophetas,Euangeliſtas,paſtores,& doctores.

*Summus Pontifex, ὁ ἀρχιερεὺς, in Eccleſia, eſt Chriſtus*

Filius Dei eſt ſummus ſacerdos,unctus ab æterno Patre,qui,ut non funditus intereat Eccleſia, miniſtros Euangelij ei attribuit, partim à ſe immediatè uocatos, ut Prophetas, & Apoſtolos:partim uocatione humana electos. Nam & Eccleſiæ electionem adprobat, & immenſa bonitate efficax eſt, etiam ſonante Euangelio, per electos ſuffragijs,aut nomine Eccleſiæ.

*Ritus ordinationis in Eccleſia.*

Retinemus igitur & in noſtris Eccleſijs publicum ritum Ordinationis, quo commēdatur miniſterium Euangelij uiris electis, quorū mores,& doctrinam prius exploramus.

*Miniſterij dignitas.*

Et de dignitate miniſterij fideliter docemus Eccleſias. Nihil maius dici poteſt, quàm quòd Filius

## Vuirtemberg.

pturam, & iudicandi de omnib. doctrinis: non ſic intelligendum eſt, quòd Eccleſia habeat liberam poteſtatem, quiduis ſtatuendi, ac etiam, ſi libeat, mutandi ſcripturam, & fingendi nouam doctrinam, ac inſtituendi nouos cultus Dei. Sed quòd Eccleſia, ut ſponſa Chriſti, agnoſcat uocem ſponſi ſui, & acceperit à ſponſo ſuo certam regulam, Propheticam uidelicet, & Apoſtolicam prædicationem,cœleſtibus miraculis confirmatam, iuxta quam debeat obſcura, ſi quę uidentur loca ſcripturæ, interpretari, & de doctrina iudicare.

*Teſtimonia.*

PSALM. 118.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum.

AD ROMAN. 12.

Habentes dona iuxta gratiam datam nobis,uaria, ſiue Propheticam, iuxta analogiam fidei.

2. PETRI, 1.

Habemus firmiorem ſermonem Propheticum,cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco, rectè facitis,&c.

## Confeſsio Eccleſiarum

| Saxonicarum. | Vuirtemberg. |
|---|---|

Filius Dei inquit: Sicut me pater meus miſit, ſic ego mitto vos. Oſtendit & quæ mandata det: Prædicate Euangelium: & adfirmat, ſe per vocem illorum efficacem fore, ſic pater oſtendit, ſe efficacem eſſe per Filium.

Proponimus & mandata Dei: Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit. Item, Obedite præpoſitis veſtris. Nec tamen hæc dicta regnum conſtituunt extra Euangelium: ſed obedientiam præcipiunt, debitam voci Euangelij. Et ad miniſterium hæc pertinent: docere Euangelium, adminiſtrare Sacramenta, vocem abſolutionis impertiri petentibus: qui non perſeuerant in manifeſtis delictis: ordinare miniſtros Euangelij ritè vocatos, & exploratos: exercere iudicia Eccleſiæ legitimo modo: de ijs, qui manifeſtorum criminum in moribus, aut doctrina rei ſunt, & contra contumaces, ſententiam excommunicationis ferre, & conuerſos rurſus abſoluere, & recipere. Hæc vt ritè fiant, etiam conſiſtoria in noſtris Eccleſijs conſtituta ſunt.

*Poteſtas Eccleſiaſtica.*

Diximus autem in deſcriptione Eccleſiæ, multos in hac viſibili Eccleſia eſſe non ſanctos, qui tamen externa profeſsione veram doctrinam amplectuntur: quia Donatiſtas improbamus: qui finxerunt miniſterium eorum, qui non ſunt ſancti, non eſſe efficax.

*Non renati in Eccleſiæ ſocietate.*

Improbamus & colluuiem Anabaptiſticam, quæ finxit Eccleſiam viſibilem, in qua omnes ſunt ſancti. Ac fatemur, de Eccleſia viſibili in hac vita ſentiendum eſſe, ſicut inquit Dominus Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, qua boni, & mali piſces colliguntur. Sed tamen hi, qui fiunt hoſtes veræ doctrinæ, deſinunt eſſe membra huius viſibilis congregationis. iuxta hoc dictum: Si quis aliud Euangelium docet, anathema ſit.

*Anathematiſmus*

*Patrum teſtimonia.*

ORIGENES in Hierem. hom. 1.

*Origenis.*

Neceſſe eſt nobis ſcripturas ſanctas in teſtimonium vocare, ſenſus quippe noſtri, & enarrationes, ſine his teſtibus, non habent fidem.

HIERONYMVS in Matth. 23.

*Hieronymi*

Quod ſine authoritate ſcripturæ dicitur: eadem facilitate contemnitur: qua dicitur.

AVGVSTINVS, de nupt. & concupiſ. li. 2. ca. 23.

*Auguſtini.*

Iſta controuerſia iudicem quærit, iudicet ergo Chriſtus, & cui rei mors eius profecerit, ipſe dicat. Hic eſt, inquit, ſanguis meus.

ET MOX.

Iudicet cum illo & Apoſtolus, quia & in Apoſtolo ipſe loquitur Chriſtus, clamat, & dicit de Deo patre: qui proprio filio, &c.

Quare Eccleſia ſic habet autoritatem iudicandi de doctrinis, vt tamen contineat ſe intra metas ſacræ Scripturæ, quæ eſt vox Sponſi ſui, à qua voce nulli, ne angelo quidem, fas eſt recedere.

# OCTAVVS
# ARTICVLVS.

## QVOD IN HAC VITA admixti ſint Eccleſiæ multi mali, & hypocritæ: & quòd liceat vti Sacramentis, quæ per malos adminiſtrantur.

VEL,

## DE MINISTRIS, ET AVDITORIBVS IN *ECCLESIA*.

# IPSE ARTICVLVS.

*Huius Articuli pars, propter τὸ δίδαγμα, τὸ ἡμέτερον, & ἀντιδιδάγματα τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, alia est*

- *Διδακτική. In qua est*
  - *Propoſitio, à diſtinctione Eccleſiæ.* — *Quanquam Eccleſia propriè ſit congregatio Sanctorum, & verè credentium: tamen cùm in hac vita multi hypocritæ, & mali admixti ſint Eccleſiæ, qui tamen ſocietatem habent externorum ſignorum cum Eccleſia, licet* VTI *Sacramentis, quæ per* MALOS *adminiſtrantur.* ἀλλ' οὔσης τῆς ἐκκλησίας κυρίως, συλλόγου τῶν ἁγίων, καὶ ἀληθῶς πιστῶν, ὅμως δὲ πολλῶν αὐτῇ ἐν τῷ ἐνθάδε βίῳ, ὑποκριτῶν τε, καὶ φαύλων προσμιχθέντων: ἔξεστιν ἄρα τῶν μυστηρίων κοινωνεῖν, κἂν διὰ τῶν οὐχ ὁσίων ὑπηρετῶν ἡμῖν προσφέροιτο.
  - *Ratio*
    - *Γραφική, à dicto Chriſti.* — *Iuxta vocem* CHRISTI. *Sedent Scribæ, & Phariſæi in Cathedra Moſi, &c.* κατ' ἐκείνην τοῦ Χριστοῦ ῥῆσιν: ἐπὶ τῆς Μωυσέως καθέδρας ἐκάθησαν οἱ γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, καὶ τὰ λοιπά.
    - *Θετική, generalem complectens regulam.* — SACRAMENTA, *& verbum Dei, propter ordinationem, & mandatum Chriſti, ſunt efficacia: etiamſi per malos exhibeantur.* Ἔνεστι γὰρ τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τοῖς μυστηρίοις ἐνέργεια, ἐκ τῆς διατάξεως, καὶ ἐντολῆς τοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ διὰ φαύλων ἡμῖν προσκομίζεται.
- *Καταχριματική. Damnant enim*
  - DONATISTAS. / SIMILES. *Qui*
    - *Negabant, licere vti populo, miniſterio malorum, in Eccleſia.* μὴ ἔξεστιν εἶναι τῇ τῶν ἀνοσίων διακονίᾳ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χρῆσθαι.
    - *Sentiebant, miniſterium malorum inutile, & inefficax eſſe.* ἀνωφελῆ, καὶ ἀργὴν εἶναι τὴν τῶν φαύλων διακονίαν.

# Apologia huius Articuli.

*Tres ſunt huius octaui articuli defenſionis loci.*

- I. Ἀνάληψις, *repetitio articuli octaui, qui* κατ' ἀποδοχὴν, *approbatus eſt totus: in quo confitemur,*
  - 1. *Quòd hypocritæ, & mali admixti ſint Eccleſiæ.*
  - 2. *Quòd Sacramenta ſint efficacia: etiamſi per malos miniſtros tractentur. Huius ratio,* ἡ ἀπόδειξις *eſt. Quia miniſtri funguntur vice Chriſti: non repræſentant ſuam perſonam. Iuxta illud: Qui vos audit, me audit. Lucæ 10.*
- II. Νουθέτησις, *monitio adiecta duplex:*
  - *Vna, de Pſeudo prophetis. Cuius eſt*
    - *Propoſitio. Impij doctores deſerendi ſunt.*
    - *Ratio,*
      - Ἔντεχνος. *Quia hi iam non funguntur perſona Chriſti: ſed ſunt Antichriſti.*
      - Ἄτεχνος, *à teſtimonijs. Nam*
        - *Chriſtus ait: Cauete à pſeudoprophetis. Matth. 7.*
        - *Paulus Gal. 1. Si quis, inquit, aliud Euangelium euangelizauerit, anathema ſit.*
  - *Altera, de vitijs Sacerdotum, & populi. Eſtque hic*
    - *Propoſitio. Cæterum monuit nos Chriſtus, in collationibus de Eccleſia (***was der Prieſter eigen leben belangt***) ne offenſi priuatis vitijs, ſiue ſacerdotum, ſiue populi, ſchiſmata excitemus.*
    - *Expoſitio ab exemplis. Sicut ſceleratè fecerunt Donatiſtæ.*
- III. Ἀναθεματισμὸς *ſeditioſorum. In quo eſt quæſtio iuris: & ſtatus qualitatis abſolutus. Partes hic ſunt,*
  - *Propoſitio. Illos verò, qui ideo excitauerunt* σχίσματα: *quia negabant, ſacerdotibus licere, tenere poſſeſſiones, aut proprium, planè ſeditioſos iudicamus: Et, vt Donatiſtas,* ἀναθεματισμῷ *damnamus.*
  - *Probatio* συλλογιστική. *Cuius eſt*
    - 1. *Maior. Licet autem Chriſtianis vti ciuilibus ordinationibus.*
      - *Expoſitio illius à ſimili. Sicut hoc aëre, hac luce, cibo, potu.*
      - *Approbatio ex eodem loco. Nam vt hæc rerum natura, & hi ſyderum certi motus, verè ſunt ordinatio Dei, & conſeruantur à Deo: ita legitimæ politiæ verè ſunt ordinatio Dei: & retinentur, ac defenduntur à Deo, aduerſus Diabolum.*
    - 2. *Minor. Tenere autem proprium, ciuilis ordinatio eſt.*
    - 3. *Concluſio. Sacerdotibus igitur licet tenere proprium.*

## Ex confeſsione Eccleſiarum

### Saxonicarum.

*Nominis notatio.*

DIſcernũt Eccleſiam à cęteris gentibus, & ritus quidam diuinitus inſtituti: qui nominãtur vſitatè SACRAMENTA: vt Baptiſmus, & Cœna Domini: quæ tamẽ non ſunt tantum ſigna profeſsionis: ſed multò magis,

*Definitio.*

vt vetuſtas dixit, ſigna Gratiæ, id eſt, ſunt ceremoniæ, additæ promiſsioni Euangelij, de gratia, id eſt, de gratuita remiſsione peccatorum, & de reconciliatione, & de toto beneficio redemtionis. quę ita ĩſtituta ſunt:

*VSVS, ad quos pertineat.*

vt ſinguli eis vtantur. Quia ſunt pignora, & teſtimonia: quæ oſtendunt, ad SINGVLOS pertinere beneficia in Euangelio promiſſa.

*Effectus horum, id eſt, officia.*

*Ex differentibus, per diſtinctionem.*

Nam vox Euangelij GENERALIS eſt. Hanc teſtatur hic vſus, pertinere ad ſingulos, qui Sacramentis vtuntur.

### Vuirtemberg.

NOmẽ Sacramẽti, ſicut & nomen MYSTERII, (quod interpretes Sacramentũ exponunt) latiſſimè patet. Sed quia viſum eſt quibusdam, numerũ Sacramentorũ in ſeptem contrahere: percurremus (ſuis locis. ordo enim hic teneri, in hac noſtra collatione, non potuit) ſingula. vt oſtendamus, quid in doctrina quorũdam Scriptorũ deſideremus: & quid cum ſentẽtia verè catholicę, & orthodoxæ Eccleſię pugnare videatur.

*Sacramenti, & μυστηρίου nomen ἐν πλάτει accipitur: & cùm alijs multis, tum ſeptem, quæ à Pontificijs numerantur, Sacramẽtis tribuitur. ꝓpriè tamẽ duobus à Chriſto ipſo inſtitutis ceremonijs, de quibus deinceps agetur. Itaq; Ioannes Apoſtolus Chriſtum veniſſe dicit, per* AQVAM, *&* SANGVINEM: *& mox ait,* AQVAM, *&* SANGVINEM *adhuc teſtari in terris.*

# NONVS ARTICVLVS, DE
# BAPTISMO.

## Principalis ſignificatio, & finis Baptiſmi.

Diſcitur ex promiſsione, QVI CREDIDERIT, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Ideo. n. baptiſmus propriè Sacramentum dicitur: quia huic promiſsioni additus eſt: vt teſtetur, promiſsionem gratię verè ad hūc pertinere, qui baptizatur. Ac perinde ſentiendum eſt, de hoc teſtimonio: ac ſi Deus noua aliqua voce de cœlo teſtaretur: ſe hunc recipere. Poſtquam ergo baptizatus doctrinam intelligit: exerceat hanc fidem. Credat, ſe verè à Deo recipi, propter Chriſtum: & ſanctificari Spiritu Sancto. Sic vtendum eſt baptiſmo. Poſtea, in vita, quotidiè nos commonefaciat: Ecce hoc ſigno Deus teſtatus eſt: te receptum eſſe in gratiam. Hoc teſtimonium non vult contemni. Quare credas, te verè receptum eſſe, & hac fide eum inuoces. Hic eſt vſus aſsiduus Baptiſmi.

ΤΟ᾽ ΛΟ΄ΓΙΟΝ ἘΚΚΕΙ΄ΜΕΝΟΝ ΠΑΡᾺ
*Ματθαίῳ κεφ. ιη̄.*

Οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν οὐρανοῖς: ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μικρῶν τούτων.

*ORIGENES, 6. cap. ad Rom.*

Itaq; & Eccleſia ab Apoſtolis traditionem accepit: etiam paruulis dare baptiſmum. Sciebant enim illi: quibus ſecreta diuinorum myſteriorum commendata fuerunt: quòd eſſent in omnibus genuinæ ſordes peccati: quæ per AQVAM, ET SPIRITVM aboleri deberent.

*AVGVSTINVS, de baptiſmo paruulorum, contra Donatiſtas. lib. 4.*

Quod vniuerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt: non, niſi APOSTOLICA autoritate, traditum, rectiſsimè creditur.

*CYPRIANVS.*

Scribit in Synodo damnatam opinionem cuiusdam: qui infantes non volebat ante octauum diem baptizari. Cenſuit enim Synodus, infantes baptizandos eſſe: nec obſeruari oportere pręſcriptum tempus octaui diei.

# Articulus, & de eo quædam ΥʹΠΟΘΕʹΣΕΙΣ.

- *Sunt & in hoc articulo quædã*
  - Διδακτικά. *Docent enim noſtri,*
    - *1. De Baptiſmo,*
      - *Quòd neceſſarius ſit ad ſalutem, tanquam ceremonia à Chriſto inſtituta.* ἀναγκαῖον αὐτὸν εἶναι, πρὸς σωτηρίαν.
      - *Quòd per hunc offeratur gratia Dei.* τὸ τῆς θείας χάριτος δώρημα δι' αὐτοῦ ἡμῖν προσοικειοῦσθαι.
    - *2. De pueris infantibus, ſeu paruulis,*
      - *Quòd ſint baptizandi.* δεῖ γὰρ τὰ βρέφη βαπτίζεσθαι: *& quòd baptiſmus puerorum non ſit irritus: ſed neceſſarius, & efficax ad ſalutem.*
      - *Quòd per baptiſmum Deo oblati, & commendati, recipiantur in gratiam Dei: & fiant filij Dei. Sicut Chriſtus teſtatur, loquens de paruulis in Eccleſia, Matth. 18. Non eſt voluntas patris veſtri, qui in cœlis eſt: vt pereat vnus ex paruulis iſtis.* τὰ γὰρ βρέφη διὰ τοῦ βαπτίσματος συσταθέντα τε, καὶ προσενεχθέντα τῷ θεῷ τῆς χάριτος αὐτοῦ μέτοχα γίνεται, καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἀπολαμβάνει.
  - Εγκληματικά, καὶ ἀναθεματικά. *Etenim damnant dogmatiſtas*
    - *Fanaticos. vt Cinglium, & eius ſectatores. Ille enim præter rem, initio renaſcentis Euangelij vociferabatur: errare eos, qui dicunt, Sacramenta, & in his Baptiſmum, confirmare fidem. Iudicamus enim tales vſum ſacramentorum ignorare: qui negant, ideo eis vtendum eſſe: vt confirmetur fides. Phil. Melanth. in diſputatione, de Cœna Domini: Cuius propoſitio prima eſt. Certum eſt veteris Eccleſiæ ſententiam eſſe: quòd verè adſit corpus Chriſti in cœna Dominica. Altera eſt: Et hæc ſententia Scripturæ teſtimonia habet.*
    - *Anabaptiſtas. horũq́ tum pleroſq́ alios errores: tũ iſtos etiam, quòd*
      - *Improbant baptiſmum Infantium, tanquam inutilem.*
      - *Affirmant, pueros infantes, ſine baptiſmo, extra Eccleſiam Chriſti, ſaluos fieri.*

# Apologia huius Articuli, contra Anabaptiſtas,

ΚΑΤ' ἈΝΆΛΥΣΙΝ.

- *Diuiditur iſta Apologia in*
  - *Diſceptationem. In qua duo ſunt ſpectanda:*
    - STATVS, *qui naſcitur ex*
      - Καταφάσει, *intentione Aduerſariorum. Hi enim diſputant, Baptiſmum paruulorum eſſe inutilem. Ideoq; eos non eſſe baptizandos.*
      - Ἀποφάσει, *depulſione noſtra. Baptiſmus nequaquam eſt inutilis paruulis. Itaq; ſunt baptizandi.*
      - *Hinc exiſtit quæſtio. Vtrum baptiſmus paruulis ſit inutilis, nec ne. Seu, vtrùm infantes ſint baptizandi. Illud in hac cauſa eſt* κρινόμενον. *Hic autẽ Status.*
    - *Probatio depulſionis. In qua argumentum*
      - *Primum continetur*
        - *Syllogiſmo.*
          - *Certiſſimum eſt, quòd promiſſio ſalutis pertineat etiam ad paruulos. A.*
          - *Cum baptiſmo autem offertur ſalus.*
          - *Igitur neceſſe eſt baptizare paruulos: vt applicetur eis promiſſio ſalutis.*
        - *Proſyllogiſmo, approbante maiorem.*
          - *Promiſſio ſalutis non pertinet ad illos, qui ſunt extra Eccleſiam Chriſti: vbi nec verbum, nec Sacramenta ſunt.*
          - *Infantes Chriſtianorum non ſunt extra Eccleſiam.*
          - *Ad infantes igitur Chriſtianorũ pertinet promiſſio ſalutis. A.*
      - *Alterum tractatur ſic:*
        - *Regnum Chriſti tantum cum* VERBO, *& Sacramentis exiſtit.*
        - *Infantes deducendi ſunt ad regnum Chriſti.*
        - *Ad infantes ergo pertinet verbum, & Sacramenta. Sunt igitur per baptiſmũ Eccleſiæ inſerendi.*
      - *Tertium hoc modo concluditur:*
        - *Omnes gentes ſunt baptizandæ. Iuxta mandatum Chriſti. Baptizate omnes gentes. Sicut enim offertur omnibus ſalus: ita offertur omnibus Baptiſmus: viris, mulieribus, pueris, infantibus, &c.*
        - *Paruuli ſunt ex gentibus.*
        - *Sequitur igitur clarè, infantes baptizandos eſſe. Quia ſalus cum baptiſmo offertur.*
      - *Quartũ tractatur tum*
        - *Syllogiſmo.*
          - *Si Deus approbat baptiſmum paruulorum: impiè ſentiunt Anabaptiſtæ, quod paruulorum baptiſmum damnant.*
          - *Sed Deus approbat baptiſmum paruulorum. B.*
          - *Ergo impiè ſentiunt Catabaptiſtæ: qui illum damnant.*
        - *Proſyllogiſmo aſſumptionis, quòd Deus approbet pædobaptiſmum, ad iſtum modum:*
          - *Si paruulorum baptiſmus irritus eſſet: nullis daretur Spiritus ſanctus: nulli fierent ſalui: denique nulla eſſet Eccleſia.*
          - *Sed Deus dat Spiritum ſanctum ſic baptizatis: multi item ex his fiunt ſalui: deniq; eſt Eccleſia. B.*
          - *Baptiſmus igitur infantium non eſt irritus. Hæc ratio bonas, & pias mentes, vel ſola, ſatis confirmare poteſt, cõtra impias, & fanaticas opiniones Anabaptiſtarũ.*
  - *Commendationem.* ♂

O

## Commendatio huius doctrinæ.

♂ Quoniam Euangelium purè, ac diligenter apud nos docetur, Dei beneficio: hunc quoq; fructum ex eo percipimus: quòd in Eccleſijs noſtris nulli extiterunt Anabaptiſtæ; qui retingunt baptizatos, baptiſmumq; iterant. Quia populus, verbo Dei, aduerſus impiam, & ſeditioſam factionem illorum latronum, munitus eſt.

# ADDITIO.

*Eſt autem Baptiſmus, τὸ πρός τι, ex eorum numero; quæ aliò referuntur. Eius igitur eſt*

- Fundamētum, *ἡ ἀρχὴ, καὶ οἱονεὶ θεμέλιον, tota actio, id eſt, duæ illæ partes:*
  - MERSIO *in aquam, ἡ δύσις.*
  - *Pronuntiatio verborū, ἡ τῶν λέξεων προφορά, In qua*
    - *Nomen Dei inuocatur, ἐπικλήσις.*
    - *Fit teſtificatio, διαμαρτυρία, recipi à Deo hunc hominem, qui interea mergitur.*
- Terminus, *τέλος, καὶ πέρας, ſignificatum. Videlicet, remitti peccata, & tanquam ablui ſanguine Filij Dei.*
- Relatio, *ἡ σχέσις: quæ inter illa ſuperiora eſt: hanc totam actionem ordinatam eſſe, ad ſignificandam remiſsionem peccatorum.*

Pronunciatio fit ab intelligente hunc ritum, & non contemnente diuinam ordinationem: ſed habente hoc propoſitum: vt reuerenter faciat: quod diuinitus traditum eſt.

# Confeſsio Eccleſiarum

## Saxonicarum.

*Definitio.*

BAptiſmus eſt integra actio, uidelicet, merſio, & verborum pronunciatio: Ego baptizo te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. In his uerbis ſummam doctrinæ Euangelij comprehenſam, ſæpè enarramus.

*Verborum baptiſmi ſententia, & intellectus huius fœderis.*

Ego baptizo te, id eſt, ego teſtificor hac merſione, te ablui à peccatis, & iam recipi à uero Deo, qui eſt pater Domini noſtri IESV Chriſti: qui te per Filium IESVM Chriſtum redemit, & ſanctificat te Spiritu ſancto.

*Verus Deus quis.*

*Μετάφρασις illorū verborum, ac διάνοια.*

In huius ueri Dei nomen, id eſt, inuocationem, te baptizo, quem agnoſces, & inuocabis, & diſcernes ab omnibus commenticijs numinibus, & certò ſtatues, tibi tribui beneficia, quę in Euangelio promiſit, te eſſe mēbrum Eccleſiæ Dei, quę per Filium redempta eſt, & ſanctificatur à Spiritu ſancto.

*Baptizati, qui iam ſunt capaces doctrinæ.*

Hunc intellectum huius fœderis, teneant hi, quorum ætas iam doctrinę capax eſt, & hac teſtificatione confirmati, credant ſibi remitti peccata, & ſe uerè eſſe membra Eccleſiæ Dei, & uera fide uerum Deum inuo-

## Vuirtembergenſium.

*I. Baptizandi infantes, & adulti.*

AGnoſcimus, Baptiſmum tam infantibus, quàm adultis, in Eccleſia, uſq; ad nouiſsimum huius ſeculi diem, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ex inſtitutione Chriſti diſpenſandum, & ipſo vtendum eſſe.

*Quid ſit Baptiſmus.*

Credimus etiam, & confitemur, quòd Baptiſmus ſit mare illud, in cuius profundum, ſicut Propheta ait, Deus proijciat omnia peccata noſtra, & ea condonet, propter Chriſtum Filium ſuum, per fidem.

*II. Peccatum manere poſt baptiſmum, etiāſi reatus tollitur.*

Sed quòd aliqui docent, peccatum remanens poſt baptiſmum in homine, non eſſe natura ſua verè peccatum, exiſtimamus pernicioſiorem eſſe errorem, quàm vulgus hominum iudicat. Etſi non dubitamus, peccatum, quod poſt baptiſmū remanet, credenti condonari, propter Chriſtum, & ex gratuita clementia Dei, non amplius, coràm tribunali Dei, imputari: tamen, ſi naturam eius expendas, verè eſt in ſe peccatum, propter quod, vt Auguſtinus ſuprà dixit, non iuſtificatur in conſpectu Dei omnis viuens: & non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Ad Roma. 7.

*Probatio à teſtimonijs Scripturæ.*

Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Hic loquitur Paulus de peccato remanente poſt baptiſmum, & adfirmat, illud repugnare legi mentis ſuę, hoc eſt, affectui Spiritus ſancti. quòd autem repugnat Spiritui ſancto, certè re ipſa verè peccatum ſit, neceſſe eſt. Nam hæc eſt natura peccati, vt pugnet cum Spiritu ſancto.

Ad Galat. 5.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim

Confeſsio Eccleſiarum

| Saxonicarũ. | Vuirtembergenſium. |
|---|---|
| *Ab exemplo Abrahæ.* inuocent: ſicut Abraham cogitās de circumciſione, intuebatur promiſsionem venturi ſeminis. Intelligebat ſe membrum eſſe Eccleſiæ Dei, & tolli maledictionem à ſe quoq; per hoc ſemen, de quo dictũ erat in promiſsione: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. *Locus Petri.* Sic & Petrus docet Baptiſmum eſſe ſtipulationem bonæ conſcientiæ erga Deũ, *Baptiſmus eſt ἐπερώτημα εἰς θεόν.* per reſurrectionem Iesv Chriſti, qui eſt ad dexterã Dei. Nominatim ait eſſe ſtipulationẽ, qua Deus tecum fœdus facit, & te, ſanatis *Effectus baptiſmi.* vulneribus tuę conſcientiæ, recipit, & tu viciſsim cũ Deo facis fœdus, vt hũc uerum Deum inuoces, & credas, te per Filium Dei reſuſcitatum ex morte, & regnante, ſaluari. *Concluſio.* Ita efficax eſt in te Filius Dei, ſedens ad dexteram æterni Patris. Sicut & Paulus inquit, ad Galat. Qui baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. | inter ſe mutuò aduerſantur, vt non quæcunque volueritis, eadem faciatis. Hic iterum loquitur Paulus de peccato remanente poſt baptiſmum, & tribuit ei manifeſtè naturam peccati, videlicet, concupiſcere aduerſus ſpiritum, & aduerſari ſpiritui, ac impedire, ne perfecta iuſtitia in homine fiat. Quare peccatum, poſt baptiſmum remanens, natura ſua verè eſt peccatum, etſi credenti non reputatur, ſed propter Chriſtum condonatur.<br><br>Auguſti. de nup. & concupiſ. ad Valer. lib. 1. cap. 25. *Patrum.*<br><br>Reſpondetur, dimitti concupiſcentiam carnis in baptiſmo, non vt non ſit, ſed vt in peccatum non imputetur.<br>Quamuis autem reatv ſuo iam ſoluto: manet tamen, donec ſanetur, omnis infirmitas noſtra, &c.<br><br>Et iterum, de baptiſ. paruulorum, & de conſ. diſt. 4. cap. per baptiſmum.<br><br>Per baptiſmum id agitur, vt caro peccati euacuetur. non autem ſic euacuatur, vt in carne concupiſcentia innata non ſit, ſed ne obſit.<br>Deinde docemus, eum, qui baptizatur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vngi ſpirituali chriſmate, hoc eſt, fieri membrũ Chriſti, per fidem, & donari Spiritu ſancto: vt ad percipienda cœleſtia, aures mentis eius aperiantur, & oculi cordis illuſtrentur. *Effectus, ſeu vtilitas Baptiſmi. Chriſma duplex.*<br>Ac manifeſtum quidem eſt, quòd vſus externus Chriſmatis fuerit in politia Moſaica legitimus, & quòd externum Chriſma ſit etiam in Eccleſia, poſt diuulgatum Euangelion, vſitatum. *Externum, eiusq; vſus.*<br>Sed manifeſtum etiam eſt, quòd in lege Moſi fuerit tempus vmbrarum: nunc autem reuelato Chriſto, ſit tempus veritatis. *In politia Moſaica.* |

Et

## Confeſsio Eccleſiarum

### Saxonicarũ.

*Spiritus ſanctus datur in Baptiſmo.*

Et dari Spiritũ ſanctum in baptiſmo, adfirmat ad Titum, cum ait: Per lauacrum regenerationis, & renouationis, per Spiritũ ſanctum: & in Iohan. dicitur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu: non poteſt intrare in regnũ cœlorum. Docemus igitur, neceſſariũ eſſe baptiſmum, & ſemel tantum batizãdos ſingulos: ſicut Circumciſio ſemel tantum in ſingulis fiebat: ſed doctrinam de ſignificatione, & fœdere mutuo vtiliſſimam, ſæpe commemoramus.

*Noſtra de hoc articulo doctrina.*

*Infantium Baptiſmus.*

Retinemus & infantium baptiſmum, quia certiſſimum eſt, promiſſionem gratiæ etiã ad infantes pertinere, & ad eos tantum, qui Eccleſiæ inſeruntur. Quia de his dictum eſt: Sinite paruulos ad me venire, quia talium eſt regnum cœlorum. Et Origenes ſcribit, in ſexto capite ad Roma-

*Teſtimonia.*

### Vuirtembergenſium.

Et vſus externi Chriſmatis pertinet ad elementa mundi: quid adhuc tanquam viuentes in mundo, his decretis tenemini?

*Improbatur chriſma externum.*

Et Dionyſius, quẽ Areopagitam vocant, & quem putant deſcripſiſſe ritus Eccleſiæ, ab Apoſtolis traditos, ſignificat quidem, externum Chriſma fuiſſe in Eccleſia vſitatum: ſed ſignificat etiam haud obſcurè, hũc ritum partim ab athleticis vnctionibus Ethnicorũ, partim ex lege Moſaica ſumptũ eſſe. Qua verò autoritate, & vtilitate, petantur exempla colendi Dei, & adminiſtrandi Sacramenta ab Ethnicis: teſtatur illud dictum Moſi:

*Ritus externi chriſmatis, vnde ſumptus.*

Deuter. 12.

Caue, ne imiteris gentes, & requiras cæremonias earum, dicens: ſicut coluerunt gentes iſtæ Deos ſuos: ita & ego colam. Nõ facietis ſimiliter Domino Deo veſtro.

Et illud dictum Chriſti, Matth. 15.

Fruſtra colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum.

Et non eſt obſcurum, quod cæremoniæ Moſaicę, quarum vna pars eſt externi chriſmatis vſus: pertineant ad elementa huius mundi, quorum decretis Paulus ſuprà dixit nos non teneri, & de quibus aliâs dicit: Poſteaquam cognouiſtis Deum, quin potius cogniti eſtis à Deo: quomodo conuertimini denuo ad infirma, & egena elementa, quibus iterum ab integro ſeruire vultis?

*Ceremoniæ Moſaicæ antiquatæ in nouo populo.*

Præterea, quomodo confectio, ſeu ritus externi chriſmatis, ab Apoſtolis ipſis traditus eſſe, vt Fabianus ſcribit, verè affirmari poſſet, cum acta Conciliorum teſtentur, hunc ritum inſtitutum eſſe à Syluestro? Et Eccleſiaſtica hiſtoria tradit, non fuiſſe pro-

*Chriſma inſtitutum eſt à Syluestro.*

 poſi-

Confeſsio Eccleſiarum

| Saxonicarū. | Vuirtembergenſium. |
| --- | --- |
| manos, Eccleſiam ab Apoſtolis accepiſſe morem baptizandi infantes. | poſitum Apoſtolorum, vt conderent leges de diebus feſtis, ſed vt docerent rectam conuerſationem, & veram pietatem: quantò minus propoſitum eorum fuit, externas vnctiones in Eccleſia inſtituere, & vmbras in exortum clariſsimi ortus ſplendorem inducere? |
| Nec iudicamus, hunc morem tantum ocioſam ceremoniam eſſe, ſed verè tunc à Deo recipi, & ſanctificari infantes: quia tunc inſerũtur Eccleſiæ, & ad tales promiſsio pertinet. Extant autem de hac re multa Scripta, in noſtris Eccleſijs edita, quibus refutãtur Anabaptiſtę. | Acceſſerunt baptiſmo etiam aliæ quædam ceremoniæ, ſalis, luti, veſtium. ſed quia hæ non iudicantur neceſſariæ, etiam ab ijs ipſis, apud quos ſunt vſitatæ, & ſunt aliqua ex parte ocioſa, eorum rituum, quibus Chriſtus aliquoties in edendis miraculis vſus eſt, imitatio: non eſt, vt de ipſis aliquam curam in occupatione tot neceſſariarum rerum ſuſcipiamus. |

*Non ab ipſis Apoſtolis.*

*Fructus pædobaptiſmi.*

*Aliæ ceremoniæ additæ Baptiſmo.*

*Anathematiſmo improbantur Anabaptiſtæ.*

# DECIMVS ARTICVLVS, DE

# COENA DOMINI.

*CHRISTVS AD THOMAM ἄπιστον, Ioan. 20.*

Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. *Noli eſſe incredulus: ſed credens.*

Et paulò poſt ad eundem.

Ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας. Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. *Quoniam vidiſti me, Thoma, credidiſti. Beati, qui non viderunt: & crediderunt.*

CREDENDVM *igitur eſt verbo* CHRISTI VERACIS, & OMNIPOTENTIS. *Si enim quærat in articulis Fidei, humana* RATIO, *Quomodo erit iſtud?* πῶς ἔσται τοῦτο; *Reſpondeat* FIDES, *cum Angelo* GABRIELE, *Lucæ 1.* ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. *Nullum enim verbum, apud Deum eſt impoſsibile. Et cum* θεοτόκῳ, καὶ ἀειπαρθένῳ MARIA: ἰδοὺ, ἡ δούλη κυρίου: γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. *Ecce ancilla Domini:* FIAT MIHI, *ſecundum verbum tuum.*

*AVREI, ET PERPETVA MEMORIA* DIGNI VERSVS EVRIPIDIS.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ:
Κ᾽οὐ ποικίλων δεῖτ᾽ ἂν δίχ᾽ ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. Ὁ δ᾽ ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

# DECIMVS ARTICVLVS,

περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ σώματος, καὶ αἵματος παρουσίας τε, καὶ διανομῆς ἐν τῷ κυριακῷ δείπνῳ.

**Decimi articuli pars altera eſt**

- **Διδακτική. quæ his verbis ponitur in editiõe**
  - **Prima.** *De Cœna Domini, docent: quòd* CORPVS, & SANGVIS CHRISTI, *verè* ADSINT: & DISTRIBVANTVR *veſcentibus in Cœna Domini. Et in Græca translatione:* περὶ δὲ τοῦ κυριακοῦ δείπνου διδάσκουσιν: ὅτι τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ὄντως ΠΑΡΕΣΤΙ, καὶ ΔΙΑΝΕΜΕΤΑΙ τοῖς τε φαγοῦσι, καὶ πιοῦσι, ἐν τῷδε τῷ δείπνῳ.
  - **Poſtrema**, *nimirum Vitebergenſi, & Francofordienſi. De cœna Domini docent: quòd cum* PANE, & VINO, *verè exhibeantur* CORPVS, & SANGVIS CHRISTI, *veſcentibus in cœna Domini.*
  - *In Germanicis exemplis hæc ad hunc modum cõuerſa ſunt:* Von dem Abendmal des Herren / wirdt alſo geleret / das warer Leib / vnnd Blůt Chriſti warhafftiglich / vnder geſtalt des brots / vnd weins / im abendmal gegẽwertig ſey / vnd da außgeteylet / vnd genomen wirdt.
- **Ἀναθεματιστική, καὶ κατακριματική, ἢ ἐγκληματική.** *Improbant enim ſecus docentes:* ἐγκαλοῦσι πᾶσι τοῖς ἑτεροδιδασκάλοις. Derhalbẽ wirt die gegenlehre verworffen. *Improbant igitur*
  - **Apuſiaſtas.** *vt omnes*
    - *Anabaptiſtas.*
    - *Stenckfeldianos.*
    - *Sacramentarios Cinglianos, & Caluiniſtas*
      - *Veteres.*
      - *Nouos.*
    - *Hi enim ex cœna Domini, quæ in terris peragitur, tollunt corpus, & ſanguinem Chriſti, eiusq́ ἀνθρωπότητα, naturam humanam, in cœlo, ab ipſis ficto, immenſa à nobis diſtantia remoto, ita collocant: vt ad nos non redeat, vſq; ad diem iudicij.*
  - **Synuſiaſtas.** *qui fingunt* συνουσίωσιν, *conſubſtantiationem: ignorantes ingens diſcrimen eſſe, inter* ἕνωσιν ὑποστατικὴν, *&* μυστικὴν, *vnionem perſonalem, & ſacramentalem: quæ conſiſtit in ſumptione, ſeu manducatione, & potu duntaxat.*
  - **Metuſiaſtas,** *vt Papiſtas. qui ſua* μετουσιώσει, ἢ μεταστοιχειώσει, *tranſſubſtantiatione, ex cœna auferunt, & annihilant panem, & vinum. At Paulus, poſt* εὐλογίαν, *aliquoties nominat Panem* HVNC *ſ. qui eſt etiam corpus Chriſti: & Poculum* HOC, *ſeu vinum, quod eſt & ſanguis Chriſti. Sic iſti quoq; Sacramenti huius integritatem (*ὁλοκληρίαν*) labefactant: vt Dipnoſophiſtæ. Iſti enim ſymbola tollunt, hi corpus, & ſanguinem Chriſti ex cœna. Atqui, cum Paulo, regia via ingrediendũ fuerat: & non mutilanda natura, & ſubſtantia cœnæ Domini.*

## Apologia, DE CORporali manducatione.

Decimus articulus approbatus eſt: in quo CONFITEMVR, nos ſentire, quòd in cœna Domini verè, & SVBSTANtialiter, ἀληθῶς, καὶ τῷ ὄντι, καὶ οὐσιωδῶς, οὐ τροπικῶς, καὶ ἐσχηματισμένως τῶν ῥημάτων νοουμένων, ADSINT Corpus, & Sanguis Chriſti: quæ verè EXHIBENTVR cum illis rebus, quę videntur, pane, & vino, his, qui Sacramentũ ACCIPIVNT. Ac certum eſt, VETERIS Eccleſiæ ſententiam eſſe: quòd VERE ADSIT corpus, & Sanguis Chriſti (οὐσιωδῶς ἀληθῶς τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου.) In cœna Domini. Et hęc ſentẽtia Scripturæ teſtimonia habet.

## Seu defenſio huius Articuli.

*Hanc ſententiam conſtanter defenderunt noſtri Concionatores: quòd in Cœna Domini* VERE, *&* SVBSTANTIALITER ADSINT *Corpus, & Sanguis Chriſti: & verè exhibeantur, cũ his rebus, quæ videntur, pane, & vino. Itaq; reijcimus, cum Paulo Apoſtolo, μεταστοιχείωσιν Põtificiorum, & ἀπουσίαν τῆς ἀνθρωπότητος Chriſti, de qua certant ἀρτοφάγοι, καὶ οἰνοπόται Cingliani. Et loquimur, de præſentia* VIVI *Chriſti. Scimus enim, quòd mors ei vltra non dominabitur. Demonſtratur hæc ſentẽtia orthodoxa, & catholica, teſtimonijs*

PAVLI. *Cum enim dicat: panem eſſe κοινωνίαν, participationem corporis Domini, &c. ſequitur, panem non eſſe participationem, μετοχὴν, ἢ λῆψιν, καὶ βρῶσιν corporis, ſed tantum Spiritus Chriſti: ſi non* ADEST *verè corpus Domini. Videlicet, in cœna, quæ in Eccleſia hic in terris diſpenſatur, loco nimirum, vbi nos iam verſamur. Quanquam enim non adeſt περιγράπτως, καὶ τοπικῶς, circumſcriptiuè, & localiter: eſt tamen in hoc myſterio ὁριστικῶς, καὶ ἀληθῶς, certò.*

Eccleſiæ

Græcæ, quã comperimus idẽ ſentire

OLIM. *et extãt teſtimonia, tum*

Quorundam Scriptorum. *vt, Iuſtini Martyris, Euſebij, Athanaſij, Epiphanij, Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Chryſoſtomi, Bulgarij, & aliorum.*

CYRILLI *Epiſcopi Alexandrini. qui in Ioan. capite 15. inquit, Chriſtum corporaliter nobis exhiberi in cœna. Sic enim ait:*

1. *Non tamen negamus: rectâ nos fide, charitateq; ſyncera, Chriſto ſpiritualiter coniungi. Sed nullam nobis coniunctionis rationem, ſecundum* CARNEM *cum illo eſſe: id profectò pernegamus. Idq; à diuinis Scripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitauit, Chriſtum etiam ſic vitem eſſe: nos verò palmites: qui vitam inde nobis acquirimus? Audi Paulum, dicentem: quia omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. Quia etſi multi ſumus: vnum tamen in eo ſumus. Omnes enim vno pane participamus. An fortaſſe putat: ignotam nobis* MYSTICAE *benedictionis virtutem eſſe? quæ cum in nobis fit: nonne* CORPORALITER *quoq; facit, communicatione carnis Chriſti, Chriſtum in nobis habitare? quæ ἐνοίκησις σύσσωμος dicitur: qua Chriſto quaſi incorporamur in cœnæ communione.*

2. *Paulò poſt. Vnde conſiderandum eſt: non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in* NOBIS ESSE: *verumetiam participatione* NATVRALI, *λήψει τῇ τοῦ σώματος αὐτοῦ οὐσιώδει.*

NVNC. *vt teſtatur Canon Miſſæ apud Græcos. In miſſa enim, quæ circumfertur titulo, & nomine Ioan. Chryſoſtomi, inter alia hæc leguntur (quæ μετουσίωσιν tamen ſapiunt) Reſpice nos, & ad panem hunc, & ad populum hunc, & fac illum immaculatum, & pretioſum corpus tuum: & ſanguinem tuum, in tranſſumptionem animarum, & corporum. ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, &c. Et paulò poſt: Idoneum me, inquit, Deum inuocans, Sacerdos, redde: vt aſſiſtam ſanctæ tuæ huic menſæ: vt conſecrem ſanctum, & immaculatum tuum corpus, & pretioſum ſanguinem. Item, Et fac panem quidem hunc, pretioſum corpus Chriſti tui. In calice verò hoc pretioſum ſanguinem Chriſti tui, tranſmutans Spiritu tuo Sancto. Sed iſte canon ſcatet ſuperſtitione, & εἰδωλατρεία, ſeu ἀρτολατρεία prorſus Papiſtica.* A.

Latinæ, *ſeu Romanæ. quæ affirmat σωματικὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν,* CORPORALEM *præſentiam Chriſti.* B.

DE ANTIΘΕ´ΣΕΙ, *& improbant ſecus docentes.*

*Tomo 5. Ienenſi, fol. 58.* GREGORIVS *Spalatinus, in narratione, qua refert hyſtoriam exhibitæ, ac recitatæ, coràm Cæſare, Confeſsionis. In ſingulis, inquit, articulis pugnantes, & erroneæ opiniones, & hæreſes, vt Sacramentiperdarum, & Anabaptiſtarum, &c. ſunt reiectæ, & improbatæ.*

A. *Hæc addita ſunt, non quòd per ea approbetur commentitia Papiſtarum* TRANSSVBSTANTIATIO, *ſeu tranſelementatio, μετουσίωσις, ἢ μεταστοιχείωσις (liceat enim his vti barbaris, & portentoſis verbis, in abſurdo, & monſtroſo iſtorum errore perſtringendo) Sed, vt omnes videant: nos nequaquam aliquod nouum dogma defendere: ſed receptam à veteri, purioreq; Eccleſia, ſententiam, de μυστικῇ παρουσίᾳ, καὶ διανεμήσει, corporis, & ſanguinis Chriſti, conſtanter tueri. Nam etſi rectè dicitur, elementorum fieri in hoc myſterio μεταβολήν: quia non ſunt nuda, & inania, in illo, ſymbola: tamen quia in* VSV, *ſeu Sumptione, vnita ſunt ijs rebus, quas offerunt: vtraq; ſimul præſentia, ſed ἑνώσει μυστικῇ (non φυσικῇ) id eſt, ſeparabili (non indiſſolubili) vnum quiddam eſſe verè, orthodoxeq; creduntur. Ergo μεταβολὴ eſt, non quòd ſit ἑτερότης, ſeu naturæ elementorum, ſignorumq; transmutatio: ſed ἀλλοιότης. propterea, quòd ſymbolis, propter verbum, & inſtitutionem Chriſti, accidit: vt id ſint, & eſſe dicantur (propter ſacramentalem* VNIONEM) *quod ſecum offerunt, & cœnantibus exhibent. nimirum Chriſti corpus edendum, & ſanguis eiuſdem bibendus. quæ ſanè admiranda ſignorum eſt μεταβολή.*

*.i. Sacramentali, quæ inter cœnandum ſit, præſentia, ac diſtributione.*

*Vtrunq; rerum genus eſt ἐν συνδέσμῳ.*

B. *Id quod, inter cætera, teſtatur quoq; Canon Miſſæ apud illos. In quo apertè orat Sacerdos: vt pane mutato, ipſum corpus Chriſti fiat. Et* BVLGARIVS, *Scriptor, vt nobis videtur, non ſtultus, diſertè inquit, panem non tantum figuram eſſe: ſed verè in* CARNEM *mutari. Sed nos hunc μεταποιήσεως teterrimum errorem meritò repudiamus, & damnamus. Itaq; iſta verba ex Apologia, bono conſilio, expuncta ſunt: ad calumnias ſtolidorum, & maleuolorum Dipnoſophiſtarum declinandas. qui ἀνακολούθως ex quauis μεταβολῆ, inferunt μεταστοιχείωσιν, arguti ſcilicet Dialectici. Ac ſi quis argutaretur: Animal eſt: ergo homo eſt. quæ quàm inſulſa ſit ratiocinatio, vel pueris elementarijs in diſſerendi arte, notum eſt.*

*Mutato.) Tolerari poſſet hæc loquendi formula: ſi, excluſa naturæ panis mutatione, de eius ſingulari vſu, ad quem in hoc ſacramento, deſtinatus eſt, Canon loqueretur. Sed eſt plenus erroris, de tranſſubſtantiatione.*

## CONCLVSIO.

HÆC recitauimus, non vt hic diſputationem, de hac re, inſtitueremus (Non enim improbat hunc articulum Cæſarea Maieſtas) ſed vt clarius etiam perſpicerent, quicunq; iſta legent: nos Defendere, receptam in tota Eccleſia ſententiam.

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

*Quid ſint Sacramenta.*

ET baptiſmus, & Cœna Domini, ſunt pignora, & teſtimonia gratiæ, vt antea dictum eſt, quę de promiſſione, & de tota redemptione nos commonefaciunt: & oſtendunt, beneficia Euangelij ad ſingulos pertinere, qui his ritibus vtuntur. Sed tamen hoc diſcrimen eſt: per baptiſmum ſinguli inſeruntur Eccleſiæ: ſed cœnam Domini ſimul etiam voluit Dominus eſſe neruum publicæ congregationis. Vult enim Deus miniſterium Euangelij publicum eſſe, non vult in latebris tantum incluſam teneri vocem Euangelij, ſed exaudiri eam vult à toto genere humano: vult ſe agnoſci, & inuocari. Ideo vult publicos, & honeſtos eſſe congreſſus, & in his vult ſonare Euangelij vocem, vult ſe ibi inuocari, & celebrari. Vult etiam hos ipſos congreſſus, teſtes eſſe confeſſionis, & ſeiunctionis Eccleſiæ Dei, ab aliarum gentium ſectis, & opinionibus. Conuenit Ioannes Epheſi, cum ſuo cœtu, & docet Euangelium, & vſu ſacramentorum totus cœtus oſtendit, ſe hanc doctrinam amplecti, & hunc Deum inuocare, qui Euangelium tradidit, & ſeiunctum ſe eſſe à Dianæ, Iouis, & aliorum idolorum cultoribus. Vult enim Deus conſpici, & audiri ſuam Eccleſiam in mundo, & vult ſeiunctam eſſe multis publicis ſignis à reliquis gentibus. Sic haud dubiè ſuos cœtus habuerunt primi parentes, Adam, Seth, Enoch, Noe, Sem, Abrahã, & deinceps politia Iſraël habuit multos ritus, vt ſeiunctio illa à gentibus eſſet conſpectior.

*Quid differant baptiſmus, & cœna Domini.*

*Miniſterium Euangelij eſt publicum.*

*Exemplum noui Teſtamenti.*

*Veteris.*

Addidit etiam peculiarem promiſſionem congregationi: Vbicunq; duo, aut tres congregati ſunt in nomine meo, ero in medio eorum. Item: Quicquid petent conſentientes, fiet eis. Et in Pſal. Laus eius in Eccleſia ſanctorum.

*Chriſtus eſt in medio congregationis piorum.*

Sintq; promiſſiones, in quibus adfirmat Deus, ſe Eccleſiam ſeruaturam eſſe, eò dulciores: quia intelligimus, eum publicum miniſterium in congreſſibus honeſtis conſeruare, & reſtituere: ſicut & in ipſis verbis Cœnæ Domini incluſa eſt hæc promiſſio, cùm iubet annunciari mortem Domini, & hanc cœnam diſtribui, donec venerit.

*Promiſſio cœnæ Domini, de ſua in Eccleſia perpetua præſentia.*

Vt igitur reuerentia maior ſit in huius Sacramenti vſu: veræ cauſæ inſtitutionis cogitentur, quæ ad publicam congregationem, & ad ſingulorũ conſolationem pertinent.

*Cauſæ inſtitutionis cœnæ.*

Prima cauſa eſt: Filius Dei vult in publica, & honeſta congregatione ſonare vocem Euangelij. Huius congregationis vinculum vult eſſe hãc ſumptionem, quæ ſumma reuerentia facienda eſt, cum ibi teſtimonium exhibeatur mirandæ ſocietatis Domini, & ſumentium: de qua reuerentia Paulus loquitur, inquiens: Qui ſumit indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini.

*PRIMA, vt ſumptio corporis & ſanguinis Chriſti ſit neruus publicæ congregationis.*

Secunda, Vult & concionem, & ipſum ritum prodeſſe ad conſeruationem, & propagationem memoriæ paſſionis, reſurrectionis, & beneficiorum ſuorum.

*II. Vt duret memoria beneficiorum Chriſti.*

Tertia, Vult quemlibet ſumentem hoc teſtimonio ſingulariter confirmare, vt ſtatuat ad ſe pertinere beneficia Euangelij, cùm concio ſit communis: & hoc teſtimonio, hac ſumptione oſtendit, te ipſius membrum eſſe, & te ablutum eſſe ſanguine ſuo, & facere ſe hoc fœdus: Manete in me, & ego in vobis. Item: Ego in eis, & hi in me.

*III. Vt certò ſtatuamus, ad ſingulos hæc beneficia pertinere.*

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

*IIII. Vt ſit confeßio doctrinæ, et gratiarum actio pro his beneficijs.*

*V. Vt ſimus vnũ corpus, quia de vno pane, qui eſt corpus Chriſti, manducamus.*

Quarta, Vult hanc publicam ſumptionem, confeſsionem eſſe, qua oſtendis, quod doctrinæ genus amplectaris, cui cœtui te adiungas. Vult & gratias agi publicè, & priuatim in hac ipſa ceremonia Deo patri, Filio, & Spiritui ſancto, cùm pro cæteris beneficijs, tum nominatim pro hoc immenſo beneficio redemptionis, & ſaluationis. Vult & ipſis Eccleſiæ membris inter ſeſe vinculum eſſe mutuæ beneuolentiæ. Ità multi fines concurrunt.

*Ἀναθεματισμὸς erroris monaſtici.*

*Alterum coniugatorum, de cœnantibus: & qui ſint ἄξιοι, digni.*

*Quomodo proſit vſus, vel ſumptio huius Sacramenti.*

Harum maximarum cauſarum commemoratione inuitantur homines ad ſacramenti reuerentiam, & vſum. Et docemus, quomodo proſit vſus. Apertè damnamus portentoſum errorem monachorum, qui ſcripſerunt, ſumptionem mereri remiſsionem peccatorum, & quidem ex opere operato, ſine bono motu vtentis. Hæc Phariſaica imaginatio pugnat cum dicto: Iuſtus ſua fide viuet. Sic igitur erudimus Eccleſiam, acceſſuros ad cœnam Domini oportere pœnitentiam, ſeu conuerſionem adferre, & accenſa iam fide in cogitatione de morte, & reſurrectione, & beneficijs Filij Dei, quęrere hîc confirmationem huius fidei: quia in vſu ſacramẽti fit teſtificatio, quæ oſtendit, ad te quoq; pertinere beneficia Filij Dei. Fit & teſtificatio, quòd te ſibi membrum adiungat, & quòd ſit in te, ſicut dicit: Ego in vobis, &c.

*Recta fides cœnæ Domini.*

*ἡ Δοκιμασία, confeßio, & abſolutio eorũ, qui acceſſuri ſunt ad cœnam.*

Monemus etiam, ne exiſtiment propter hoc opus, ſeu hanc obedientiã, remitti peccata, ſed ut fiducia intueatur mortem, & meritum Filij Dei, & reſurrectionẽ eius. Et ſtatuat, propter ipſum nobis peccata remitti, & uelle eum hanc fidem hac commonefactione, & teſtificatione confirmari. Cùm hoc modo fides, conſolatio, gaudium conſcientiæ, & gratiarum actio creſcunt, prodeſt ſumptio. Nec admittuntur ulli ad communionem: niſi prius à paſtore, aut collegis eius auditi ſint, & abſoluti. In hac exploratione interrogantur, & ſæpè erudiuntur rudiores, de tota doctrina: & deinde abſolutio promulgatur.

*Ἀξίωμα, ſeu regula.*

*De cœnæ ſubſtantia. Eſt enim hoc Sacramentum actio diuinitus inſtituta: in qua verè, & ſubſtantialiter adeſt Chriſtus: & verè exhibẽtur ſumentibus, corpus, & ſanguis Chriſti: qua teſtatur, ſe ESSE in nobis, & facere nos ſibi membra, per συσσωμάτωσιν.*

Docentur etiam homines, ſacramenta eſſe actiones diuinitus inſtitutas, & extra uſum inſtitutum res ipſas non habere rationem ſacramenti, ſed in uſu inſtituto in hac communione, uerè, & ſubſtantialiter adeſſe Chriſtum, & uerè exhiberi ſumentibus corpus, & ſanguinem Chriſti: Chriſtum teſtari, quòd ſit in eis, & quòd faciat eos ſibi membra, & quòd abluerit eos ſanguine ſuo, ſicut & Hilarius inquit: Hæc accepta, & hauſta, faciũt, vt nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit.

In ipſo autem ritu ſeruamus morem vſitatum vniuerſę Eccleſię veteris, Latinæ, & Gręcæ. Non fiunt priuatæ miſſæ, hoc eſt, tales, in quibus non fiat diſtributio corporis, & ſanguinis CHRISTI: ſicut nec vetus Eccleſia aliquot ſeculis poſt Apoſtolos, tales miſſas habuit: vt deſcriptiones veteres apud Dionyſium, Epiphanium, Ambroſium, Auguſtinum, & apud alios oſtendũt. Et Paulus expreſsè iubet, ſimul fieri multorum communionem.

*Ritus cœnæ Domini.*
*1. Cantiones.*
*2. Concio.*
*3. Precatio.*

Itaq; in publica & honeſta congregatione, recitantur, aut canuntur precationes, & ſymbolum, & lectiones cum ſacris canticis diſtributæ in dies feſtos, vſitato more. Deinde fit concio de beneficijs Filij Dei, & de aliqua doctrinæ parte, vt ſeries temporum præbet argumentum. Poſtea recitat paſtor gratiarum actionem, & precationem pro vniuerſa Eccleſia, pro poteſtatibus, & pro præſenti neceſsitate: & orat Deum, vt propter Filium,

quem

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

quem voluit fieri victimam pro nobis, remittat nobis peccata, & nos ſaluet, colligat, & ſeruet Eccleſiam.

Deinde recitat in loco conſueto verba Chriſti, de cœnæ inſtitutione, & ſumit ipſe, & diſtribuit ſumentibus integrum ſacramentum: qui reuerenter accedunt, antea explorati, & abſoluti, & ibi ſuas preces ad publicas adiungunt. Ad extremum, rurſus recitatur gratiarum actio.

*4. Cœnæ Domini celebratio*

*5. Gratiarum actio.*

Hunc ritum, & hanc communionem plurimùm congruere cum ſcriptis Apoſtolorum, & conſuetudine veteris Eccleſiæ, ferè vſq; ad Gregorij ætatem, norunt omnes non prorſus ignari antiquitatis. Quod cum ita ſit: probanda, non improbanda eſt noſtrarum Eccleſiarum conſuetudo. Sed aduerſarij improbantes noſtram conſuetudinem, defendunt multos errores, alij magis tetros, alij nouis iam artificijs fucatos. Multi ante hoc tempus ſcripſerunt, fieri oblationem in miſſa pro viuis, & mortuis, & mereri eam facienti & alijs remiſſionem peccatorum, ex opere operato. Et hęc plurimorum perſuaſio fuit, & adhuc eſt, ſimilis Phariſaicæ, & Ethnicæ. Nam eodem modo Phariſæi, & Ethnici ſomniabant, ſe ex opere operato mereri ſibi, & alijs remiſſionem peccatorum, pacem, & alia multa bona. Aut etiam ſi qui minus cæci, verecundius loquebantur, etſi dicebant mereri ea non ſine bono motu ſacrificantis: tamen ſacrificia ipſa fingebant eſſe merita, & precium. Hac opinione cumulabantur ſacrificia, & creſcebant aucupia quæſtus. Talis eſt & Miſſarum mercatus, & prophanatio cœnæ Domini, ferè in toto orbe terrarum.

*Hanc communionem cõgruere cum ſcriptis Apoſtolorum, & conſuetudine veteris Eccleſiæ.*

*Confutatio Papiſticorum errorum.*

Vult autem Deus, vitioſos cultus taxari, & aboleri. Ideo vocem diuinam ſimpliciter, & verè proponimus, quæ errores illos damnat. Ac toto pectore adfirmamus coràm Deo, & tota Eccleſia, in cœlo, & in terra, tantum fuiſſe vnicum ſacrificium propiciatorium, ſeu quo ira æterni patris aduerſus genus humanum placata eſt: ſcilicet, totam Filij Dei Domini noſtri IESV Chriſti crucifixi, & reſuſcitati obedientiam. Hic vnicus eſt agnus, qui tollit peccata mundi. De hoc unico ſacrificio dictum eſt Hebr. 10. Vnico ſacrificio conſummauit in perpetuum eos, qui ſanctificantur. Et hoc ſacrificium ſingulis ſua fide applicatur, cùm audiunt Euangelium, & ſacramentis vtuntur, vt Paulus inquit: Quem poſuit propiciatorem in ſanguine, per fidem. Et, Iuſtus fide ſua viuet. Et in 1. Pet. Sanctificati ſpiritu, ad obedientiã, & conſperſionem ſanguinis IESV Chriſti. Cætera ſacrificia in veteri teſtamento fuerunt typica, de quibus ſuo loco copioſius dicitur. Et nequaquam merebantur remiſſionem peccatorum. Et omnes iuſtitiæ ſanctorum omnibus temporibus fuerunt, ſunt, & erunt ſacrificia laudis, ſeu εὐχαριστικὰ, quæ non merentur facienti aut alijs remiſſionem: ſed ſunt cultus debiti in ſingulis, & placent, propter mediatorem, & ſummum ſacerdotem Filium Dei: vt dicitur ad Heb. Per ipſum offerimus ſacrificium laudis ſemp Deo. Hanc eſſe immotam, & æternam veritatem, manifeſtiſsimũ eſt. Quòd verò citantur contra tam claram lucem ueritatis, centones, quos nominant Canones miſſæ: etiam manifeſtum eſt, diſsimiles eſſe Canones Græcos, & Latinos. Et Græcos ipſos diſſentire inter ſeſe, de re maxima: & in hoc Latino, qui uſitatus eſt, apparet paulatim adſutas eſſe lacinias, ab ignotis autoribus.

*Cœnam non eſſe ſacrificium, ἱλαστικὸν, propiciatoriũ.*

*Sacrificia in veteri teſtamento τυπικὰ, & εὐχαριστικά.*

*Canones, vel cẽtones Miſſæ.*

## Confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum.

*Cur cœna dicatur ſacrificium & oblatio.*

*Cœna eſt actio exterior, ſumptio ſcilicet corporis, ac ſanguinis Chriſti, precatio. confeſſio, & gratiarũ actio: & interior. ſ. recordatio, fides, & ſpes.*

Vetus Eccleſia vtitur nominibus ſacrificij, & oblationis: ſed intelligit to-
tam actionem, precationem, ſumptionem, recordationem, fidem, ſpem, con-
feſsionem, & gratiarum actionem. Hæc tota actio interior, & exterior, in
quolibet cõuerſo ad Deum, & in tota Eccleſia, eſt reuera ſacrificium laudis,
ſeu εὐχαριστικὸν, & λογικὴ λατρεία. Et cùm inquit Dominus: Veri adoratores ado
rabunt Patrem in Spiritu, & veritate: adfirmat, in nouo teſtamento, non
præcipi externa ſacrificia, quę fieri neceſſe ſit: etiamſi in corde nulli ſint mo-
tus Spiritus ſancti, ſicut in lege neceſſe erat ceremoniam paſchatos ſeruari.

*ἡ Δοκιμασία τ̃ ἀξίως ἐσθιόντων.*

*Cœna nihil ad mortuos, aut abſentes.*

*Miſſarij ſunt mercenarij.*

*Miſſa eſt horrẽda idolatria.*

Sed de cœna Domini dicitur: probet ſe vnuſquiſq;, &c̃. Ita prodeſt
vtenti cœna Domini, cùm adfert pœnitẽtiam, & fidem, & non prodeſt ei a-
lienum opus. Præterea de mortuis manifeſtum eſt, totum hoc ſpectaculum
pugnare cum verbis inſtitutionis cœnæ, in quibus dicitur: Accipite, man-
ducate, &c̃. Hoc facite in mei recordationem. Quid hoc ad mortuos, vel ab-
ſentes? Et tamen in magna parte Europę, plurimum miſſarum fit pro mor-
tuis. Magna etiam multitudo prorſus ignorans, quid agat, legit miſſas, pro-
pter mercedem. Cum autem hæc omnia manifeſtè ſint impia, facere oblatio-
nem, vt loquuntur, vt mereantur viuis, & mortuis: aut facere neſcientem
quid agat: horribiliter peccant, qui hæc ſcelera retinent, & defendunt. Et
cum ritus extra vſum inſtitutum non habeat rationem ſacramenti: qualis i-
bi fiat idolorum cultus, cogitent pij, & eruditi.

*Abuſus alij cœnæ.*

Eſt et manifeſta profanatio, partem cœnæ Domini circumgeſtare, & a-
dorare, vbi prorſus transfertur pars ad vſum toto genere diuerſum ab inſti-
tutione, cum textus dicat: Accipite, manducate, cum quidem & recens ſit
hoc ſpectaculum.

*Sacrificulorum & monachorũ mores.*

Poſtremò, quales ſunt mores plurimorum ſacrificulorum, & monacho-
rum in tota Europa, qui non curant hoc dictum: Probet ſe vnuſquiſq;? Itẽ,
quicunq; indignè ſumit, reus erit corporis, & ſanguinis Domini?

*Pœnæ ſecutæ profanationem cœnæ.*

Etſi autem Pontifices, & hypocritæ, qui præſtigias quærunt, ad hæc ma-
la ſtabilienda, rident has querelas: tamen certiſsimum eſt, Deum horribi
liter iraſci his ſceleribus: ſicut in Iſrael iraſcebatur ſacrificiorum profanatio-
nibus. Et videmus iræ exempla manifeſta: Tot regnorum ruinas, vaſtatio-
nem orbis terrarum, quam faciunt Turcæ, confuſiones opinionum, & mul-
tas triſtiſsimas diſsipationes Eccleſiarum.

*Ἀποστροφὴ ad Filium Dei, per προσευχήν.*

Te auten Fili Dei, Domine Ieſu Chriſte, crucifixe pro nobis, & reſuſcita-
te, ſumme ſacerdos Eccleſiæ tuæ, veris gemitibus oramus, vt propter tuam,
& ęterni Patris tui gloriam, deleas idola, errores, & abominationes: & ſicut
ipſe precatus es, ſanctifices nos in veritate tua: & in pectoribus plurimorum
accendas lucem Euangelij tui, & ueram inuocationem, & corda noſtra ad
ueram obedientiam flectas: ut grati te in omni æternitate celebremus.

*Reiectio.*

Omnium angelorum, & hominum eloquentiam ſuperat magnitudo pec
catorum: quæ profanatio cœnæ Domini tot iam ſeculis parit. Et nos, cùm
par oratio tantæ rei nulla poſsit eſſe, breuiores ſumus: & in hoc ingenti do-
lore, filium Dei oramus, ut ipſe hæc mala emendet: & ſimul ad declaratio-
nem copioſiorem nos apud eos offerimus, qui eam audire uolunt. Sed in hac
quæſtione pręcipuè fieri cernimus hoc, quod ait Salomon: Perinde facere,

canen-

canentem carmina prauo cordi, ac ſi acetum fundat ſupra nitrum.

*Noui colores quibus teguntur horrendi errores miſſæ.*

Has de ſacrificio perſuaſiones, ſciunt aduerſarij, neruos eſſe ſuæ potentiæ, & opum. Ideo contrariam orationem audire nolunt. Quidam aſtutè iam lenire abſurda diſcunt. Non eſt, inquiunt, meritum oblatio, ſed applicatio: ſtruunt inſidias verbis, & eoſdem abuſus retinent.

*Fides, qua applicatur verum & vnicum ſacrificium.*

Dixi autem etiam antea, vnumquemlibet fide ſua facere ſibi applicationem ſacrificij Chriſti, & cùm audit Euangelium, & cùm vtitur ſacramentis. Et ſcriptum eſt: Probet vnuſquiſq; ſeipſum. Non igitur ſentit Paulus, ceremoniam alteri non vtenti prodeſſe. Et Filius Dei ipſe ſe obtulit, ingrediens in ſanctum ſanctorum, id eſt, in arcanum conſilium diuinitatis, cernens voluntatem æterni Patris, & ingentem iram ſuſtinens, & cauſas huius mirandi conſilij intelligens. Hæc res magnæ ſignificantur, cùm dicit Paulus ad Heb. Seſe obtulit. Et cùm inquit Eſaias: Ponet animam ſuam hoſtiam, pro peccato.

*Accuſatio Papiſtarum.*

Quid igitur nunc intelligunt ſacrificuli, qui dicunt, ſe offerre Chriſtum? nec antiquitas hoc modo locuta eſt. Sed atrociſsima oratione nos accuſant: dicunt nos delere iuge ſacrificium: ſicut faciebat Antiochus, qui typus eſt Antichriſti.

*Apologia.*

*IVGE ſacrificium.*

Reſpondimus etiam antea, nos retinere totum ritum Eccleſiæ Apoſtolicæ: & iuge ſacrificium eſt, ſonare doctrinam incorruptam Euangelij, & rectè inuocare Deum, deniq;, vt Dominus inquit, eſt adorare Patrem in ſpiritu, & veritate: Complectimur hîc etiam verum vſum ſacramentorum.

*Ἀντικατηγορία.*

Hæc omnia, cùm fideliſsimè retineamus, ſumma reuerentia retinemus iuge ſacrificium: illi abolent, qui veram inuocationem, & cœnam ipſam Domini multis modis corrumpunt, qui iubent inuocare homines mortuos: qui miſſas venales habent: qui iactitant, ſe oblatione ſua alijs mereri: qui doctrinę de pœnitentia, & remiſsione peccatorum, multos tetros errores immiſcent: qui iubent dubitare agentes pœnitentiam, an ſint in gratia: qui libidinibus, & idolis Eccleſiam polluunt. Hi ſunt Antiochi ſimiles, non nos, qui obedire filio Dei ſtudemus, dicenti: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.

*De vſu integri ſacramenti.*

Poſtremò, & de vſu integri ſacramenti pauca quædam dicenda ſunt. Remoueatur ſophiſtica à iudicijs Eccleſiæ. Norunt omnes, cœnam Domini ita inſtitutam eſſe, vt detur populo integrum ſacramentum. ſicut ſcriptum eſt: Bibite ex hoc omnes. Nota eſt conſuetudo veteris Eccleſiæ, Latinæ, & Græcæ. Ideo fatendum eſt, prohibitionem vnius partis iniuſtam eſſe. Legitima hominum teſtamenta violare, iniuſtum eſt: cur filij Dei teſtamentum,

*Prohibitio alterius partis.*

ſanguine ipſius obſignatum, Epiſcopi violant? Dolendum eſt autem, tãtam eſſe impudentiam quorundã, vt contra hoc grauiſsimum argumentum, tamen fingant ſophiſmata, ad ſtabiliendam prohibitionem: quorum refutationem, in re manifeſta, omittimus.

## Confeſsio Eccleſiarum Vuirtembergenſium.

*Cœna Domini eſt ſacramẽtum*

CREDIMVS: & confitemur, Euchariſtiam (ſic enim libuit maioribus noſtris cœnam Dominicam vocare) eſſe Sacramentũ, à Chriſto inſtitutum, & vſum eius, vſq; ad nouiſsimum huius ſeculi diem, Eccleſiæ commendatum eſſe.

*Propoſitio.*

Sed quia aliud eſt ſubſtantia, aliud uſus eius: idcirco de his ordine dicemus.

*DE SVBſtantia cœnæ.*

De Subſtantia Euchariſtiæ ſentimus, & docemus, quòd verum corpus Chriſti, & verus ſanguis eius in Euchariſtia diſtribuatur. & refutamus eos, qui dicunt: panem, & vinũ Euchariſtię, eſſe tantùm abſentis corporis, & ſanguinis Chriſti ſigna.

*Refutantur Cingliani.*

Credimus etiam, omnipotentiam Dei tantam eſſe: vt poſsit in Euchariſtia ſubſtantiam panis, & vini, vel annihilare, vel in corpus, & ſanguinem Chriſti mutare.

*Refutatur μεταστοιχειώσις, vel μετουσίωσις põtificiorum.*

Sed quod Deus hanc ſuam abſolutam omnipotentiam in Euchariſtia exerceat: non videtur eſſe certo verbo Dei traditum. & apparet, veteri Eccleſiæ fuiſſe ignotum. Sicut enim, cùm in Ezechiele de vrbe Hieruſalem, in latere deſcripta, dicitur: ISTA EST HIERVSALEM: non neceſſe fuit, vt ſubſtantia lateris mutaretur in ſubſtantiam vrbis Hieruſalem: ita cum de pane dicitur: Hoc eſt corpus meum: non eſt neceſſe, vt ſubſtantia panis mutetur in ſubſtantiam corporis Chriſti: ſed ad veritatem ſacramenti ſufficit, quòd corpus Chriſti verè ſit cum pane præſens: atq; adeò neceſsitas ipſa veritatis Sacramenti exigere videtur: vt cum vera Præſentia corporis Chriſti, uerus panis maneat. Nam quemadmodum ad ueritatem ſacramẽti Baptiſmi neceſſarium eſt: ut in uſu eius aqua ſit, & maneat vera aqua: ita neceſſarium eſt, in cœna Dominica, vt panis in vſu eius ſit, & maneat verus panis, cum mutata panis ſubſtantia nõ conſtaret veritas ſacramenti. Vnde & Paulus, & veteres Eccleſiaſtici ſcriptores, panem Euchariſtiæ etiã poſt conſecrationem panem vocant.

*VNIO ſacramentalis eſt, qua Corpus Chriſti verè cũ pane præſens eſt mãducanti. Conſtat enim cœna ex re cœleſti, & terrena.*

1. Corinth. 11.

Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &c. Et quicunq; manducauerit PANEM HVNC, & biberit calicem Domini, &c.

*Teſtimonia integritatis cœnæ.*

Auguſt. in ſerm. ad infantes.

Quod vidiſtis, PANIS eſt, & calix, quod vobis etiam oculi veſtri renunciant. Quod autem fides veſtra poſtulat inſtruenda, Panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis.

*DE VSV. Totus Chriſtus tã pane, quàm vino exhibetur.*

Quod autem ad Euchariſtię vſum attinet: primùm, etſi non negamus, quin totus Chriſtus tam pane, quàm vino Euchariſtiæ diſpenſetur: tamen docemus, vſum vtriuſq; partis debere vniuerſæ Eccleſiæ communem eſſe. Manifeſtum enim eſt, quòd Chriſtus ipſe, nihil periculis, quę poſtea humana ſuperſtitione excogitata ſunt, aut alijs commentis, deterritus, tradiderit Eccleſiæ ſuæ vtranq; partem vtendam.

*De vtraq; ſpecie Sacramenti.*

Manifeſtum etiam eſt, quòd uetus Eccleſia uſa ſit vtraq; parte, multis annis. Et teſtantur aliquot ſcriptores perſpicuè, eos, qui ſolum panem accipiunt: non accipere plenum ſacramentum ſacramentaliter (ſic enim loquuntur) & diuiſionem vnius, eiuſdemq; myſterij, ſine grandi ſacrilegio fieri non poſſe.

Quare ſentimus, uſum utriuſq; partis eſſe verè Catholicum, & Apoſtolicum: nec licere vlli homini, hanc Chriſti inſtitutionem, & tam diuturnum ueteris, & veræ Eccleſiæ ritum, pro ſua libidine mutare, & laicis, vt uocant, alteram partem Euchariſtiæ auferre.

Ac mirandũ eſt, quòd hi, qui profitentur, ſe ritus veteris Eccleſię propugnare, tam procul, hac in parte, à veteri Eccleſia recedant.

*De Sacrificio.*

Deinde, cum ſacrificij nomen latiſsimè

tiſsimè pateat, ac generaliter ſignificet ſacrum cultum, libenter concedimus, uerum, & legitimum uſum Euchariſtiæ, poſſe, hoc modo, ſacrificiũ dici. Et, ſi Euchariſtia iuxta inſtitutionem Chriſti ita celebratur: ut in ea adnuncietur mors Chriſti, & diſpenſetur Eccleſiæ ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti: rectè vocatur applicatio meriti paſsionis Chriſti, his videlicet, qui ſacramentum ſumunt.

*Ritus cœnæ.* Nec damnandæ ſunt piæ lectiones, & precationes, quę conſecrationẽ, vt vocant, & diſpenſationem Euchariſtiæ præcedere, & ſequi ſolent.

Sed interea non licet nobis errores, qui ad hoc ſacrum, imperitia magis priuatorum hominum, quàm legitimo conſenſu verè Catholicæ Eccleſiæ, acceſſerunt, diſsimulare, & approbare.

*Vnus error, priuata Miſſa.* Vnus error eſt, quòd ex cultu, qui debet Eccleſiæ eſſe communis: fiat priuata unius ſacrificuli actio, qui ut ſolus ſibi legit uerba cœnæ Dominicæ: ita etiam ſolus panem, & uinum ſumit.

Nam Chriſtus inſtituit Euchariſtiam, non ut eſſet priuata unius actio: ſed ut eſſet Eccleſiæ communio. *In recta actione cœnæ eſt diſtribuens, & ſumens.* Itaq; ad rectam Euchariſtiæ actionem, requiruntur ad minus duo: uidelicet, miniſter Euchariſtiæ benedicens: & is, cui Euchariſtiæ ſacramentum diſpenſetur. Cùm enim Chriſtus hoc Sacramentum inſtitueret: non ipſe ſolus ueſcebatur, ſed diſpenſabat Eccleſiæ ſuæ, quam tum præſentem habebat. Accipite, inquiens, manducate, &c. & bibite ex hoc omnes, &c.

Hoc Chriſti inſtitutum, uetus, & uera Catholica Eccleſia, tam ſeueriter obſeruauit, ut eos, qui in hoc ſacro præſentes non communicarent, excommunicauerit.

*Teſtimonia, quòd cœna non vnius actio ſit.*

Anacletus in prima Epiſtola.

Peracta conſecratione, OMNES communicent, qui noluerint Eccleſiaſticis carere liminibus. Et addit, Sic enim & Apoſtoli ſtatuerunt, & ſancta Romana tenet Eccleſia.

Concilium Antiochenum, capite ſecundo.

OMNES, qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas audiunr, non autem cum populo in oratione communicant, & auerſantur ſanctam aſſumptionem dominici ſacramenti, ſecundum aliquam propriam diſciplinam, hos ab Eccleſia abijci oportet.

Dionyſ. de Eccleſiaſtica hierarchia.

Pontifex, cum diuina munera laude proſecutus fuerit: ſacroſancta, & auguſtiſsima myſteria conficit, & quæ antè laudauerat, venerandis operta, atq; abdita ſignis, in conſpectũ agit, diuinaq; munera reuerenter oſtendens, ad ſacram illorum COMMVNIONEM & ipſe conuertitur, & reliquos, vt COMMVNICENT, hortatur: ſumpta deniq;, atq; OMNIBVS tradita communione Diuina: gratias referens, finem myſterijs imponens.

*Concluſio, de abroganda miſſa priuata.* Arbitramur igitur, neceſſarium eſſe, ut ad conſeruandam in celebratione Euchariſtię inſtitutionem Chriſti, & ad ſectandum exemplum ueteris, ac uerè Catholicæ Eccleſiæ, abrogentur priuatæ ſacrificulorum Miſſæ, & reſtituatur publica cœnæ Dominicæ communio.

*II. Error, eſſe ſacrificium iuge.* Alius error eſt, quòd Euchariſtia ſit tale ſacrificium, quod debeat iugiter in Eccleſia, ad expianda peccata viuorum, & mortuorum, & pro impetrandis alijs beneficijs, tam corporalibus, quàm ſpiritualibus, offerri.

*Refutatio.* Hic error manifeſtè pugnat cum Euangelio Chriſti, quod teſtificatur, Chriſtum VNA oblatione, ſemel tantum facta, conſummaſſe in ſempiternum ſanctificatos.

## Confeſsio Eccleſiarum Vuirtembergenſium.

*Christus vnicū ſacrificiū.*

Et quia Chriſtus paſsione, ac morte ſua impetrauit nobis remiſsionem peccatorum, quę & nobis per Euangelium in nouo teſtamento adnunciatur: idcirco non licet amplius pro peccato ſacrificare. Dicit enim Epiſtola ad Hebræos: Vbi eſt peccatorum remiſsio, iam nō eſt oblatio, pro peccato.

*Corpus, & ſanguis Christi offeruntur Eccleſiæ, ad edendū, & bibendum.*

Nam quòd Chriſtus dicit: Hoc facite in mei commemorationem, non iubet corpus, & ſanguinem ſuum in cœna Deo, ſed Eccleſiæ offerre, vt Eccleſia edendo corpus, & bibendo ſanguinem Chriſti, ac prædicando beneficium mortis eius, admoneatur de ea corporis, & ſanguinis Chriſti oblatione, quæ ſemel tantum in cruce, in expiationem peccatorum noſtrorum, facta eſt. Sic enim Paulus hoc dictum Chriſti interpretatur: Quotieſcunque, inquiens, manducabitis (non ait, offeretis) panem hunc, & bibetis calicem: mortem Domini prædicate, donec ueniat.

*Quid veteres intelligant per ſacrificium, et quare hoc nomine cœna appelletur.*

At fatemur quidem, quòd veteres Eccleſiaſtici Scriptores vocauerint Euchariſtiam, ſacrificium, & oblationem: ſed ſe ipſi exponūt, quòd nomine ſacrificij intelligant memoriam, adnunciationem, ſeu prædicationem ſacrificij, quod Chriſtus ſemel in cruce peregit. Sicut memoriam Paſchæ, & Pentecoſtes, vocant Paſcha, & Pentecoſten.

*III. Error, quòd ſit applicatio meriti Chriſti, pro viuis, & mortuis.*

Alius error eſt, quòd nonnulli ſentiunt, oblationem (quam ita vocant) Euchariſtiæ, non eſſe quidem per ſe propiciationem, pro peccatis: applicare autem propiciationem, & meritum Chriſti viuis, ac mortuis

*Refutatio.*

Sed iam demonſtratum eſt, quòd Euchariſtia propriè non ſit oblatio: ſed ſic vocetur, quòd ſit memoria oblationis ſemel in cruce factæ. Deinde applicatio meriti Chriſti, non fit alio externo organo, quàm prædicatione Euangelij Chriſti, & diſpenſatione eorum Sacramentorum, quæ Chriſtus in hunc vſum inſtituit. Et meritum Chriſti oblatum, & applicatum, non recipitur, niſi FIDE.

*Organon, quo recipitur meritum Chriſti.*

Marci vltimo.

*Teſtimonia.*

Prædicate Euangelion omni creaturæ. Miniſterio enim Euangelij offeruntur, & applicantur creaturis, hoc eſt, ſiue Iudęis, ſiue Gentibus beneficia Chriſti. Et ſequitur: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: quia ſumptione Sacramentorū, & fide, accipiuntur oblata, & applicata beneficia.

Ad Roman. 1.

Euangelion eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti, hoc eſt, miniſterium Euangelij eſt organon diuinitus inſtitutum, quo Deus eſt potens, & efficax, ad ſaluandos omnes eos, qui Euangelio credunt. Itaque prædicatio Euangelij offert, aut ſi ita loqui libet, applicat, omnibus ſalutē: Fides autem oblatam, & applicatam ſalutem accipit.

*Priuata miſſa*

In priuata autem Miſſa, panis, & vinum ita tractantur, vt ſacrificulus neque adnunciet publicè Euangelion Chriſti, ſed ſibi ipſi quædam, ac præſertim verba cœnæ, ſeu conſecrationis, tacitè recenſeat, neque diſpenſet alijs panem, & vinum, ſed ſolus ipſe ea ſumat. Quare nulla poteſt eſſe applicatio meriti Chriſti in priuata miſſa. Hoc ſenſerunt verè Catholici maiores noſtri, qui tam ſeueriter, quemadmodum ſuprà indicauimus, exegerunt, vt, qui in miſſa præſens non communicauerit; excommunicetur.

*IIII. Error, tacita verborum inſtitutionis murmuratio.*

Alius error eſt, quem iam attigimus, quòd exigitur, vt verba cœnę, ſeu conſecrationis, in Euchariſtia tacitè recitentur, cum hęc verba pars ſint Euangelij, quod iuxta mandatū Chriſti omnibus creaturis eſt prædicandum. Etſi enim maiores noſtri

voca-

vocarũt aliquoties Euchariſtiam myſterium: non tamen hoc conſilio ſic vocarunt, quòd verba cœnæ non ſint coràm Eccleſia in Euchariſtia publicè, & lingua vulgo nota, recitanda: ſed quòd in Euchariſtia aliud uideatur, aliud intelligatur. Nam & Chriſtus ipſe vocatur Myſterium, qui tamen non eſt occultandus, ſed omnibus creaturis prædicandus.

*Cur Myſteriũ.*

Et quia, in ſumenda Euchariſtia, exigitur fides, Fides autem eſt ex auditu: Auditus autem per verbum Dei, maximè omnium neceſſarium eſt in Euchariſtia, vt verbum cœnę, quod eſt verbum Filij Dei, publicè recitetur. Hoc enim verbum eſt prędicatio Euangelij, & adnunciatio mortis Chriſti. Quare, vt Eccleſia intelligat, quid in Euchariſtia agatur, & quid ipſi ſumendum offeratur, & vt fidem ſuam confirmet: neceſſaria eſt in Euchariſtia, publica recitatio verborum Cœnæ Dominicę.

*Verba cœnæ publicè recitanda*

Alius error eſt, quòd vna pars Euchariſtiæ ſoleat in ſingularem cultum Dei circumgeſtari, & reponi. Vetat autem Spiritus Sanctus, ne cultus Dei, ſine certo Dei mandato, inſtituatur.

*V. Error, panis circumgeſtatio, & repoſitio.*

Deut. 12.

Non facietis ſinguli, quod ſibi rectum videtur.

*Ἐθελοθρησκεία damnatur.*

Et iterum.

Quod præcipio tibi, hoc tantùm facias DOMINO, nec addas quicq̃, nec minuas.

Matth. 15.

Fruſtra colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum.

Clemens Epiſtola 2. ad Iacobum, & de conſecratione diſt. 2. cap. tribus.

Certè tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant, quòd ſi remanſerint in CRASTINVM, non reſeruentur, ſed cum timore, & tremore, clericorum diligentia, conſumantur.

Non ignoramus, quomodo hæc Clementis verba eludi ſoleant: conficto diſcrimine inter opus morientium, & opus conſecrantium. Sed manifeſtum eſt, quòd panis, qui circumgeſtari, & in adorationem reponi ſolet, non reſeruetur pro infirmis: ſed tandem à conſecrantibus ipſis ſumatur.

Cyrillus, vel, vt alij ſentiunt. Origenes, in Leuitic. cap. 7.

Nam & Dominus panem, quem diſcipulis dabat, dicebat eis. Accipite, & manducate, &c. non diſtulit, nec ſeruari iuſsit in craſtinum. Hoc fortaſſe myſterij continetur etiam in eo, quòd panem non iubet portari in via, vt ſemper recentes, quos intra te geris, verbi Dei panes proferas.

## Acceſsio de Cœna Dominica ex confeſsione Valent. Erythręi.

# BASIS, SEV FVNDAMENTVM CERTVM, CUI

innititur vera doctrina, in hac Sacramentaria controuerſia, con-
tientium, ſunt VERBA INSTITV-

# HARMONIA EVANGELISTA-

## COENA DOMINI

PRIMA, ab ipſo Chriſto, cum ſuis duodecim diſcipulis peracta. Ea diſcribitur,

*PRIMA pars, ſeu ſpecies cœnæ, nimirū cibus, aut victus.*

| XXVI. MATTHAEI, *qui octauo anno poſt Aſcenſionem Chriſti ſuum Euangelium ſcripſit.* | | XIIII. MARCI, *qui biennio poſt Matthæum, id eſt, anno decimo, poſt aſcenſionem, ſcripſit.* | | XX. LVCAE. *Hic Anno 15. poſt aſcenſionem Domini repetitionē Inſtitutionis cœnæ Dominicæ literis mandauit.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν: λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε: καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε: λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ ΣΩΜΆ μου. | *Veſcentibus autē eis, accepit* IESVS *panem, & cū egiſſet gratias, fregit, & dedit Diſcipulis, & ait: Accipite, comedite. hoc* EST CORPVS *meum.* | Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν: λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε: λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ ΣΩΜΆ μου. * | *Et edentibus illis: ſumpto* IESVS *pane, cū benedixiſſet, fregit & dedit illis: ac dixit: ſumite, comedite. Hoc eſt Corpus meum.* * | Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων: τοῦτό ἐστι τὸ ΣΩ͂ΜΆ μου: τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. | *Et accepto pane, cum gratias egiſſet, fregit, ac dedit eis, dicēs: Hoc eſt illud ipſum* CORP*us meū, quod pro vobis datur. Hoc facite in mei recordationem.* |

*Eraſmus Roterodamus teſtatur, in græco prætermitti verbum* ἐστὶ, *in prima parte. Sic enim legit:* φάγετε, τοῦτο ἐμοῦ σῶμα, *comedite, hoc meum corpus.* Nemet / eſſet diſen meinen leib.

NARRATIO, ſeu deſcriptio alterius partis Cœnæ Domi-

| *MATTHÆVM.* | | *MARCVM.* | | *LVCAM.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων: Πίετε ἐξ αὐτοῦ ΠΆΝΤΕΣ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ΑἽΜΆ μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. | *Et accepto poculo, & gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc* OMNES. *Hoc enim eſt ille ipſe* SAN*guis meus, qui eſt noui teſtamenti, qui pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorū.* | Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς. Καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ ΠΆΝΤΕΣ. καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Τοῦτό ἐστι τὸ ΑἽΜΆ μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. | *Et accepto poculo, cum gratias egiſſet, dedit illis. Et biberunt ex eo* OMNES. *Et dixit illis:* HIC *eſt ille Sanguis meus, qui eſt noui teſtamenti: qui pro multis effunditur.* | Ὡσαύτως, καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων: τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν, ἐν τῷ ΑἽΜΑΤΊ ΜΟΥ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. * * * | *Similiter, & poculum, poſtquam cœnauit, dicens: Hoc* POCV*lum nouū Teſtamentū eſt in (per, aut cum) ſanguine meo, qui pro vobis effunditur.* * * * |

*In meo ſanguine.) Hebraico more loquuntur Lucas, & Paulus: verborum traductione. Cæteri enim Græca vſi ſunt dicendi formula. Sic enim Hebræi loquuntur, Pſalm. 78. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* Jre Prieſter fielen im ſchwert. *Id eſt, gladio,* durch ſchwert. *Et alibi: Iacob ſeruiebat in Rachel hoc eſt, propter illam. Et, Aquam noſtram bibimus in pecunia, id eſt, pretio,* vmb gelt. *Multiplex enim apud illos vſus eſt particulæ* IN. *quæ tamen ſemper rem præſentem indicat.*

TISSIMVM, AC FIRMISSIMVM, CVI
trouerſia,& recta fides orthodoxè,catholiceq́; ſen-
TIONIS CHRISTI, veracis,& omnipotentis.

RVM, ET PAVLI APOSTOLI.

## SECVNDA, à PAVLO Apoſtolo, cum Corinthijs celebrata.

I. *Corinth.* XI. *Ac Paulus circiter annum Domini quinquageſimum quartum,formam cœnæ à Domino ſeruatam, & mandatam,repetijt.*

| | |
|---|---|
| Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν: ὅτι ὁ Κύριος Ιησοῦς, ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβον ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ εἶπε: λάβετε, φάγετε. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ ΣΩΜΑ: τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Τοῦτο ποιεῖτε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. | EGo enim accepi à DOMINO, *quod & tradidi vobis: quòd Dominus Ieſus in ea nocte, qua traditus eſt, accepit panem, & poſtq̃ gratias egiſſet,fregit,ac dixit,accipite, edite. Hoc meum eſt* CORPVS, *quod pro vobis frangitur. Hoc facite in mei cõmemorationẽ. Quotiescunq; enim comederitis panem hunc, mortem Domini annunciate, donec venerit.* |

nicæ,quæ eſt ipſius POTVS, apud

*APOSTOLVM PAVLVM.*

| | |
|---|---|
| Ὡσαύτως, καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων: Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν, ἐν τῷ ἘΜΩ͂Ι ΑἽΜΑΤΙ. Τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν τὸ ποτήριον τοῦτο πίνετε: τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. | *Ad eundem modum & poculum, peracta cœna, dicens: Hoc poculum nouum Teſtamentum eſt,in* MEO SANGVINE. *Hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in mei commemorationem. Quotieſcunq; enim de poculo hoc biberitis: mortem Domini annunciate:donec venerit.* |

*IN PRIMA inſtitutionis parte, Apoſtolus Paulus* ἔκλασε, *tantum poſuit. Hoc enim verbo* συντομίας ἕνεκα, *breuitatis cauſa, vſus eſt, pro* διεμερίσατο, *diſtribuit. Idq́; fecit more Hebraico. vt eſt apud Eſaiam. Frange eſurienti panem tuum, id eſt, diſtribue. Vnde & Apoſtolus, Panis, inquit, quem frangimus: nunquid eſt participatio corporis Chriſti? Hoc eſt, quem inter nos diſtribuimus, eſt exhibitio, & ſumptio corporis Chriſti, quæ fit pane dato, & accepto. quæ ſumptio fit manducatione oris.* IN ALTERA *parte Lucas, & Paulus ſic ſcribunt: Hoc* POCVLVM *nouũ Teſtamentũ, per meũ ſanguinem. Vel, hoc poculum nouum Teſtamentũ eſt* IN MEO SANGVINE: τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη *(Paulus addit,* ἐστὶν) ἐν τῷ αἵματί μου, *vel vt Apoſtolus habet,* ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. *id eſt, per ſanguinem, cum ſanguine, vel propter ſanguinẽ,* **Durchs blůt / oder mit dem blůt / od' vmbs blůtes willen.** *Calix enim non eſt nouũ teſtamentum, in argento, ſeu per argentum, vel propter hoc ipſum: ſed propter Chriſti ſanguinem, quem cõtinet. His .n. verbis oſtendere voluerunt, quid calix contineat: nempe* SANGVINEM, *non hircorum, aut victimarum generis eiusdem veteris teſtamenti: ſed ſanguinem veræ hoſtiæ, ſcilicet Filij Dei incarnati, agni immaculati,* ἀμιάντου ἀγνοῦ, *qui tollit peccata mundi. Continet ergo ſanguinem non* τυπικὸν: *ſed eum ipſum, quem pro nobis Chriſtus profudit in ara crucis, in qua Deo Patri ſuo cœleſti ſe obtulit: quo ſanguine nouum teſtamentum ſancitum eſt. Eamq́; ob cauſam, nouum Teſtamẽtum,* κατ' ἀντιδιαστολὴν, *&* EST, *& nuncupatur. vt ſit ſententia:* **Diſer becher iſt das newe teſtament (nicht ſeins ſchönen ſylbers / oder des weins halben) ſondern des blůts Chriſti halben / oder willen. Darumb / das Chriſti blůt darinnen iſt.**

# Appendix verborum inſtitutionis, ex Paulo, quæ continet grauiſſimas doctrinas, commonefactiones, & reprehenſiones. 1. Corinth.

XI. X.

| | | |
|---|---|---|
| Concluſio, quæ duo genera continet eorum, qui cœnæ Domini communicant. Vnum eſt τῶν ἀναξίων. Facti indigni exaggeratio. ꝙ indigna ſumptione ſingularis reatus contrahatur. | Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ΑΝΑΞΙΏΣ: ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ κυρίου. | Itaq; quiſq; ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini INDIGNE: reus erit CORPORIS, & SANGVINIS Domini. |
| | ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΟΚΙΜΑΣΊΑΣ. | DE PROBATIONE. |
| Alterum genus, τῶν ἀξίων, per ἀντίθεσιν. οἱ δοκιμάζοντες ἑαυτούς, ἢ διακρίνοντες. | Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. | Probet autem homo ſeipſum, & ſic de illo pane edat, & de poculo illo bibat. |
| | ΑΠΕΙΛΗ. | COMMINATIO. |
| Ratio ἐπεξεργαστικὴ, repetens primum genus. Ab effectu ſuperioris reatus. A cauſa, ſeu culpa. | Ὁ γὰρ ἐσθίων, καὶ πίνων ΑΝΑΞΙΩΣ: κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει: μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. | Nam qui edit, & bibit INDIGNE: iudiciũ ſibijpſi edit & bibit: non dijudicans CORPVS Domini. |
| Confirmatio à ſignis iudicij diuini, quòd hic incipit à pœnis tẽporalibus: quibus ἀμετανόητοι, ἤγουν ἀνάξιοι ad veram, & ſeriam pœnitentiam reuocantur. Ab vtilitate τῆς διακρίσεως. Occupatio, & conſolatio, à fine τῆς κρίσεως, ἢ παιδείας σωματικῆς: ne in æternum condemnemur, propter illum reatum. | Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν: οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα: ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. | Propter hoc inter vos multi imbecilles, & inualidi, & dormiũt multi. Etenĩ, ſi noſipſos diiudicaſſemus: haud quaq̃ iudicati fuiſſemus. At cũ iudicamur, à Dño corripimur: ne cum mundo condemnemur. |
| Concluſio, cum adhortatione. | Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω: ἵνα μὴ εἰς κρίμα συνέρχησθε. | Itaque, fratres mei, cum cõuenitis ad comedẽdum, alius aliũ expectet. Quòd ſi quis eſurit: domi edat: ne ad cõdemnationem conueniatis. |

| | | |
|---|---|---|
| Τοῦτο δὲ παραγγέλλων, οὐκ ἐπαινῶ. ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. | Illud tamẽ præcipiens, nõ laudo. quòd nõ in melius, ſed in deterius conuenitis. | Propoſitio, τῆς σφοδρᾶς ἐπιτιμήσεως, ἀόριστος, acrẽ habẽs obiurgationem. DIGNI. INDIGNI. |
| Πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν. καὶ μέρος τι πιστεύω. Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι: ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένονται ἐν ὑμῖν. | Nam primùm quidẽ cum conuenitis in Eccleſia, audio diſſidia in vobis eſſe. Et aliqua ex parte credo. Oportet .n. et ſectas in vobis eſſe: quò qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos. | Ratio à teſtimonio, ſcilicet, à fama. εἰδικώτερον ſubiungit crimen, τῶν σχισμάτων, ἢ αἱρέσεων. Ἐπίκρισις, ἢ μετ' ἐπιλόγου, à ſuo iudicio, ſubiecta ratione, à cauſis, efficiente nempe ἐκ τῆς ἀνάγκης, à neceſſitate, quæ dicitur ἢ καθ' ὑπόθεσιν: & à fine. |
| Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἔστι ΚΥΡΙΑΚῸΝ δεῖπνον φαγεῖν. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει, ἐν τῷ φαγεῖν. καὶ ὃς μὲν πεινᾷ: ὃς δὲ μεθύει. | Cum conuenitis igitur in eũdem locũ, non licet DOminicam cœnã edere. quòd vnusquiſq; propriam cœnam occupet, in edendo. Et hic quidẽ eſurit: ille verò ebrius eſt. | Explicat, quæ diſſidia ſint inter illos: & monet, diſcrimen ſeruandum eſſe, inter δεῖπνον κυριακὸν, quæ cœna Domini publica eſt: et inter ἴδιον, quæ cuiusq; eſt propria, & priuata, non Eccleſiaſtica. |
| μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε, εἰς τὸ ἐσθίειν, καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ παραφρονεῖτε: καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; | Nũ ſanè domos nõ habetis ad edendũ, & bibẽdum? An Eccleſiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos, qui non habent? | Amplificatio τῆς ἀταξίας, & abuſus Cœnæ Chriſti, per indignationem: quòd ad ventrem ſaginandum, inſtitutam arbitrentur. |
| τί ὑμῖν εἴπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. | Quid vobis dicam? laudabo vos? In hoc non laudo. | Concluſio, qua redit ad propoſitionem. |

# CONTRACTIO VERBORVM institutionis cœnæ Dominicæ, & eius ſumma.

Καὶ ἐσθιόντων, ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε: καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε: λάβετε, φάγετε. Τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, ἢ κλώμενον. τοῦτο ποιεῖτε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον: τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

*ET veſcentibus illis, ea nocte, qua traditus eſt, accepit* IESVS *panem, & gratias egit, fregit, & dedit Diſcipulis: & dixit: accipite, comedite. Hoc eſt* CORPVS *meum, quod pro vobis traditur, ſeu frangitur. hoc facite, in mei memoriam. Quotieſcunque enim comederitis panē hunc: mortem* DOMINI *annunciate, donec venerit.*

Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον λαβὼν, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων. Πίετε ἐξ αὐτοῦ ΠΑΝΤΕΣ. καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ΑἹΜΆ ΜΟΥ, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε: τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

*Similiter & poculum accepit, poſtquam cœnatum eſt, & gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex eo* OMNES. *Et biberunt ex eo omnes. Et dixit illis: Hic enim eſt* SANGVIS *meus, qui eſt noui Teſtamenti, quod pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei recordationem. Quotieſcunque enim de hoc poculo biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit.*

Λαβὼν τὸν ἄρτον.) *Paulus habet* ἔλαβον ἄρτον. Εὐλογήσας.) *cum benedixiſſet. Lucas, & Paul.* καὶ εὐχαριστήσας. *ſ. pro hoc fœdere noui teſtamenti: quod tanto pignore ſui corporis, & ſanguinis, ſumēdi in cœna, eſt percuſſum.* καὶ ἐδίδου.) *Marcus, & Lucas,* καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, *& dedit illis, dicens.* τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα.) *Paul.* τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. κλώμενον.) *Apoſtolus reſpexit ad* κλάσιν, *diſtributionem corporis, cum pane.* Καὶ εἶπεν αὐτοῖς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου.) *Lucas, & Paulus,* λέγων *habent,* τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη.

## Omnium ſuperiorum breuiſsima epitome, ex 1. Corinth. 10. Capite.

*Paulò poſt, ποτήριον κυρίου, poculũ Domini vocat: & τράπεζαν κυρίου, menſam Domini. Et ποτήριον κυρίου πίνειν, poculum Domini bibere: item, τραπέζης κυρίου μετέχειν, menſæ Domini participem eſſe.*

*Deut. 31.*

Διόπερ, ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνατε ὑμεῖς, ὅ φημι. ΤΟ ΠΟΤΗΡΙΟΝ ΤΗΣ ΕΥΛΟΓΙΑΣ, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΕΣΤΙ; τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ ΚΟΙΝΩΝΙΑ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐστιν; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. Βλέπετε τὸν Ισραὴλ κατὰ σάρκα. Οὐχὶ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; καὶ τὰ λοιπά.

*QVapropter, dilecti mei, fugite à ſimulachrorum cultu. Vt prudentibus loquor: iudicate vos, quòd dico:* POCVLVM BENEDICTIONIS *cui benedicimus, nonne* COMMVNICATIO SANGVINIS CHRISTI EST? *Panis, quem frangimus, nonne* COMMmunicatio, *ſeu participatio* COR*poris* CHRISTI *eſt? Quia vnus panis: vnũ corpus multi ſumus. Nã omnes ex eodem pane participamus. Videte Iſraelem ſecundũ carnem. Nõne, qui edũt victimas: participes ſacrificij ſunt? & cætera, quæ ibi ſequuntur.*

## Repetitio ΤΟΥ ΡΗΤΟΥ, verborum, & ſcripti, cœnæ inſtitutæ, ex Canone Baſilij.

*Cœna Domini eſt ὑπόμνημα τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Χριστοῦ, monumentum, certiſsimumq́ pignus, & teſtimonium paſſionis ſalutiferæ Chriſti.*

*Hiſtoria inſtitutionis cœnæ expoſita παραφραστικῶς.*

Κατέλιπε δὲ ἡμῖν .ſ. ὁ Χριστὸς, ὑπομνήματα τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ πάθους, ταῦτα: ἃ προτεθείκαμεν, κατὰ τὰς αὐτοῦ ἐντολάς. μέλλων γὰρ ἐξιέναι, ἐπὶ τὸν ἑκούσιον, καὶ ἀοίδιμον καὶ ζωοποιὸν αὐτοῦ θάνατον, τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδου ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ ἀχράντων χειρῶν, καὶ ἀναδείξας σοὶ τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, κλάσας, Εδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ ἀποστόλοις, εἰπών. λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

*REliquit autem .ſ. Chriſtus, nobis monumenta ſalutiferæ paßionis ſuæ: hæc quæ propoſuimus, ſecundum ipſius præcepta. Egreßurus .n. ad voluntariam, & celebrẽ, atq; viuificam ſuã mortem ea nocte, qua tradidit ſeipſum, pro mundi vita, accepit panem in ſanctas, atque immaculatas manus ſuas: Ac tollens, tibi Deo, & Patri, gratias agens, benedicens, ſanctificans, frangens: Dedit Sanctis ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis, dicens: Accipite, comedite: hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis frangitur, in remißionem peccatorum.*

*Pars cœnæ altera.*

*Μετάφρασις, copioſior expoſitio alterius partis cœnæ.*

Ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου λαβὼν κεράσας, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, Εδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ ἀποστόλοις, εἰπών: πίνετε, ἐξ αὐτοῦ πάντες: τοῦτ' ἐστὶ τὸ ΑἹΜΑ ΜΟΥ, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Οσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον: καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε: τὸν ἐμὸν θάνατον καταγγέλλετε: τὴν ἐμὴν ἀνάστασιν ὁμολογεῖτε.

*Similiter & poculum ex genimine vitis accepit, miſcuit, gratias egit, benedixit, ſanctificauit, Deditq; Sanctis ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis, dixitq́: Bibite ex eo omnes: hic eſt* SANGVIS MEVS, *qui eſt noui teſtamenti: qui pro vobis, & pro multis effunditur in remißionẽ peccatorũ. Hoc facite in mei recordationem. Quotiescunq; enim comederitis panẽ hunc, & de poculo hoc biberitis: meam mortem annunciate: meam reſurrectionem confitemini.*

## Repetitio verborum inſtitutionis Cœnæ, quæ extant apud IVSTINVM Martyrem, qui vixit à nato Chriſto, plus minus 160. annis, in Apologia ſecunda, pro Chriſtianis.

Οὐ γὰρ ὡς ΚΟΙΝΟΝ ΑΡΤΟΝ, οὐδὲ ΚΟΙΝΟΝ ΠΟΜΑ ταῦτα λαμβάνομεν: ἀλλ᾽ ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν, ἔσχεν: οὕτως, καὶ τὴν, δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα, καὶ σάρκες, κατὰ ΜΕΤΑΒΟΛΗΝ, τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ Ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα, εἰπεῖν: Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου. Τοῦτ' ἐστι σῶμά μου. Καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως, λαβόντα, καὶ εὐχαριστήσαντα, εἰπεῖν: Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου.

NOn enim vt VVLGAREM *panem, & vulgare poculum hæc ſumimus: ſed quemadmodum per verbum Dei, caro factus* IESVS *Chriſtus ſeruator noſter, & carnem, & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic etiaam, per verbum Precationis, & gratiarum actionis, ſacratam ab ipſo alimoniam, quæ mutata nutrit carnes noſtras, & ſanguinem, illius incarnati* IESV *carnem, & ſanguinem eſſe dicimus. Nam Apoſtoli in ſuis commentarijs, quæ vocantur Euangelia, ſic ſibi mandaſſe,* IESVM *tradiderunt: ſumpto pane, actisq́ gratijs, dixiſſe. Hoc facite in mei memoriam.* HOC EST CORPVS MEVM. *Similiter & ſumpto poculo, actisq́ gratijs, dixiſſe:* HIC EST SANGVIS MEVS, *&c.*

*Ἀντιδιαστολὴ panis, & potus in cœna, à vulgari.*

*Ratio huius, ab incarnatione Chriſti, ſeu perſonali vnione: qua probatur præſentia, ſeu manducatio, ac bibitio corporalis ipſius Chriſti.*

*Concluſio, & definitio alimõiæ cœnæ Chriſti. Eſt enim incarnati Chriſti caro, & ſanguis, quæ mutata, per verbum precationis, nutriũt corpus, & ſanguinem noſtrum.*

*Altera ratio, à teſtimonijs Scripturæ, ſeu verbis inſtitutionis.*

*HÆC, quæ Iuſtinus ponit, ſunt præcipua huius controuerſiæ, de Sacramentali, ſeu corporali præſentia, ſiue manducatione, & potu Chriſti, fundamenta: eaq́ ex proprijs fontibus deducta, ideoq́ οἰκεῖα, & τῆς θέσεως:* VNIO PERSONALIS, *ἕνωσις ὑποστατικὴ humanæ naturæ, cum diuinitate Chriſti, τοῦ Λόγου, &* INSTITVTIO COENAE, *ἡ τοῦ δείπνου τοῦ κυριακοῦ διαταγή. Quarum illa omnipotentiæ, hæc voluntatis Chriſti, eſt euidentiſsimum, ἀμετάπτωτον, καὶ ἀναντίρρητον documentum.*

## ΣΥΣΤΑΣΙΣ, COMMENDATIO ΤΟΥ ῬΗΤΟΥ, *VERBORVM SCILICET INSTITVTIO*nis cœnæ Dominicæ, clariſsimi, doctiſsimiq́ viri, IOACHIMI CAMERARII, ſumpta ex eius Catecheſi.

Περὶ τοῦ κυριακοῦ δείπνου ἔκκειται σαφέστατα ἡ διαταγὴ, ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἱστορίαις, καὶ παρὰ Παύλῳ. καὶ ἐστιν ἀμφίλογον οὐδὲν, ἢ σκοτεινὸν ἐν τούτοις. ὥστε θαυμάσαι, καὶ μᾶλλον σχετλιάσαι τινὰ, πρὸς τὴν τόλμαν τῶν τε τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ πηρώσει αἰκισαμένων, καὶ τῶν τὴν δύναμιν ἐκφαυλισάντων. Ἐστι δὲ ἡ πρᾶξις φανερῶς διατεταγμένη τῷ κελεύοντι ῥήματι, ἐσθίειν ἐκ τοῦ ἄρτου, καὶ πίνειν ἐκ τοῦ ποτηρίου. τὸ δὲ ῥῆμα ἀνενδοίαστον, ὅτι ὁ ἄρτος τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, καὶ τὸ ποτήριον, αἷμα αὐτοῦ ἐστι. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἀποκόπτοντας μέρος ἓν τῆς θείας διαταγῆς, οὐδὲ διαλέξεως ἔργον ἂν εἴη:

DE *Cœna Dominica ordinatio expoſita eſt planiſsimè, tam in Euangelicis hiſtorijs, quàm apud Paulum. Eſtq́, ambiguum, aut obſcurum in his nihil. Vt mirari aliquis, vel indignari quoq́ poſſit, conſiderans audaciã, & eorum, qui actionẽ hanc veluti mutilãdo lacerarunt, & eorum, qui vim eleuarunt. Eſt autẽ* ACTIO *manifeſtè ordinata verbo iubente comedere de pane illo, & bibere ex poculo illo. Verbum autem dubitationẽ non admittit, eſſe panem corpus Chriſti: et poculum eſſe ſanguinẽ ipſius. Ad eos ſanè, qui amputant vnam partẽ ordinationis diuinæ, ne diſputatione quidẽ vtendum*

*Propoſitio. A quibus deſcripta ſit cœnæ Dominicæ inſtitutio.* Ἐκ τοῦ σαφοῦς τοῦ ῥητοῦ. *Remotio contrariorũ, ambigui, & obſcuri.*

πόρισμα θαυμαστικὸν, καὶ σχετλιαστικὸν, *et* κατάστασις *bipartitæ refutatiõis.*

*Ratio* κατασκευαστικὴ, *qua exponitur* ἡ διάνοια ἀληθὴς, *vera ſententia verborum. & eſt definitio cœnæ.*

*Prima reprehenſio. Refutãtur enim Papiſtæ: qui alteram partem ſuſtulerunt populo.*

*Ἀποστροφὴ ἀγανακτικὴ, ἢ σχετλιαστική, à iuſto dolore, atq; indignatione.*

*Altera confutatio, Sacramentariorum: qui tollunt ex cœna corpus, & ſanguinem Domini, & in vtopiam quandam relegāt.*

*Ἀποστροφὴ νουθετική, admonitionem habens, directā ad eos, qui ſunt dociles.*
ἐκ τοῦ ἁπλοῦ, καὶ σαφοῦς ῥητοῦ.

*Occupatio, qua refutantur Tropiſtæ, & Figuriſtæ. Nō eſſe propter tranſſubſtantiationem Papiſtarum, tropos falſos comminiſcendos.*

*A ſimilibus exēplis, in quorum ἁπλῇ ἑρμηνείᾳ non eſt opus τροπικῇ ἀλληγορίᾳ, ὑπονοίᾳ, aut πλάσει διανοητικῇ.*

*Adaptatio ad præſentem cauſam.*

*Διάδοσις, diſtributio corporis, & ſanguinis Chriſti, in cœna Dominica.*

*Cauſa efficiens, Chriſtus.*
Ἐπίστασις, ἢ παράστασις τοῦ Λόγου.
Ἕνωσις ὑποστατική.

*Occupatio. His myſterijs fidem adhibendam, non proprias cogitationes.*

*Ab autoritate piæ, & eruditæ antiquitatis, ſeu vetuſtatis.*

ἀλλ᾽ ἀποστροφῆς πάντως, εἰπόντων ἡμῶν τοῦτο μόνον: σὺ τίς εἶ; ὃς οὐκ ἤδη ἀνταποκρινόμενος, αὐτῷ τῷ Θεῷ, ἀλλ᾽ ἀντιτεκταινόμενος, καὶ διαφθείρων τὸ ἔργον αὐτοῦ μαινομένου τρόπον ἀναισχυντεῖς; τοῖς δὲ ἑτέροις συγγνώμην ἴσως νέμων, οὐ μαινομένοις γε, καὶ νουθετῶν φαίη τις ἄν, τί ζητεῖτε τὰ ἀνερεύνητα, ὦ οὗτοι, καὶ οὐκ ἀρκεῖτε ῥανίδα πως ἀρυόμενοι, ἀπὸ πελάγους τῆς τῶν θείων γνώσεως; διὰ τί δὲ ἀφέντες τὸ ῥῆμα ἁπλοῦν ὑπάρχον, καὶ σαφές, περισκοπεῖτε ἀθρήσαντες πόθεν σχῆμα, ἢ τρόπον ἐποίσετε τοῦ ῥητοῦ; Ἀλλ᾽ ἐρήσετε, ὅτι διὰ τὰς ματαιολογίας τῶν παρεισαχθεισῶν μετουσιώσεων, καὶ μεταμορφώσεων, τῆς τυπικῆς φράσεως ἀντέχεσθαι ἔδοξεν ἄριστον εἶναι. ἦν δὲ βέλτιον τῆς ἁπλῆς ἑρμηνείας τοῦ ῥήματος Θεοῦ: ἣ οὐ δεῖται τροπικῆς ἀλληγορίας: ἀλλ᾽ εὐσεβοῦς θεωρίας. Ὥσπερ οὖν ὁ Υἱὸς Θεοῦ ἐνανθρωπήσας, καὶ παθὼν τῇ σαρκί, καὶ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανόν, κάθηται ἐκ δεξιῶν πατρὸς παντοδυνάμου, ἀληθινῶς μέν, καὶ χωρὶς πάσης ἀλληγορίας τε, καὶ ὑπονοίας, καὶ πλάσεως διανοητικῆς, οὐκ ἐν περιγραφῇ δὲ τόπου, ἢ λογισμοῦ ἀνθρωπίνου, ἀλλ᾽ ἀχωρήτως τε πάσῃ κτίσει, καὶ ἀνεκδιηγήτως τῇ φράσει, καὶ ἀκαταλήπτως τῷ νοῒ τῶν ἀνθρώπων. οὕτω καὶ τὸ ΣΩΜΑ, καὶ τὸ ΑΙΜΑ Ἰησοῦ Χριστοῦ, διαδίδοται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, κατὰ τὴν κυριακὴν διάταξιν, ἀτρεκῶς μέν, καὶ τῷ ὄντι, οὐ τροπικῶς, ἢ ἐσχηματισμένως τῶν ῥημάτων νοουμένων: ἀλλ᾽ ἐνδεικνυόντων ἁπλῶς τὸ σημαινόμενον, ἀφράστως δέ, καὶ ἀγνώστως, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν κατάληψιν, ἐν κοινῇ πίστει τῆς ἐκκλησίας, κατ᾽ ἐνέργειαν θείας δυνάμεως τοῦ ἀϊδίου, καὶ παντοκράτορος ΛΟΓΟΥ Θεοῦ, τοῦ ἀεὶ παρόντος, καὶ παρισταμένου τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, καὶ ἐπιβατεύοντος καιροῖς ἰδίοις, ἐπὶ τῆς γῆς, Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίου ἡμῶν. Περὶ δὲ τούτων, ὡς οὐδὲ περὶ ἄλλων ὧν τινων οὖν ὅσα πιστευτέον ἐν ἐκκλησίᾳ, οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων λογισμῶν δυνάμεθα λέγειν: ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀκολουθίας, ὥς φησιν Ἐπιφάνιος. καὶ οἱ ἐν ὁσίοις τῶν πατέρων πάντως ἐποιήσαντο λόγους

*tendū: ſed auerſandi ſunt iſti omnino: vbi hoc modo dixerimus: Tu quis es? qui non vereris, non iam reſpondere Deo, ſed fabricando contraria, & corrumpendo opus ipſius, furioſi inſtar, impius es. Alijs non veſanis quidem illis, veniam dans quiſpiam, & admonens eos, dicere poſſit: Vos cur imperueſtigabilia exquiritis? Neq; eſt ſatis vobis, guttam hauriri ex mari cognitionis rerum diuinarum? Quare autem, omiſſo verbo ſimplici, & plano, circumſpicitis, vnde ſchema, aut tropum afferatis illi, quod ſcriptum eſt? Sed dicetis: viſum eſſe optimum, figuratam amplecti locutionē, ꝓpter perperam introductas tranſſubſtantiationes, et transformationes. Atqui ſatius erat amplecti ſimplicem elocutionē verbi Dei: q̄ non eget tropica allegoria: ſed pia contemplatione. Quemadmodū igitur Filius Dei homo factus eſt, & paſſus carne, & reſurrexit ex mortuis, & aſſumptus in cœlum, ſedet è dextris Patris omnipotentis, reuera, & ſine omni allegoria, atque commento, & ficta animi intelligentia, non tamen ille Circumſcriptus loco, aut cogitatione humana, ſed ita, vt capere vlla creatura, & effari elocutio, & comprehendere mens hominum nequeat. Sic & CORPVS, & SANGVIS IESV CHRISTI, DISTRIBVITVR in Eccleſia, ſecundum ordinationem Dominicam: VERE, & RE-IPSA, non TROPICA, aut Figurata verborum ſignificatione: ſed indicio ſimplicis ſignificationis. ſic tamen: vt explicari exponendo, & animo percipi non poſſit: vt ſuperet omnem humanarum cogitationū comprehēſionem, in cōmuni fide Eccleſiæ: ſecūndum efficientiam diuinæ potentiæ, æterni, & omnipotētis Verbi Dei: quòd ſemper præſens, & auxilio fuit humano generi, & ſuis temporibus verſatum eſt in terra, Domini noſtri IESV Chriſti. De his autē, quemadmodum neq; de vllis alijs, quibus, in Eccleſia, FIDES debetur, non poſſumus ex proprijs cogitationibus diſſerere: ſed de ſcripturarū conſequentia: vt ait Epiphanius. Et Sancti Patres omnino ſic verba fecerunt de*

PRAE-

οὕτω, περὶ τῆς παρουσίας τοῦ ἀληθινοῦ σώματος, καὶ αἵματος Χριστοῦ. ὥστε ἄγαν ἀναίσχυντον ὑποληπτέον, τὸν ἄλλο φρονεῖν τε, καὶ διδάσκειν τολμῶντα, μὴ ἀφορίζοντα ἑαυτὸν τῆς ὀρθοδόξου, καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας. Διανέμεται τοίνυν κατὰ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἀτρεκῶς τό, τε τοῦ Χριστοῦ σῶμα ἐσθιόμενον, καὶ τὸ αἷμα πινόμενον, καὶ τὸ πρᾶγμα ἡ τῆς εὐσεβείας πίστις πάσῃ ἀνθρωπίνῃ νοήσει ἀκατάληπτον, ξυνίησι μόνη, ὅτι γίνεται ταῦτα οὐ πλαστῶς, οὐδὲ τυπικῶς, ἤγουν τροπικῶς, καθ' ὑπόνοιαν τινα: ἀλλ' ἀληθῶς, κατὰ τὸν νοῦν τῶν ῥημάτων. καὶ ὁ μὴ πιστεύων, καθάπερ λέγει ὁ Επιφάνιος, εἶναι αὐτὸν ἀληθινὸν, ὡς εἶπεν, ἐκπίπτει τῆς χάριτος, καὶ τῆς σωτηρίας. ὅταν δὲ ἀκούσωμεν, καὶ πιστεύσωμεν, πιστεύομεν ὅτι ἐστὶν αὐτοῦ. Τὸν δὲ κύριον ἡμῶν οἴδαμεν ὅλον αἴσθησιν, ὅλον αἰσθητικὸν, ὅλον Θεὸν, ὅλον κινοῦντα, ὅλον ἐνεργοῦντα. ὅλον φῶς, ὅλον ἀκατάληπτον, ἀλλὰ μετὰ χάριτος τοῦτο ἡμῖν δεδωρημένον. Οὕτως Επιφάνιος. Δεῖ τοίνυν κἀνταῦτα οὐ σοφίας, οὐ δὲ περινοήσεως ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ὑπακοῆς, καὶ πίστεως: μή πως ταῖς περιττοτέραις τῶν διαλέξεων βεβηλώσωμεν τὰ ἱερὰ, καὶ ἐξορχησώμεθα τὰ μυστήρια, τουτέστι τῆς ἀληθείας, καὶ χάριτος ἐκπέσωμεν, φρονοῦντες ὑπὲρ ὃ δεῖ, καὶ σχολάζοντες ζητήσεσι μᾶλλον, ἢ οἰκοδομαῖς.

PRAESENTIA VERI CORPORIS, & SANGVINIS CHRISTI. *Vt impudens valdè exiſtimandus ſit: qui aliter ſentire, & docere audeat: niſi ſe ſeparare velit à rectè ſentiente, & catholica Eccleſia. Diſtribuitur igitur in Dominica cœna,* VERE *ipſius Chriſti Corpus, quod* COMEDITVR, & SANGVIS, *qui* BIBITVR*: & ipſam rem pietatis religioſæ fides, quam nulla humanæ mentis facultas comprehendere poſſit, intelligit ſola: non fieri hæc Fictè, aut Figuratè, Tropico quodam commento: ſed* VERE, *ſecundum verborum Intelligentiam. Et qui non credit, quemadmodum ait Epiphanius, eſſe verum ipſum, quemadmodũ dixit, is èxcidit gratia, & ſalute. Vbi verò audierimus, & crediderimus, credimus quòd ſit ipſius. Dominum autem noſtrũ nouimus, totum ſenſum, totum ſenſu præditũ, totũ Deum, totum mouentem, totum efficaciter agentem, totũ lucem, totũ eum, qui cõprehendi nequeat: ſed qui iſtud nobis cum gratia donauerit. Hæc Epiphanius. Non igitur hoc loco requiritur ſapientia humana: ſed obedientia, atq; Fides: ne fortè procacioribus diſputationibus profanemus ſacra, & prodamus ſaltando arcana, id eſt, ne excidamus veritate, & gratia, ſupra id quod oportet, efferentes animos: & vacantes quæſtionibus magis, quàm ædificationibus.*

*Quomodo patres locuti ſint de præſentia Chriſti hominis in cœna.*

Πόρισμα. *Dipnomachos eſſe impudentes, & audaces doctores: ſeparantes ſe à catholica, & orthodoxa Eccleſia.*

*Concluſio, de διανομῇ, diſtributione corporis, & ſanguinis Chriſti: & de eorundem βρώσει, καὶ πόσει, manducatione, & potu.*

*CREDendum verbis Inſtitutionis.*

*Epiphonema, quo increduli Sacramentarij iudicantur.*

*A teſtimonio Epiphanij.*

*Epilogus huius doctrinæ de ſubſtantia Cœnæ Dominicæ, ſeu de rebus cœnandis, præſentibus in Eccleſiæ epulo, non abſentibus in cœlo Vranopœorum.*

# ΑΝΑΛΥΣΙΣ, vel Solutio narrationis cœnæ inſtitutæ in ſuas partes, atq; membra: quæ dicuntur περιστάσεις.

*In Cœnæ inſtitutæ hiſtoria, circumſtantiæ conſiderentur οὐσιώδεις, quæ ad eius naturã pertinent.*

- **I. Τὰ πρόσωπα, perſonæ, vt**
  - INSTRVCTOR *Conuiuij, quem, ex Latinis, quidam nominant Conuiuatorem: qui nimirum Conuiuas excipit conuiuio, & ad cœnam inuitat.* HIC *eſt* ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, *Dominus & Aſſertor noſter* IESVS CHRISTVS, *verax, & omnipotens æterni patris Filius. Hic enim inſtituit, & apparauit* τὸ δεῖπνον, *id eſt, vocauit ſuos diſcipulos ad hanc ſuam opiparam, precioſamq́; cœnam: eamq́; his ipſe dedit.*
  - CONVIVAE, *& cœnantes. Sunt perſonæ à Chriſto Conuiuatore ad cœnam paratam vocatæ, & conuiuio exceptæ. vt diſcipuli duodecim: cum quibus Dominus diſcubuit. Eorum alij fuerunt*
    - Πιστοὶ, καὶ ἄξιοι, *credentes, & digni. Vt fuerunt vndecim reliqui Apoſtoli Sancti.*
    - Ἄπιστοι, ἀμετανόητοι, καὶ ἀνάξιοι *increduli, impœnitẽtes, atq; indigni. Cuiuſmodi fuit* IVDAS *Iſcariotes,* ὁ προδότης, *proditor Domini.*
- **II. Τὸ πρᾶγμα res, ipſumq́; conuiuium, aut cœna. Conſtat autẽ in τ̃**
  - Βρώσεως, *ex victu, ſeu cibo, eoq́; duplici:*
    - TERRENO, *ſeu viſibili, & corporali,* χερσαίῳ, αἰσθητῷ, ὁρατῷ, καὶ φθαρτῷ. *vt* PANE *non fermentato,* ἄρτῳ ἀζύμῳ.
    - COELESTI, *inſenſibili, inuiſibili, & incorruptibili,* ἐπουρανίῳ, ἀναισθήτῳ, ἀοράτῳ, καὶ ἀφθάρτῳ. *Vt eſt Chriſti* CORPVS *præſens huic actioni, ſeu panis manducationi, quæ fit ore corporeo.*
  - Πόσεως, *ex potu: eoque etiam vel*
    - TERRENO, *qui ſenſu percipitur, hoc eſt, viſu, guſtatu, tactu, &c. & qui corruptioni eſt obnoxius, vt* VINVM *in calice:* τὸ πόμα, ἢ τὸ ποτήριον, τουτέστιν, ὁ οἶνος.
    - COELESTI, *qui eſt inſenſibilis, inuiſibilis, & incorruptibilis. Vt Chriſti* SANGVIS: *qui eſt noui teſtamenti, effuſus pro nobis, in ara crucis. præſens autem adeſt huic ſacramentali actioni .i.* τῇ πόσει. *quæ fit ore corporis.*
- **III. Τὰ τοῦ κυρίου, Domini in huius actionis parte**
  - *PRIMA ſunt*
    - **Facta,** πραχθέντα. *Nam panem*
      - ACCEPIT, ἔλαβε, *ſcilicet, in ſuas ſanctas manus.*
      - FREGIT, ἔκλασε, *ſeu diſtribuit.*
      - DEDIT *Diſcipulis ſuis duodecĩ,* ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ δώδεκα.
      - *In hac igitur actione neceſſaria eſt ἡ τοῦ ἄρτου*
        - Λῆψις, *ſumptio panis in manus. Eſt igitur in cœna accipiendus panis: vt cauſa: ſine qua non fit diſtributio.*
        - Κλάσις, *fractio, quæ ἀρτοκλασία eſt,* διάδοσις, ἢ διαμερισμὸς, *diſtributio, qua eum per particulas inter diſcipulos diuiſit.*
        - Δόσις, *exhibitio: qua ſingulis de pane communicauit: quæ* μετάδοσις, *&* κοινωνία *quoq; dicitur.*
    - **Dicta,** τὰ λεχθέντα. *Nam ſumpto pane,*
      - GRATIAS *egit, ſeu benedixit, quod eſt* εὐχαριστεῖν, καὶ εὐλογεῖν.
      - DE *pane ſumpto, fracto, & diſcipulis exhibito (*λέγων*) dixit:*
        - Προστακτικῶς, *iubẽdo, à fine, ſeu vſu inſtitutæ cœnæ,*
          - Accipite, λάβετε.
          - Comedite, φάγετε. *Non inquit, fide imaginatoria, ſine verbo, aſcendite in cœlum, veſtra ſpeculatione.*
        - Δεικτικῶς, ὁριστικῶς, καὶ ἀποφαντικῶς, *demonſtrando, definiendo, & aſſeuerando:* τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. *Hoc (panis, quem ego vobis do, vt eum accipiatis, & comedatis) eſt illud ipſum corpus meũ, quod pro vobis in mortẽ traditur.* τὸν ἄρτον *igitur definit, nõ eſſe panem tantùm, ſed etiã panem, qui eſt ſimul ſuũ corpus. Et hoc corpus disertè deſcribit, eſſe illud ipſum, quod ꝓ ipſis ſit dandum.*
        - Προστακτικῶς, *rurſus imperando, & mandãdo, ab effectu. Hoc facite, in mei recordationem (ſeruato hoc ritu) date, accipite, & edite panem illum, qui in hoc ipſo vſu, concurrentibus his actionibus, & circumſtantijs, eſt Corpus meum.*
      - *Hic igitur requiritur,* ἡ
        - Εὐχαριστία, ἢ εὐλογία, *gratiarum actio, ſeu benedictio.*
        - Panis
          - Λῆψις, *ſumptio*
          - Βρῶσις, *manducatio*
        - Παρουσία τοῦ Χριστοῦ σώματος, *Corporis Chriſti præſentia, in Vſu inſtituto, hoc eſt, dum panis*
          - *Sumitur,* ἐν τῇ λήψει τοῦ ἄρτου.
          - *Editur,* ἐν τῇ τοῦ ἄρτου βρώσει.
        - Ἀνάμνησις τοῦ κυρίου, *recordatio Domini, eiusq́; beneficiorũ memoria, atq; annunciatio, ſeu deprecatio. Hoc enim fuit extremum, & perpetuũ* μνημόσυνον, *quod ſuæ Eccleſiæ vſq; ad ſuum ad nos viſibilẽ reditum cõmendauit.*

## Analyſis hiſtoriæ inſtituti ritus, in ſuas circumſtantias.

A B

*Altera*, ſunt ſpectanda duo:

**Facta.** Nam μετὰ τὸ δειπνῆσαι, peracta cœna, Chriſtus poculum

- ACCEPIT, λαβών. *Sumendus eſt igitur in cœna peragenda Calix, ſeu vinum, quod eſt αἴτιον, οὗ οὐκ ἄνευ. Ergo Ioan. 6. non eſt inſtituta Cœna myſtica. Licet ad hanc alludat Chriſtus vicina illi, ſpirituali manducatione, & potu: qui eſt fidei.* — Λῆψις τοῦ ποτηρίου, *ſumptio calicis in manus.*
- *D*EDIT ILLIS, ἔδωκεν αὐτοῖς. *Matthæi 26. Marci 6. 14.* — Δόσις, *exhibitio diſtributioq́ calicis.*

**Dicta.** Etenim

- *I.* GRATIAS *egit*, εὐχαριστήσας. *Vnde à Paulo nominatur poculum benedictionis*, ποτήριον τῆς εὐλογίας, *cui benedicimus*, ὃ εὐλογοῦμεν. — Εὐλογία, ἢ εὐχαριστία, *benedictio, ſeu gratiarum actio.*
- *II.*
  - Προστάξει, DIXIT, *bibite ex eo omnes*, λέγων, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. — Πόσις, *bibitio. bibendum enim eſt ex poculo.*
  - Δείξει, ἀποφάνσει, καὶ ὁρισμῷ, *demonſtrando, indicando, & definiendo.* AIT *illis. Hic enim eſt* SANGVIS *meus, qui eſt noui Teſtamenti: qui pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Eſtq́* αἰτιολογία τῆς ἐντολῆς, ἀντιδιαστολῆς ἕνεκα, *ratio mandati, ſubiecta diſcriminationis cauſa. Vt hunc nouum potum, & alium à priore, hoc eſt, à vulgari potu, ſeu vino, diſcernat: ac diſcipulos ad hoc immortalitatis nectar, auidè bibendũ, inuitet. Lucas, & Paulus habent*, τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶ ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *Definit enim poculum, nempe, continens, pro contento*, μετωνυμικῶς *poſitum, pro vino: quòd ſit Chriſti pro nobis effuſus ſanguis. Ipſum etiã ſanguinem definit, quòd ſit noui teſtamenti: ne quis putet* τύπον, *vel* σχῆμα *eſſe.* — *Hic igitur concurrere oportet à parte Miniſtri Eccleſiæ, per cuius miniſterium præſens adeſt, licet* ἀόρατος, *Chriſtus, ſuum diſpẽſans bibentibus ſanguinẽ, hæc ſex. Vt ſunt:* — Παρουσία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, *præſentia ſanguinis Domini, in hac actione, qua bibitur ex calice iſto, vinum, cum quo, ſacramentali vnione, coniunctus eſt ſanguis Chriſti, qui ore corporeo hauritur.*
  - Προστάξει. *Hoc, inquit, facite, quotieſcunq́ biberitis, in mei commemorationem. Quotieſcunq́ enim de hoc poculo biberitis:* MORTEM *Domini annunciate, donec venerit.* — Ἀνάμνησις τοῦ κυρίου, καὶ ἡ τοῦ θανάτου αὐτοῦ καταγγελία, *recordatio Domini, eiusq́ mortis annunciatio.*

## Reſolutio narrationis Inſtitu-

Γ

✻✻

IIII. Τὰ τῶν μαθητῶν, diſcipulorū

Πραχθέντα, facta (quę actiones ſunt ἀντιστρέφουσαι, correlatiuæ) in Cœnæ parte

Prima. Diſcipulorum enim Chriſti, propter eius mandatum, eſt

1. Panem ipſis datum, & porrectum,

ACCIPERE, λαβεῖν, ſcilicet datum panem à Chriſto. Sunt enim hæ actiones relatiuæ.

COMEDERE, φαγεῖν, ſcilicet, non aſſeruare in ædicula idolatrica, vel circumgeſtare in pompis ſuperſtitioſis: vt Papiſtæ faciunt. Ideo enim iubet Chriſtus accipere panem: vt MANDVcetur. quæ actio propria eſt in hoc Sacramento.

Ratio harum actionum eſt. Hic enim, inquit, panis ſumptus, & manducatus, non eſt in hoc myſterio, κοινός, communis: ſed peculiaris: nimirum, qui eſt corpus meum. Vel, vt Paulus interpretatur, eſt κοινωνία, ſeu μετάδοσις, καὶ μετάληψις, diſtributio, & ſumptio, vel μετὰ δεδομένον, καὶ μετειλημμένον σῶμα τοῦ κυρίου, diſtributum, & ore ſumptum corpus Domini. Nec enim nobis adeſt alio modo ſacramentaliter, & corporaliter: niſi ratione manducationis: quam in hoc ritu inſtituit.

2. HOC FACERE, τοῦτο ποιεῖν, in Chriſti ἀνάμνησιν, recordationem. Quod igitur Dominus fecit, in hac prima cœna: idem, quamdiu manebit Eccleſia, id eſt, ad eius vſque reditum ad nos viſibilem, faciendum eſt. Fecerunt enim illud Apoſtoli in prima cœna. Et in hac actione adeſt Chriſtus totus, & integer, Deus, & Homo, ὁ προσφέρων, & ὁ προσφερόμενος: dans per miniſterium Eccleſiæ à ſe inſtitutum, ſumenti, & manducanti (non dicit includenti, vel circumgeſtanti: nec dicit credenti, fide φανταστικῇ, imaginatoria, ſeu ἐκστατικῇ, ἐξωβατικῇ, ἀναβατικῇ, καὶ οὐρανοβατικῇ, qua quis ſpeculatione, & cogitatione σαρκικῇ, vel puerili, tanquam extra ſe rapitur, & aſcendit, ſuo iudicio, ſomnians, in cœlum fictitium) dans, inquam, edenti cum pane, ad hunc vſum ordinato, ſuum corpus manducandum. Eſt ſanè omnino neceſſaria fides veſcentibus in hac cœna: ſed quæ verbo, de hac ipſa, tradito, & inſtitutioni innitatur: non quæ hac relicta, & reiecta, ſine verbo, inſtar Vranobatarum, in cœlum locale, quod ſurſum alicubi ſit, aſcendat: ibique Chriſti corpus quærat: vbi nunquam reperiet. Demonſtrat enim Chriſtus ſua manu, panem: quem ſuum corpus ESSE pronunciat. quod hic certiſſimè, cum ſe ad illud ſymbolum, offerens, & continens, alliget, inuenitur.

Altera. Nā diſcipuli Chriſti, inter quos etiam Iudas traditor Domini ſui fuit,

OMNES ex poculo bibere debent. Id quod & fecerunt, teſtante Marco: qui inquit, καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες. Et biberunt ex eo omnes .ſ. poculo, quod accepit Dominus, & quod actis gratijs, illis dedit, dicens: bibite ex eo omnes. Quæ ſubiecti quantitas diligenter eſt conſideranda.

Iam quod ex poculo hoc biberunt vinum, EST ſanguis Chriſti, ſanguis noui Teſtamenti: qui pro ipſis, & pro multis effuſus eſt, in remiſſionem peccatorum. Sic Paulus definit poculum benedictionis: quòd ſit κοινωνία .ſ. μετάδοσις, καὶ μετάληψις, exhibitio, & ſumptio Sanguinis Chriſti, pro nobis profuſi. Nec alio modo nobis adeſt in hoc

A E

Δ E

*οἱ ἀεροβατοῦντες οὐρανοπλάσται. qui, vt nouum quoddam cœlum, in quod abripiuntur ſuis phantaſmatis comminiſcuntur: ſic, neſcio quam fidem, ſine Dei verbo, excogitant, quæ omnia ſibi, quia longas, regio more, habeat manus, præſentia faciat. ſcilicet imaginatiuè. quæ ſanè fortis eſt ſpeculatio.*

*in hoc ſacramento, corporaliter, ſanguis Domini: nulla etiam alia ratione ſacramentaliter, vel μυστικῶς, ſumi, & bibi poteſt: quàm hac ipſa, quam mandauit Chriſtus, ſumptione corporea, quæ fit ore carnali. Fruſtrantur igitur hoc nectare, vt illa ſuperiore ambroſia: qui ficta, commentitiaq́ fide, vel potius φαντασίᾳ, διανοίᾳ τε σαρκικῇ, imaginatione, & cogitatione humana (neglecto hoc* IVBENTIS FILII DEI VERBO*) in cœlum ſuum τοπικὸν (quod extra, vel ſupra hunc mundum architecti οὐρανοπλάσται, vbi nullus eſt locus, quod fateri coguntur philoſophaſtri illi, collocant.) ἐκστατικῶς ſe attollunt. Sed dimittamus hos οὐρανοποιοὺς, καὶ βεβήλους: & ſimpliciter, καὶ ἀσφαλῶς verbo infallibili Aſſertoris noſtri, fidiſſimi doctoris, inhæreamus: qui poculum, ſeu potum disertè definit, eſſe ſuum ſanguinem: qui ſit & noui Teſtamenti: & effuſus in ligno crucis. ne quis putet τύπον, vel σχῆμα, vel σκιὰν, hoc eſt, figuram, adumbrationemúe eſſe. Etſi nemo negat, panem, & vinum eſſe ἀντίτυπα, correſpondentes figuras, ijs rebus, quas ſecum adferunt, & exhibent: non autē rerum abſentium.*

HOC FACERE IVBENTVR, *quotieſcunq; biberint, in Chriſti commemorationem. Quotieſcunq; enim comederint panem* HVNC *( qui eſt corpus Chriſti, propter ἕνωσιν, ἢ σύνδεσμον μυστικὸν, vel quo tanquam ὀργάνῳ, ſeu medio, Corpus Domini veſcentibus diſtribuitur, & manducando panem, aſſumitur.) & quoties de poculo* HOC *( in quo cum vino ſimul adeſt ſacramentaliter coniunctus Sanguis Chriſti, hauriendus ore corporeo) biberint: mortem Domini, donec venerit, commemorare debebunt.*

ΤΑ ΛΕΧΘΕΝΤΑ, *dicta. De quibus nihil prorſus memorant Euangeliſtæ, nihil Apoſtolus Paulus, nihil antiquitas erudita, piaq́ vetuſtas. Subacto enim, & docili ingenio fuerunt præditi Chriſti diſcipuli. qui, quod Dominus, & παιδαγωγὸς... παραστάτης illorum dixit, id crediderunt eum quoq; poſſe præſtare, & præſtare velle: nihil ambigentes, vel de eius optima voluntate, vel de eiuſdem diuina potētia. Omnis igitur hic ἀπιστία, omnis ἐνδοίασις, omnis γογγυσμὸς, vel ἀνταπόκρισις, id eſt, incredulitas, dubitatio, murmuratio, ſeu reſponſatio Capernaitica, academica, humanaq́, faceſſat, & oculis, rationeq́ cæca clauſa, & captiuata, in obſequium nos demus fidei.*

## De Modo, ſeu forma ritus Cœnæ Dominicæ.

*Ritus primæ Cœnæ, ipſius Christi.*

*Ritus ſecundæ cœnæ Apoſtolicæ, vt Pauli.*

Ritum, formamq́ Cœnæ Dominicæ, deſcribunt, vt ſuprà oſtendimus in harmonia, Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, & Lucas: & poſt hos, ad Corinthios, Apoſtolus Paulus. Qui, quoniam fideliter huius actionis formam, ac modum retinent: ſequi eum debet omnium ſeculorum Eccleſia. Quod enim accepit à Domino: id tradidit ſuis Corinthijs: nempe vtranq́ cœnæ partem: corpus, & ſanguinem Domini. Itaq́ grauiter obiurgat ἀταξίαν, & βεβηλότητα, ordinis confuſionem, & prophanationem horum ſacrorum in illo loco. Quòd ſectis ortis, turbaſſent Corinthij ritum à Chriſto mandatum: & ad eam ipſam formam eos ſeriò reuocat. Quò magis execrandi ſunt Pontifices Romani: qui cœnam Domini mutilarunt, & in formam theatricam, & ſcurrilem, vel monſtrum potius, in vltimas terras deportandum, ſceleratè transmutarunt.

*Sacramentariorum cōmeſſationes.*

Qualem autem Sacramentarij accubationem, fractionemq́ panis, ac poculi diſpenſationem, in ſuis concœnationibus, non omnino abſimilibus Corinthiorum commeſſationibus, vſurpent, pleriſq́ notum eſt.

*Artoclaſtæ.*

In qua ceremonia, niſi cum fragore quodam, panem diſtribuant: de cœnæ opinantur actum eſſe natura. Nec ignoramus, quam verborum pronunciationem adhibeant. Principalia certè inſtitutionis cœnæ membra impiè prætermittunt, vt de cæteris ineptijs taceam.

*Anabaptiſtarum concœnationes. vide Sleidanum.*

His non abſimiles ſunt Anabaptiſtæ: de quorum furoribus in Monaſterienſi hiſtoria exponitur. Nos verò Magiſtri noſtri Chriſti imperata faciamus: ſequamurq́ in celebranda cœna, formam ab ipſo traditā, & ſeruatam à Paulo.

*Simplex, & recta cœnæ celebrādæ, ratio.*

Appoſitis enim ſymbolis, ſeu elementis, accedat verborum inſtitutionis recitatio: vt fiat Sacramentum: Poſtea, accedentibus ordine conuiuis, diſtribuatur panis, & vinum, & per hæc, corpus, & ſanguis Chriſti: repetitis verbis, quibus hæc ſigna definiuntur. Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus, &c̄. addito Chriſti mandato. Hoc facite in mei commemorationem. Hic enim ritus eſt veteris, & purioris Eccleſiæ.

## Circumſtantię ipſius Ritus, ſeu actionis Cœnæ.

Locvs. *Nam cœna Dominica peracta eſt in ciuitate, apud patremfamiliâs, πρὸς τὸν τῆς οἰκίας οἰκοδεσπότην, in diuerſoriò, ἐν τῷ καταλύματι, in triclinio magno, ſtrato, parato, quod Marcus, & Lucas vocant ἀνώγεων μέγα, ἐστρωμένον, ἕτοιμον. At locus non eſt de natura, atq; eſſentia ſacramenti. Vbicunq; enim terrarum ex Chriſti inſtituto, & verbo, hoc eſt, ritè, κατὰ τὰ ὁσιώδη, celebratur cœna: ibi Chriſtus in medio eſt communicantium .i. miniſtri exhibentis, & ſumentium, quotquot illi ſint. Iuxta illud: Vbicunq;* dvo, *aut* tres *in meo nomine cõgregati ſunt: ibi* medivs *ſum inter eos. Quæ congregatio exigua licet ſit: eſt tamen Eccleſia. Non igitur clinica eſt cœna: quæ ægrotantibus porrigitur. Eccleſia enim non eſt ſtructuris amplis, magnificisq; ædibus, templisq; aſtricta: ſed verbo, & ſacramentis alligata. Vbi tamen publici congreſſus frequentiores ſunt: ibi, vt vox puræ doctrinæ ſonare debet: ſic hæc myſteria diſpenſari. Numerus autem perſonarum, & inſanæ ſubſtructiones, non, ex ſe, conſtituunt Eccleſiam.*

Tempvs. *Primo die azymorum Paſcha immolarunt. Item, ὀψίας γενομένης, cùm veſpera eſſet: tum enim diſcubuit Ieſus cum duodecim. Item veſcentibus eis, accepit Ieſus panem. Similiter poculum, poſtquam cœnauit, μετὰ τὸ δειπνῆσαι. Lotis igitur diſcipulorum pedibus, ac* institvto ritv *Cœnæ Dominicæ, exijt ad montem Oliueti: vbi cum, pro ſua conſuetudine, ardenter precatus eſſet: & ſanguinis guttas ſudaſſet: dormientibus diſcipulis, proditione Iudæ Iſcariotis, ab hoſtibus capitur. Fuit is dies, quem vocant Iouis, IX. Cal. Aprilis. Eſt autem in hac quoq; circumſtantia ſua Chriſtianis libertas. Itaq; Paulus, quotieſcunq; enim comederitis, inquit, panem hunc: & de calice biberitis: mortem Domini annunciate: donec venerit.*

*Reliquæ ſequuntur circũſtantiæ, non ὁσιώδεις, ſed ἀδιάφοροι: quæ non ſunt neceſſariæ ad σύστασιν, ſeu ad conſtituendam rei naturam, ſed ſunt liberæ: vt quæ mutari poſſunt. Cuiuſmodi ſunt,*

Materia, *& forma, panis, & calicis. De panis, & calicis autem materia, & figura, nihil habemus in diuinis literis traditum. Itaq; commoditati, & opportunitati, in his, ſeruire licet Chriſtianis. Panis frangendus eſt, id eſt, per particulas diſtribuendus: ſiue illæ particulæ, propter actionis commoditatem, à miniſtris antè factæ ſint: ſiue, quod incommodius eſt, in ipſa diſpenſatione ſacramẽti fiant. Et ſiue rotundæ ſint: ſiue alia quadam figura præditæ. Hæc enim omnia ſunt ἀδιάφορα. Itaq; Artoclaſtæ, de lana, quod aiunt, caprina rixantur: dum vociferantur, panem frangendum, vt à plurimis fragor, ſonituſq; exaudiatur. Quaſi verò in ſtrepitu panis, in fruſtula diſcerpti, ſubſtantia cœnæ Domini conſiſtat: non in diſpenſatione corporis, & ſanguinis Chriſti: & frangere, ſit non diſtribuere panem, quod fit particulis: ſed, cum fragore, panem in fruſta diſcerpere. Sed iſtos homines ineptos, & ridiculos, cum ſua ἀρτοκλασίᾳ dimittamus: & quod principale eſt: fideliter teneamus. Non minus delirant, qui litigant, de forma, & materia, vel etiam nomine ποτηρίου. Quidã enim, odio Papiſtarum ſcilicet, nõ calicem, id eſt,* Kelch/ *ſed poculum,* Bächer/ *nominare malunt. Itaq; à forma calicis Eccleſiaſtici, religioſuli iſti, abhorrent: vt fortes in Papatu deteſtando, fugiendoq; eſſe videantur. Argentum etiam, & aurũ, crede mihi, continentes iſti, ſic auerſantur, ſic contemnunt: vt ligneum craterem (vitreus enim fragilior eſt) apponant, in ſuis concœnationibus agreſtibus. Argenteum, & inauratum, tanquã idolum, abominantur. Hanc enim ipſam ob cauſam, Εἰκονόμαχοι, εἰδωλόμαχοι volebam dicere, inauratas imagines, ſtatuaſq; deiectas, Gigantum more, è ſuis templis, inſaniente vulgo, exturbarunt: in marſupijs, numiſmatis aureis, & argenteis impreſſas imagines cupidè aſſeruant, egregij, ſcilicet, Eccleſiarum inſtauratores. Sed fuit alia, à veris reformatoribus, diuiniq; honoris, veritatiſq; vindicibus, ratio adhibita, in aſſerenda Chriſtiana libertate, aduerſus intolerabilem tyrannidem Romani Antichriſti: quàm iſta tumultuoſa: quæ non ſine ſudore, & puluere, abſq; vulneribus certè, & ſanguine, ab iſtis heroibus fuit ſuſcepta.*

*Sic inter Corinthios, quidam famelici homines erant: quidã ebrij belluones.*

*Quòd ſi neceſſarius idem locus eſt, & idem tempus: cur non in Palæſtinam abeunt fanatici, ſuam cœnam ibi celebraturi? Idq; non in templo Hieroſolymitano: ſed domo patrisfamiliâs: vt clinicum peragant epulum. Iidem non ieiuni ante meridiem, ſed prius, celebrato Paſchate, cœnati, poſt Solis occaſum, iſtud agitent conuiuium: & cum duodecim tantùm diſcipulis, in menſa diſcumbentibus. quanquam ſuaderem, vt vndecim adhiberent: dimiſſo proditore Iudæ ne in Turcarum manus traderentur. Atq; hi in anno duntaxat, IX. Cal. Aprilis, ibidem ſolenniter, iter longiſſimum ingreſſi, celebrare illam cœnam debebunt. Non enim facile, intra hoc tempus, eam poterunt repetere. Verùm, cùm ipſimet ignorent, quali poculo vſus ſit Chriſtus: oſtendere ipſis minimè potero, vtrùm ligneo cyatho, an vitreo poculo, quod Venetijs, ex multis, deligere ipſis nauigaturis, licebit, vti debeant. Quod ſi facient: digni erunt, qui ordine, & inſignibus Equitum auratorum, reuerſi, donentur.*

## Quis ſit Status, ſeu Quæſtio in cauſa hac Sacramentaria.

QVAESTIO eſt, de vnione ſacramentali corporis Chriſti, cum pane: & ſanguinis Chriſti, cum vino: ſeu de præſentia, & manducatione, atque potu corporis, & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti, in Cœna, quæ hic in terris peragitur. Item quæſtio eſt, de ſumptione, non ſymbolorum modò, ſed etiam corporis, & ſanguinis Chriſti, quæ fit ore corporeo. Hanc nos aſſerimus: Sacramentarij Dipnoſophiſtæ eam negant. Et de fidei manducatione, atque potu multa garriunt: cuius contemplatione, ſubtiles iſti ſpiritus, in cœlum vſque, ecſtatici ἀεροβάται, ſubuolantes aſcendunt: ibique Chriſtum in ſolio, ſeu throno ſuo cœleſti comprehendunt: potentiores ſcilicet ſuis alis, id eſt, imaginationibus, & ſpeculationibus, ipſomet Chriſto: cui impoſsibile ſit, in cœlo manere, & hic in terris ſuæ Eccleſiæ adeſſe, ſeque illi totum tradere, & exhibere manducandum, & bibendum: vt in nos maneat, & fiamus caro de carne illius, oſſa de oſsibus eius. In cœlo enim, in quod ſemel aſcendit: ita manet, vt illi blaterant: vt in ſuo verbo, & Sacramentis ſuis, quæ Eccleſiæ commendauit, eſſe non poſſit. Ergo de præſentia Dei prius dicamus, quotuplex illa ſit: & de qua hic controuertatur: poſtea de huius quæſtionis ſtatu pluribus diſſeremus.

# ΑΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣ ΔΙΑΦΟΡΑΙ.

# DISCRIMINA PRÆSENTIÆ DEI.

PAVLVS, Actor. V.

In ipſo ſumus, viuimus, & mouemur.

*VVLGATVS, SED VERVS, DE DEI* VBIQVE PRAESENTIA, verſiculus.

*Ὄντως παρόντως Deus eſt, & VBIQVE potenter.*
*Sic veteres dixerunt: Deum eſſe vbiq; præſentia, eſſentia, & potentia.*

MARCI IX.

*Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.*
*Illud ſi potes credere:* OMNIA *poſſibilia credenti.*

## De Dei vbique præſentia, & de

- DEI præſentia, ἡ τοῦ Θεοῦ παρουσία, eſt partim
  - COMMVNIS tribus in Diuinitate perſonis. Quæ præſentia eſt vel ἡ
    - Καθόλου, vniuerſalis, ſeu generalis, quæ eſt τῆς τῶν κεκλισμένων
      - ΚΤΙΣΕΩΣ, rerum omnium Creationis.
      - ΦΥΛΑΚΗΣ, καὶ τῆς κυβερνήσεως, rerum conditarum conſeruationis, ſuſtentationis, atq; gubernationis.
    - Εἰδικὴ, ſpecialis. qua ſe Deus hominibus patefacit, & applicat. Eaq; vel eſt
      - Ἰδία. PRIVATA, qua extra prædicationem verbi, & vſum Sacramentorum, Deus præſens adeſt hominibus, τῇ
        - Ἐπισκέψει, viſitatione.
        - Βοηθείᾳ, ope, atq; auxilio, ſuis enim adeſt praſtò Deus in periculis. Impijs etiam præſens adeſt ſua beneficentia.
        - Ἐνοικήσει, καὶ μονῇ, inhabitatione, atq; manſione.
      - Δημοσία. ECCLESIASTICA, & publica. Nã præſens adeſt Deus, in cœtu vocatorum, per
        - VERBI, ſeu Euangelij prædicationem. Nam vbicunq; ſonat, per miniſterium à Chriſto inſtitutum, vox doctrinæ cæleſtis: ibi DEVS eſt præſentiſſimus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, omnes Sancti Angeli, regnumq́; cælorum, verum deniq; cælum ibidem præſens adeſt.
        - SACRAMENTORUM diſpenſationem, & rectum vſum. Eſt enim totus Chriſtus, Deus, & homo præſens in adminiſtratione
          - BAPTISMI. Etenim ipſe eſt, qui baptizat igni, præſens Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Miniſter enim aquam ſolum adminiſtrat. Deus autem, per ſuam ordinationem, & promiſſionem, efficax eſt.
          - COENAE Dominicæ. In qua Chriſtus Deus, & homo, adeſt pani, & vino, omnibusq́; veſcentibus, & bibentibus. Ideoq; adeſt ori corporeo, ſua carne, ſuoq́; ſanguine. Nec anima tantùm adeſt, quæ intra nos in terris eſt: ſed corpori etiam noſtro. Itaq; & Deus Pater, & Spiritus Sanctus (templum enim Dei ſumus) adeſt præſentiſſimus. Semper .n. Chriſtus cum Patre eſt: & ex his procedit Spiritus ſanctus. Finis huius eſt ἡ μετὰ τοῦ Χριστοῦ συσσωμάτωσις, quòd hac Chriſto quaſi incorporemur, quæ arctiſſima, cum eo, eſt ſocietas, & coniunctio.
  - PROPRIA totius perſonæ Chriſti, in vtraq; natura: qua Chriſtus Deus, & homo totus, Mediator videlicet integer, præſens eſt VBIQVE, præcipuè tamen ſuæ Eccleſiæ. B.

## alijs modis præſentiæ Chriſti.

*Quæ præſentia trium in Diuinitate perſonarũ, ipſiusq; Chriſti, & quidẽ Dei, & hominis, in nouo teſtamento, appellari Græcè poteſt, παρουσία τοῦ Θεοῦ*

ΚΤΙΣΤΙΚΗ. *Ratione enim Creationis, adeſt Deus Pater omnibus rebus, quas per Filium condidit, & per Spiritum Sanctum fouet. Itaq; & homini, ὁ κτίσας αὐτὸν Θεὸς, adeſt.*

ΦΥΛΑΚΤΙΚΗ, ἢ κυβερνητική. *Nam ratione conſeruationis, & gubernationis, Deus adeſt præſentiſſimus, vt omnibus alijs creaturis: ſic hominibus. In impijs etiã eſt, & diabolis adeſt, ratione communis ſuſtentationis.*

ΕΠΙΣΚΕΠΤΙΚΗ. *Qua Deus præſens, iniquitates hominum viſitat caſtigationibus, & pœnis.*

ΒΟΗΘΗΤΙΚΗ. *Dominus enim propè eſt ipſum inuocantibus. Sic Chriſtus κατὰ παράστασιν, ἢ ἐπίστασιν, aſtitit Paulo, vt auxiliator, & conſolator.*

ΕΝΟΙΚΗΤΙΚΗ. *Quæ Dei, in hominibus pijs, vt in ſuis templis, eſt inhabitationis, & manſionis: fitq; per fidem, & dilectionem.*

Ἡ διὰ τοῦ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ κήρυγμα. *Eſtq; communis. In cœtu enim verbum Dei audientium, quantumuis exiguo, ipſe adeſt præſens Deus.*

ΜΥΣΤΙΚΗ, καὶ ἰδία, *Sacramẽtalis, quæ eſt ſingularis, qua Chriſtus totus præſens ſuæ Eccleſiæ, ſingulis eius mẽbris ſe applicat:* κατὰ

Τὸ ΕΝΔΥΜΑ. *Quotquot enim baptizantur, Chriſtum induunt. His igitur proximior adeſt: quàm propè eorum corporibus indumentum.*

Τὴν ΒΡΩΣΙΝ, καὶ πόσιν τοῦ ἄρτου, καὶ οἴνου δειπνικοῦ, *eſu & potu, panis, & vini cœnæ Dominicæ. Cuius ratione applicantur veſcentibus, & bibentibus, corpus, & ſanguis Chriſti, per ſigna viſibilia, & externa. Vt hac* λῆψει, INCORPORENTVR *Filio Dei, vel* σύσσωμοι *cum illo fiant, id eſt, caro de carne illius, oſſa de oſſibus eius, ac viua illius membra. Si modò credant, digneq; ſumant. Nam impij, etſi, cum ſymbolis, in cœna ſumunt intra ſe, manducãdo, & bibendo Chriſtũ: tamen nõ vt ſeruatorẽ, ſed vt iudicẽ accipiũt. quæ* παρουσία *nõ* σωστική, *ſed* κατακριματικὴ *nominatur.*

*Omnis autem ſpecialis* DEI *præſentia,* τῇ ἐπιφανείᾳ, *apparitione, vel eſt*

Φανερικὴ, *apparitionis, qua Deus apparuit, in veteri teſtamento, Sanctis, idq; certis in locis. Hac ſpeciali præſentia, peculiariter adeſt hominibus, & ſe eis reuelat, atq; exhibet. Sic apparuit Adæ, Abrahæ, & alijs Patribus. Sic præſens erat in rubo montis Sinai, quando loquebatur cum Moſe. Sic Chriſtus Prophetis locutus eſt: ſanctisq; adfuit, in veteri populo.*

Ἄφαντος: *qua, etſi vbiq; locorum ſit Deus: tamen non omnibus, & vbiq; ſe patefacit, vt appareat. Sic ſpeciali modo Dominus ſemper adfuit, & adeſt Eccleſiæ ſuæ: & non adeſt Idolatricis, & impijs Gẽtibus, Turcis, Iudæis, licet præſentiſſimus vbiq; ſit.*

# De Chriſti incarnati præſentia: item, quid ſit *VNIO PERSONALIS*, ἕνωσις ὑποστατικὴ, & quid ſit VNIO SACRAMENTALIS, ἕνωσις μυστική.

B.

*Iam verò Chriſti incarnati præſentia, in perſonali vnione, qua* VERBVM (ὁ λόγος) *caro factum eſt, admiranda & ineffabili, ſeu ἀκαταλήπτῳ γενέσει, aut eſt*

- ΦΑΝΤΙΚΗ', τοπικὴ, περίγραπτος, καὶ φυσικὴ, *viſibilis, localis, & circumſcripta, pro modo corporũ naturalium. qua ſpeciali præſentia, veritatẽ humanæ ſuæ naturæ oſtendit. Idq; tum*
  - *Ante aſcenſum in cœlos,* πρὸ τῆς ἀναβάσεως αὐτοῦ εἰς τοὺς οὐρανοὺς. *Vt*
    - *Ante reſurrectionem,* πρὸ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, ἐκ νεκρῶν. *Quo tempore, contra naturam aliorum humanorum corporum,* ἄφαντος *etiam aliquoties factus eſt.*
    - *Poſt reſurrectionem,* μετὰ τὴν ἀνάστασιν *quæ fuit* τῆς οἰκονομίας, *diſpenſationis.*
  - *Poſt aſcenſionem in cœlos,* μετὰ τὴν ἀνάβασιν, *& poſt ſeſſionem eius ad dexteram Patris ſui,* μετὰ τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἐκ τῶν δεξιῶν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. *Fuit & hæc inuiſibilis præſentia, ſeu manifeſtatio* τῆς οἰκονομίας.
- ΑΦΑΝΤΟΣ, ἀόρατος, ἀπερίγραπτος, καὶ ὑπερφυσικὴ, *inuiſibilis, non circumſcripta, nõ localis, ſed ſupernaturalis, & cœleſtis. Qua Chriſtus vbiq; præſens eſt omnibus rebus, per ipſum conditis: nobis autem Chriſtianis adeſt ibi, vbi ſe verbo, & ſacramẽtis alligauit: etiamſi nec conſpiciatur, nec loco circumſcribatur. Etſi enim in loco eſſe videatur: tamen nõ ideo ibi eſt localiter. Hæc* παρουσία *rurſus eſt vel*
  - GENERALIS. *Qua Chriſtus præſens adeſt* VBIQVE TOTVS, *& integer, Deus, & homo, in vna indiſſolubili perſona, omnia corám gubernans. Hæc præſentia nominatur à Græcis* ἝΝΩΣΙΣ ὙΠΟΣΤΑΤΙΚΗ', VNIO PERSONALIS. *De qua poſt ſanctæ memoriæ virum,* D. MARTINVM LVTHERVM, *verè, piè, & theologicè ſcripſit in diuerſis libris, reuerendus, & incomparabilis vir,* D. IOANNES BRENTIVS. *Eſt enim hæc omnium cæterarum Chriſti in ſua Eccleſia præſentiarum, fundamentum. quæ niſi ponatur, ſicut ponenda eſt: fruſtra de alijs modis diſſeretur.*
  - SPECIALIS. *Qua adeſt totus Chriſtus ſuæ Eccleſiæ, iuxta eius promiſſiones, in verbi prædicatione, & in Sacramentis. Sic enim in cœna Dominica, non ſolùm adeſt generali præſentia, ſeu* ἑνώσει ὑποστατικῇ *(quam hoſtes præſentis Chriſti hominis barbaris vocabulis* πανταχουσίαν, *&* πανδοτοπίαν, *vel vbiquitatem vocant) verum etiam ſpeciali, quæ* μυστικὴ ἕνωσις, *ſacramentalis* VNIO *dicitur. Nam in cœna Dominica, Chriſtus ſuo corpore adeſt pani, qui manducatur: adeſt etiã vino, ſanguine ſuo: qui ex calice bibitur. ſed adeſt, non propter panem, & vinum, ſed propter veſcentem, & bibentem: & propter ſuum verbum, cœnæq; inſtitutionem. Atq; hæc vnio non eſt, vt illa, ſempiterna, & perpetua: ſed eſt ſeparabilis: ac durabilis ſolùm in* VSV, *id eſt, in manducatione, & potu: quibus actionibus ſacramenti huius proprijs, tanquam medijs, intra nos recipitur: vt hac ſumptione, fideles ei incorporentur,* κατὰ συσσωμάτωσιν: *impij autem ſeuerum ſentiãt iudicem.*

*Eſt igitur* VNIO PERSONALIS, *naturæ humanæ, in Chriſto, diuinitati,* τῷ Λόγῳ, *inſeparabiliter, & vbiq; coniunctæ, præſentia. Vel, Chriſti humanitatis vbiq; præſentia, eſt perpetua, & indiſſolubilis vnio, ſeu copulatio humanæ, in Chriſto naturæ, cum diuina, in vna perſona: vt ὁ Λόγος maſſam humanæ naturæ ſemel aſſumptam, nuſquã, & nunquam deponat, ſed vbiq; ſecum coniunctam habeat, eamq; ſuſtentet.*

SACRAMENTALIS *Chriſti præſentia eſt* VNIO, *ſeu copulatio corporis, & ſanguinis Chriſti, cum ſymbolis, pane, & vino, in vſu, à Domino inſtituto, durabilis, id eſt, in cœnando, ſeu edendo, & bibendo. Elementa enim abſumuntur: Chriſtus ſumptus, non abſumitur (mors enim non amplius illi dominatur) ſed manet in cœnantibus, videlicet, in credentibus, vt viuificator, & ſeruator, in impijs, vt iudex ſeuerus.*

# Modi diuerſi præſentiæ Dei.

## EXEMPLA, SEV LOCA SCRIPTVRÆ: quibus oſtenditur, eſſe diſcrimina Præſentiæ Dei: ſicut actionum, & promiſsionum diuinarum ſunt differentiæ, diuerſaq́ genera.

### *DE VNIVERSALI PRÆſentia* DEI.

*Generali præſentia, Deus implet cœlum, & terram: creator, & conſeruator omnium rerum.*

Eſaiæ 66.

*Cœlum mihi ſedes eſt: & terra ſcabellũ pedum meorum.*

Hierem. 23.

*Cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus.*

3. Reg. 8.

*Cœlum, & cœli cœlorum te capere non poſſunt. Ita Salomon, à maiori ad minus argumentatur: Si cœlum, & cœli cœlorum te capere non poſſunt: quantò minus domus hæc, quam ædificaui?*

Iob. 11.

*Excelſior cœlo eſt: & quid facies? profundior inferno: & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius, & latior mari.*

Et Pſal. 139.

*Quò ibo à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?*

*Si aſcendero in cœlum: tu illic es. Si lectum ſtrauero in infernum: ecce ades.*

*Si ſumpſero pennas auroræ: & habitauero in extremis maris: etiam illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.*

Item, Ioan. 1.

*Omnia per ipſum (λόγον) facta ſunt .ſ. à Deo Patre: & ſine ipſo, factum eſt nihil, quod factum eſt.*

*DE hac præſentia loquitur vſitatus verſiculus.*

*Enter præſenter Deus hic, & vbiq́ potẽter.*

### *DE IMPLETIONE* DIVINA.

*Diuinitas non diffunditur vbiq́ locorũ, inſtar aëris. Eſt enim res, vel eſſentia ſimpliciſsima: & vbicunq́ eſt: ibi tota eſt, & perfecta, non habens partem extra partem. Cùm igitur loquimur περὶ τῆς πληρώσεως: non extendimus, aut diffundimus* DEITATEM *in omnia loca: neq́ illam craſſam, quam Sacramẽtarij imaginantur, nobiſq́ obijciunt, impletionem, quæ ſit localis, fingimus. Sic Spiritus ſanctus vnus, idemq́ eſt, etiamſi in omnibus, & ſingulis (præſertim pijs, & credentibus) natura, eſſentiaq́ ſua aſsit. Neq́ enim Petrus alium habet Spiritum ſanctum, alium Paulus, alium Ioannes, alium Maria mater Domini, alium alij. Et quanquam in ſingulis totus eſt Spiritus Dei: tamen non ſunt plures, ſed vnus Spiritus Sanctus, in his ſuis templis, & domicilijs.*

*Hac igitur generali præſentia, Deus Pater, Filius, & Spiritus S. adeſt omnibus rebus viſibilibus, & inuiſibilibus, nõ modò ratione creationis: ſed etiam ratione communis conſeruationis, gubernationis, & ſuſtentationis. Huc pertinet caput primum Geneſis, & primum Ioannis Euangeliſtæ.*

### *SPECIALES DEI* PRAESENTIAE.

ΕΠΙΣΚΕΠΤΙΚΗ.

*Speciali præſentia, Deus iuſtus, ſeuerusq́ iudex, omnibus ætatibus, propter peccata hominum, præſens fuit, eſt, et erit, ſua, vt Scriptura loquitur, viſitatione, ἐπισκέψει. Cuius in vtroq́ Teſtamento extant infinita exempla. Hiſtoriæ etiam omnium temporum plurima ſuppeditant. Neq́ enim ſolum impijs Deus immittit calamitates publicas, & priuatas, famem, bellum, ac peſtem: & ſingulis promeritas pœnas infligit: verum etiam Eccleſiam vult eſſe cruci, afflictionibus, atq́ ærumnis varijs, quibus eam exercet, ſubiectam. Id quod etiam noſtrum hoc tempus expertum eſt. Ac quanquam hæc Dei præſentia ſpecialis notiſsima eſt: tamen hæc mihi exaranti, non prius illa venit in mentem, quàm graſſante ſæua peſtilẽtiæ lue, hoc anno* M. D. LXIIII. *& me Dominus meritò, propter mea peccata, paterna caſtigatione, inuiſeret. Sed quoniam Deus eſt, vt iuſtus, ita miſericors: etiam alteram mihi præſentiæ ſuæ rationem, quæ eſt opis, atq́ auxilij (quo me fau-* *Diuina viſitatio.*

*cibus mortis Σωτὴρ ὁ Θεὸς, propter Filium ſuum eripuit) clementer, vt ſæpe antea, oſtendit. Cui Deo, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ſit laus, honor, & gloria, in ſecula infinita. Amen.*

*Ex 2. Paralip. 20.*

*In tenebris noſtræ, & denſa caligine mentis,*
*Cum nihil eſt toto pectore conſilij.*
*Turbati erigimus, Deus, ad te lumina cordis:*
*Noſtra tuamq́ fides ſolius orat opem.*
*Tu rege conſilijs actus, pater optime, noſtros.*
*Noſtrum opus vt laudi ſeruiat omne tua.*
IOACH. Camer.

## ΒΟΗΘΗΤΙΚΗ ΠΑΡΟΥΣΙΑ ΤΟΥ Θεοῦ, *præſentia Dei opitulantis, & auxiliantis.*

*Superiori huic ſpeciali præſentiæ è regione veluti reſpondet, ἡ βοηθητική. quæ eſt* DEI *opis, & auxilij: qui in ira etiam ſua iuſtiſſima, atq; ſeueriſſima, ſuæ miſericordiæ, & clementiæ, bonitatisq́ immenſæ obliuiſci non poteſt. Infinitis enim modis, ſuam erga genus humanum, φιλανθρωπίαν, χρηστότητα, πρᾳότητα, & μακροθυμίαν declarat. non ſolum in mitigandis, tollendisq́ pœnis, atq; calamitatibus promeritis: ſed etiam in ope ferenda, in periculis, & neceſſitatibus: deniq; in beneficijs præſtandis innumerabilibus. Id quod homines ſinguli quotidie experiuntur. quanquam erga beneficentiſſimum, benigniſſimumq́ Deum, & Dominum noſtrum, ſumus ingrati.*

*Exempla præſentiæ Dei opitulantis, & defendentis plurima reperiuntur in veteri teſtamento. Quorum de numero etiam illud Chriſti eſt: cuius meminit Apoſtolus Paulus 1. Cor. 10. Scribit enim Chriſtum, quem petram ſpiritualem nominat, comitatum fuiſſe populum Iſraëliticum, per deſertum. Quem hic dux, & comes à ſeruitute Ægyptiaca liberauit: per mare rubrum è hoſtili regno eduxit, atq; ſecutus eſt. Sed fuit illa Chriſti præſentia ἄφαντος. Sunt tamen φανερὰ παρουσίαι huius generis multæ. Sæpe enim apparuit Dominus aliqua ſpecie periclitantibus pijs, in veteri populo. Eas inter legendum ſtudioſi obſeruare debebunt. In nouo teſtamento, à Chriſti reſurrectione, de viſibilibus eius præſentijs multa leguntur. Apparuit enim primùm*

*Ioann. 20.*

*Mariæ Magdalenæ, vt παράκλητος, conſolator. Mox forib⁹ clauſis, vbi erant diſcipuli congregati, metu Iudæorũ, venit* IESVS, *ſtetitq́ in medio, ἔστη εἰς τὸ μέσον. Idem fecit poſt dies octo, cum adeſſet Thomas ἄπιστος. ἔρχεται, inquit Euangeliſta, ὁ Ἰησοῦς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ΕΣΤΗ εἰς τὸ μέσον. Deſcribit præterea Ioannes, inſequenti capite alias φανερώσεις, manifeſtationes Chriſti.*

*Cap. 21.*

*Lucas etiam ſcribit de duobus diſcipulis, euntibus in caſtellum Emaus: ad quos ὁμιλοῦντας, καὶ συζητοῦντας, in itinere, acceſſit Dominus: quem poſtea in caſtello agnouerunt. Poſtea ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Subduxit enim ſe à conſpectu eorum. Et quanquam hos ſua præſentia non reliquit: tamen rurſus apparuit vndecim ſuis diſcipulis.*

*.ſ. ex ſignis, forte, iuxta fanaticos, Chriſti abſentis.*

*Poſt aſcenſum Chriſti in cœlos,* IESVS *ſtans apparet S. Stephano Protomartyri. qui cum eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cœlum oculis, vidit maieſtatem Dei (δόξαν τοῦ Θεοῦ) &* IESVM *ſtantem à dextris Dei (ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ) Et ait: Ecce, video cœlos apertos, & Filiũ Hominis ſtantem à dextris Dei. Et paulò poſt inquit Lucas. Et lapidibus obruebant Stephanum, inuocantem, & dicentẽ: Domine* IESV, *ſuſcipe ſpiritum meum.*

*φανερὴ παρουσία τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν στάσιν, παράστασιν, ἢ ἐπίστασιν.*

*Actor. 7.*

*Eſt & aliud illuſtre huius generis exemplum, in eodem libro. Sic enim ſcribit Euangeliſta: τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ, ΕΠΙΣΤΑΣ αὐτῷ (Παύλῳ) ὁ Κύριος, εἶπε: θάρσει Παῦλε. Sequenti autem nocte,* ASSISTENS *ei Dominus, ait: Bono animo, eſto Paule. Et capite 27. Παρέστη γάρ μοι, inquit ibi Paulus, τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω, λέγων, μὴ φόβου Παῦλε. Aſtitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius ego ſum: quem & colo, dicens: ne timeas Paule. Sed hæc apparitio fuit Angeli: à quo Chriſtus ἄφαντος non abfuit. Fit igitur iſta præſentia, qua adeſt periclitantibus ipſe Chriſtus, κατὰ στάσιν, ἐπίστασιν, & παράστασιν. Apparet enim auxiliator, vel ſtans, vel aſſiſtens. Atq; has manifeſtationes conſtat fuiſſe τοπικὰς, καὶ περιγράπτους, locales, & circumſcriptas, pro ratione diſpenſationis Domini.*

*Actor. 23.*

*Etſi autem Chriſtus non vbiq; viſibili ſpecie ſe patefacit: tamen opitulator, & conſolator omnibus, & ſingulis, ipſum inuocan-*

*Ἄφαντος παρουσία*

inuocantibus, præſtò adeſt. Id quod pij, in terroribus, ac periculis, ſæpenumerò experiuntur. Adeſt etiam in cuſtodia puerorum infantium: quos ad ſe (per Eccleſiæ miniſterium) venire iubet: eorumq́ue regnum cælorum (in quo eſt Chriſtus, cum Patre, Spiritu Sancto, beatis angelis, & hominibus) ESSE dicit. Iuxta illud: Quorum (infantium) Angeli intuētur faciem Patris. Etſi enim ἀνθρωπίνως, humano more, dicuntur hi ſpiritus adminiſtri à Deo mitti: inepti tamen ſunt: qui τοπικὸν διάστημα, locale interuallum, in cæleſti regno, craſſè imaginantur. Quemadmodum non minus ridiculi ſunt: qui Filium à Patre, & vtrunque à Spiritu ſancto, imò Chriſtum Deum, à Chriſto homine, διαστάσει, ſeu ſpacio loci, ſeiungunt. Diſtinctæ perſonæ quidem ſunt in adoranda ſancta Trinitate: diſtinctæ item naturæ duæ, in vno Chriſto: non ſunt tamen locis, interuallisq́ue diſtractæ. Etenim ſi patris faciem ſancti illi cuſtodes filiorum adoptionis intuentur: etiam contemplantur faciem Filij Dei, per quem ſunt conditi. Vident igitur & Spiritum Sanctum. quæ vera, & æterna illorū, omniumq́ue piorum eſt beatitudo. Eamq́ue ob cauſam, neque Angeli, in illa cæleſti felicitate, & θεωρίᾳ diuinæ Maieſtatis, ſpacio quodam locali, à DEO abſunt. cum cælum, licet vbique adſint hominibus, nunquam deſerant. ſicut phrenetici παχυμερέστερον, & craſſius ſomniant.

Angeli nō mittuntur à Deo, immenſo quodam locorum facto ſpacio.

Hæ tres ὑποστάσεις ſunt ἑνώσει οὐσιώδει VNVM.

Ἡ ΤΟΥ͂ ΘΕΟΥ͂ ΚΑΤᾺ ΤῊΝ ἐνοίκησιν, καὶ μονὴν παρουσία, quæ præſentia eſt inhabitationis, & manſionis Dei in nobis.

ANTE CHRISTI PASſionem, & mortem.

De hac loquitur Diuus Ioan. 14. Si quis, inquit, diligit me: ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et capite inſequenti: Manete, inquit, in me, & ego in vobis. Etſi igitur Chriſtus cum diſcipulis ſuis viſibiliter conuerſatus ſit, cum hæc diceret: tamen apparet ex hoc loco, eum totum, ad diligentes ipſum, & ad credentes veniſſe, & manſionem inuiſibiliter ibi feciſſe. Idque cum Patre ſuo, in quo eſt: ſicut Chriſtus eſt in ſuo Patre. Iuxta illud: Non credis, quod ego in Patre ſum, & Pater in me? Et, Pater in me manens, ipſe facit opera. Credite mihi, quòd ego in Patre ſum, & Pater in me. Admiranda hæc ἐνοίκησις eſt, & ἀνερεύνητος, καὶ ἀκατάληπτος, imperueſtigabilis, & incomprehenſibilis: ſed tamen vera, & certa: propter verbum, & promiſſionem Dei: diuinamq́ue, ac cæleſtem Chriſti operationem. Tanta enim eſt naturæ humanæ cæcitas, rationisq́ue caligo: vt ignoret ſcripturas, & virtutem Dei. Faceſſat hinc procul, infernalis furia, ἀλλοίωσις. qua pro Chriſto, eius ponitur diuinitas, ſpiritus, virtus, & efficacia. Iſta enim permutatio λύει τὸν Ἰησοῦν. Ideoq́ue ſit anathema. Nam pronomen EGO, de tota loquitur perſona Chriſti: cui, propter ὑποστατικὴν ἕνωσιν, tradita eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra. Neque verò quia promiſſio in his verbis continetur: idcirco falſum eſt: quod propoſuimus. Etenim eodem in loco, verba præſentis temporis vſurpat, dum inquit: In illo die vos cognoſcetis: quòd ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

POST CHRISTI MORTEM, reſurrectionem, & aſcenſum ad cælos.

Sic ſpeciali præſentia, Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus habitant omni tēpore in ſanctis. Iuxta dictum: Templum eſtis habitantis in vobis Spiritus ſancti. Qua ratione non habitat in impijs: in quibus tamen eſt, ratione communis ſuſtentationis. Sic Chriſtus, per fidem, in cordibus noſtris habitat. Epheſ. 3. quæ ſpiritualis nominatur habitatio, ἐνοίκησις πνευματική. Deus igitur habitat in Sanctis: non ſolum gratia, & varijs donis: ſed etiam præſentia, eſſentia, & potentia ſua. At in Chriſto, habitat præterea σωματικῶς, corporaliter: vt homo, & Deus ſit vna perſona. Ex Deo enim, & homine (naturis non mutatis, aut confuſis) facta eſt vna, & indiuidua perſona. quæ ſpecialis eſt præſentia τοῦ Λόγου, in homine Chriſto.

Sancti à Spiritu implentur οὐσιωδῶς

Vnio perſonalis, vel præſentia diuinitatis in homine Chriſto perſonalis.

*SPECIALIS PRÆSENTIA*
*DEI, & S. Trinitatis,*
*φαντική.*

*Hoc præſentiæ modo adfuit Deus primis parentibus, Geneſ. 1. & reliquis Patribus. Exodi 19. apparet Deus in tonitru, & fulgure. Capite ſequenti loquitur cum Moſe, & per hunc, cum populo. Vbicunq; nominis mei fecero, inquit, mentionem: ibi ad te veniam, & benedicam tibi. In libris Regum ſic ſcribitur. Ecce Dominus tranſijt: & ſpiritus grandis, & fortis: ſubuertens montes, & conterens petras, ante Dominum. non in ſpiritu Dominus: & poſt ſpiritum commotio. non in cõmotione Dominus: & poſt commotionem ignis: & non in igne Dominus, & poſt ignem, ſibilus auræ tenuis. Quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio: & ingreſſus, ſtetit in oſtio ſpeluncæ. Et ecce. Vox ad eum dicens: Quid agis hic Elia? Sanctæ, indiuiduæ, & adorandæ Trinitatis præſentiæ ſenſibilis, illuſtre habemus exemplum in baptiſmo Chriſti, authoris huius lauacri: qui noſtra cauſa, vt hanc merſionem nobis benediceret, & ſuo ſanctiſſimo corpore, ſanctificaret: in Iordanem deſcendit, ſeq; in illo flumine à Ioanne Baptiſta voluit baptizari. Baptizatus igitur Ieſus aſcendit protinus ex aqua. Et ecce, aperti ſunt cæli: &* VIDIT *Spiritum Dei deſcendentem tanquam columbam, σωματικῷ εἴδει, corporali ſpecie, ὡσεὶ περιστερὰν, & venientem ſuper ipſum. Et ecce,* VOX *de cælis, dicens: Hic Filius meus ille dilectus: in quo mihi benè complacitum eſt. Eadem ratione Chriſtus μεταμορφωθεὶς, transformatus, in monte, adeſt: vox è cælo auditur, inquiens: Hic eſt Filius meus dilectus: ipſum audite. Præſentes etiam ſunt Moſes, & Elias, συλλαλοῦντες, colloquẽtes cum Chriſto. Vbi, vt Pater non deſeruit cælum, de cælo enim locutus eſt: ſic Elias, & Moſes, in monte conſpecti, & auditi cum Chriſto loqui, fuerunt in cælo. Sicut & Filius Hominis ipſe Dominus, erat in cælo. Vbi igitur hic Vranoplaſtis, eſt cælum nouum, commẽtitium, Empyræum?*

*Δεῖγμα certiſſimum præſentiæ S. Trinitatis.*

*Matth. 3. Marci 1. Lucæ 3. Ioannis 1.*

*In forma columbæ quieuit Spiritus Sanctus ſupra Chriſtum.*

*SPECIALIS PRÆSENTIA*
*Spiritus ſancti φαντική.*

*Apparuit igitur Spiritus ſanctus, & verè adfuit, cum re viſibili, ſpecie ſcilicet columbæ, in Chriſti baptiſmo. Atq; hæc eſt vnio, ſeu rei vnius alteri præſentis, copulatio: non ὑποστατικὴ, vel συνουσιωτικὴ, perſonalis, aut conſubſtantialis, ſed, vt ita dicam, φανερωτικὴ, apparitionis, ſeu manifeſtationis, cum re viſibili. Vt rectè, quis dixiſſet, δεικνύσας, monſtrando columbam. Hoc eſt Spiritus ſanctus. Id eſt, cum hac viſibili re, verè, & ſubſtantialiter præſens adeſt Spiritus ſanctus. Actorum ſecundo capite, Spiritus ſanctus ſedet ſuper ſingulos Apoſtolos, & alios: omneſq; repleti ſunt Spiritu ſancto. Factus enim ſubitò fuit è cælo ſonitus: tanquam impetu venientis flatus vehementis. Et viſæ ſunt illis diſſectæ linguæ, velut igneæ. Spiritus igitur ſanctus cum ſenſibili, & viſibili re, hoc eſt, ſonitu, & flatu, aderat quinquageſimo die, à Chriſti reſurrectione. Itaq; ἑνώσει duarũ rerum, flammæ in ore Apoſtolorum, rectè dicuntur fuiſſe Spiritus ſanctus, quo repleti fuerunt ſinguli, non ἐνεργείᾳ tantum, doniſq; linguarum: ſed etiam οὐσίᾳ, ſubſtantia. Nec tamen multi erant, ſed vnus tantum Spiritus ſanctus. Idem Spiritus, in miniſterij Eccleſiaſtici, vſuſq; clauium inſtitutione, ſenſibili re, Apoſtolis à Chriſto datus eſt. Nam cum in ipſos inſlauiſſet, dixit: Accipite Spiritum ſanctum, &c. Ioan. 20. Itaq; Chriſti ἐμφύσησις, halitus, ſeu flatus, propter ἕνωσιν rei tanquam exhibentis, & rei exhibitæ, verè dicitur fuiſſe Spiritus ſanctus.*

*Flatu corporali, tanquã medio exhibitiuo Chriſtus dat Apoſtolis Spiritum ſanctũ.*

*PRÆSENTIA DEI IN*
*cætu vocatorum ἄφαντος.*

*Specialis & illa præſentia eſt: cuius promiſsionem ſpeciatim ad prædicationem Euangelij, & Sacramentorum adminiſtrationem Chriſtus adiunxit, hoc eſt, quam peculiariter promiſit Eccleſiæ docenti, & audienti Euangelium, & rectè vtenti Sacramentis, Matth. 28. Data eſt mihi* OMNIS POTESTAS *in* COELO, *& in* TERRA. *Euntes ergo, diſcipulos facite mihi omnes populos, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcunq; præcepi vobis. Et ecce,* EGO *vobiſcum* SVM, *omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi. Huic ſimilis de ſpeciali præſentia Chriſti, promiſſio eſt,*

ſio eſt, in illo: *Vbicunq; duo, aut tres* CONGREGATI *ſunt, in meo nomine*: EGO ERO *in medio illorum*. Iuxta quas promiſſiones, etſi Chriſtus peculiariter ADSIT ſuæ Eccleſiæ: tamen non adeſt, tali modo, impiorum congregationibus. Eſt ergo hæc εἰδικὴ παρουσία, qua Chriſtus, per auditum Euangelij ſui, venit ad credentes: & manſionem in ipſis facit. non enim ita venit ad impios: nec manſionem apud illos facit.

ΠΑΡΟΥΣΊΑ ΜΥΣΤΙΚῊ, QVA præſens Chriſtus totus eſt ſuæ Eccleſiæ, & ſingulis eius membris, per adminiſtrationem Sacramentorum.

Ita ſpecialis totius Chriſti præſentia eſt: qua, per Sacramenta ſua, venit ad eos, qui credunt, & ἐνοίκησιν, inhabitationem in ipſis facit: vt ſeruator, & viuificator. Qua ratione ad impios neq; venit, neq; in eis facit manſionem, ſed eſt, & manet in illis, vt ſeueriſſimus iudex, quæ καὶ δικαστικὴ παρουσία nominari poteſt.

### PER BAPTISMVM.

Præſentia igitur ſpecialis eſt: qua ſancta Trinitas, totusq; Chriſtus ADEST, licet ἄφαντος, καὶ ἀόρατος, in ſacro Baptiſmate, nos lauans, & mundans: nosq; in filiorum adoptionis, τῆς υἱοθεσίας, numerum cooptans. ſicut ad Epheſios ſcribitur, capite quinto: CHRISTVS *mundat Eccleſiam ſuam, lauacro aquæ in verbo*, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι. Eſtq; hæc præſentia cum aqua, vel ſymbolo, ἕνωσις, vnio. Dum enim abluitur baptizandus, Chriſtum induit, recipiturq; à Patre cœleſti, in filium adoptionis, & donatur regeneratus Spiritu ſancto.

### PER COENAM DOMINICAM.

Eſt & hæc ſpecialis, & ſingularis Chriſti præſentia: qua præſens eſt in cœna ſua: & cum pane, & vino, nobis ſuum corpus, & ſanguinem verè, & ſubſtantialiter ipſe coràm præſens, porrigit, per miniſterium ſuæ Eccleſiæ, exhibet, atq; diſpenſat: vt hæc ipſa ſumentes, cum externis elementis, manducemus, & bibamus. Sed antequam de hac præſentia Chriſti, noſtram exponamus ſententiam: perſtringamus prius reliquos illius ſpecialse præſentiæ modos.

### DE CHRISTI INCARNATI præſentijs ſpecialibus: quibus ſe, iuxta ſcripturas, & promiſſiones, præſentem exhibet.

### DE CHRISTI PRAESENTIA locali, & circumſcripta.

### INVISIBILI.

Hac præſentiæ ratione, cõceptus de Spiritu ſancto, in vtero Mariæ ἀειπαρθένου, matris ſuæ, ex eaq; nat⁹ eſt, & homo factus, non viri, ſed mulieris ſemen illud promiſſum: quod ſerpentis caput proculcauit: conſtans èx anima ratione prædita, & ex corpore. Eaq; γένεσις ſtupenda (qua VERBVM caro factum eſt, ſeu, qua ὁ Λόγος aſſumpſit humanæ naturæ maſſam, èx ſubſtantia Virginis, in vnitatem perſonæ indiſſolubilem.) τῇ ὑποστατικῇ ἑνώσει, inuiſibiliter hæc perſona tota nihilominus fuit vbiq; generali, non circumſcripta, naturaliq; præſentia, qua fuit præſens in vtero matris ſuæ: in quo ſolo conceptus, & prognatus eſt. Myſteria hæc, fateor, eſſe maximè arcana, & rationi humanæ incomprehenſibilia, & & ineffabilia: ſed cedat ſenſus carnis ſcripturæ, & virtuti Dei.

### DE VISIBILI CHRISTI PRAEſentia, ab eius natiuitate.

Modus iſte dicitur comprehenſibilis, & localis, ſeu περίγραπτος. quo Chriſtus iuxta corporis ſui magnitudinem, longitudinem, atq; ſtaturam, occupauit ſpacia locorum, & loco circumſcriptus fuit, vt in præſepi iacens, in matris ſuæ, & Simeonis ſancti ſenis geſtatus vlnis. Similiter & in terra corporaliter ſtetit, ſedit, ambulauit, docuit, prodigia edidit, captus eſt, & cruci ſuffixus, &c.

### POST RESVRRECTIONEM.

Hoc modo vſus eſt, quando voluit: vt poſtquam à mortuis reſurrexit. Qua de re Paulus 1. Cor. 15. ſcribit: Tradidi enim vo
bis in primis, quod & acceperam: quòd Chri Eſa. 55.
ſtus mortuus fuerit, pro peccatis noſtris, ſe- Matth. 28.
cundum ſcripturas: & quòd reſurrèxerit, Mar. 16.
tertio die, ſecundum ſcripturas: & quòd vi- Epheſ. 3.

ſus ſit Cephæ, deinde vndecim illis. Poſtea viſus eſt plus, quàm quingentis fratribus ſimul. Ex quibus plures manent ad hunc vſq; diem: quidam autem obdormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo, pòſt Apoſtolis omnibus. Sic in cœlum ſublatus eſt, ex oculis circumſtantium: & inuiſibilis, hoc glorioſo ſuo aſcenſu, factus eſt.

POST ASCENSIONEM eius in cœlos.

Iſta forma conſpectus eſt Stephano Protomartyri: & Paulo, ſicut ipſe ad Corinth. 15. ſcribit. Poſtremò verò, inquit, omnium velut abortiuo viſus eſt & mihi. Actor. 9. 22. & 23. Eodem præſentiæ modo, & in extremo die, veniet ad iudicium. ſicut idem Apoſtolus ait. 1. Timoth. 6. Quam (apparitionem, φανέρωσιν) temporibus ſuis, oſtenſurus eſt ille beatus, &c. Et ad Coloſſ. 3. Cum Chriſtus apparuerit, vita noſtra, &c.

Hac ratione, nempe locali, Chriſtus non eſt in Deo, vel apud Patrem: ac ne quidem in cœlo, vt fanatici delirant. Deus enim nõ eſt corporale ſpacium, aut locus. Sic deſeruit mundum, & non eſt apud nos, ſcilicet, locali, & circumſcripta præſentia.

## CHRISTI INCARNATI præſentia ἄφαντος, καὶ ἀπερίγραπτος, inuiſibilis, & non circumſcripta.

GENERALIS, SEV VNIVERSALIS, diuina, & cœleſtis: qua Chriſtus homo eſt, cum Deo, vna perſona.

Diximus, ſpeciali præſentia Diuinitatis in Chriſto homine σωματικῶς habitantis, effici humanæ, in eo, naturæ cum diuina, ὑποστατικὴν ἕνωσιν, vnionem perſonalẽ, ſeu vbiq; præſentiam Carnis, cum VERBO. Vbi enim ὁ Λόγος eſt: ibi etiam eſt ὁ τοῦ ἀνθρώπου υἱὸς, filius hominis, quem totum Verbum, non eius aliqua particula, in vnam perſonam, nullis locorum ſpacijs ſeparandam, aſſumpſit. Et Paulus ſcribit, Chriſtum aſcendiſſe ſuper omnes cœlos: vt omnia impleret. non tantum, ſecundum diuinam, vt phrenetici Sacramentarij nugantur: ſed etiam iuxta humanam eius naturam. Quò ineptiores ſunt iſti: qui verbũ

Πανταχουσία Chriſti hominis.

implendi, ad ea referunt, quæ de Chriſto ſunt prædicta. Corpus enim, & anima Chriſti, propter illam ὑποστατικὴν ἕνωσιν, plurimas, & maximas habet, præ omnibus ſanctorum corporibus virtutes, & prærogatiuas, δυνάμεις, καὶ ἐξοχὰς: ſupra omnem captum, intellectum, ſenſum, & ſapientiam humanã. Etſi enim humana ni Chriſto natura, non eſt mutata in diuinam, & vtraq; ſuas retinet veras proprietates (de aduentitijs enim non loquimur) tamen diuina communicauit humanæ ſuas cœleſtes virtutes. Vt, etſi homo Chriſtus non ſit omnipotentia, vel vbiq; præſentia: tamen ſit, propter communicationem idiomatum, omnipotens, & vbiq; præſens. Aſcendit enim ad cœlos, ſedet ad DEXTERAM patris ſui omnipotentis: eiq; eſt tradita omnis poteſtas, in cœlo, & in terra. Neq; enim ideo multiplicatur corpus Chriſti, vt ſit πολυσώματος: nec abijcit propterea humanã, quam ſemel aſſumpſit naturam: ſed eam ſemper, & vbique ſecum habet, atq; ſuſtentat: verùm eam ipſam nunquam, & nuſquam deponit. Non enim diuinitas Patris, Filij, & Spiritus ſancti multiplicatur: etiamſi tota vbiq; ſit, & totus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, in ſingulorum piorum pectoribus, vt templis, inhabitat. Vt igitur non inde ſequitur πολυθεότης: ſic etiam minimè ex Chriſti hominis vbiq; præſentia, ſequitur πολυανθρωπότης, vt hoc vtar verbo. Id quidem cogitat humana ratio, non intuens verbum Dei, eiuſq; omnipotentiam: ſed fide recta, cogitationes iſtæ frenandæ ſunt, & cohibendæ. Quod enim promittit Chriſtus: idem & pro ſua omnipotentia poteſt præſtare. Iuxta illud: Ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi. Et, Vbicunque duo, aut tres congregati fuerint, in meo nomine: ibi medius ero inter illos, &c. Nam qui dixit EGO: eſt Deus, & homo, conſtans Verbo, Anima, & corpore humano, ἐκ τοῦ Λόγου ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος ἀνθρωπίνου ὑφιστάμενος, à cuius diuinitate, ne mors quidem potuit Chriſti corpus, & animam ſeparare: multò minus locorum interualla, quæ Chriſto, vt cætera omnia, ſunt abſolutè ſubiecta. Meritò enim explodimus hic infernalem iſtam furiam, ἀλλοίωσιν: quæ IESVM ſoluit: & pro Chriſto in-

Chriſtus vbiq; præſens, totus & integer.

*ſto integro, alteram tantum partem ſceleratè ponit. Separare enim diuinitatem, à Chriſti humanitate: eſt nihil aliud, quàm λύειν τὸν Ἰησοῦν: & duas in eo conſtituere perſonas. De tota enim perſona hæc intelligenda ſunt: & hæc Filius Dei, ſuo humano, dulciſsimo, ac veraciſsimo* ORE, *quod mentiri neſcit, dixit, atq; promiſit. Hoc igitur vniuerſali præſentiæ modo, vbiq; eſt Chriſtus Deus, & homo, naturis nō diremptis locorum interuallis: ſed ὑποστατικῶς, ac ἀδιαλύτως, inſeparabiliter, in vna perſona ſempiterna, vbiq; coniunctis, atq; vnitis. Nobis tamen præſens eſt, ſpecialibus rationibus, vbi ſe præſentem fore promiſit. Sed de hac Chriſti hominis gloria, & maieſtate, copioſe, verè, & argumentoſe, ſecundum ſententiam ſacræ ſcripturæ, ſcripſit contra Bullingerum, & Martyrem, D. Ioannes Brentius: cuius ſcripta allatrāt quidem iſti, ſuo more: ſed nullis firmis argumentis refutant.*

### SPECIALIS CHRISTI *incarnati præſentia.*

*Modum præſentiæ alium vocant incōprehenſibilem, & ſpiritualem: quo Chriſtus nec ſpacia locorum occupat: nec circumſcribitur loco: ſed omnes res, per ipſum conditas, pro ſua voluntate, quaſi pertranſit.*

*Speciali hac præſentia, qua res alicubi eſt, vt Scholaſtici loquuntur, definitiuè, Chriſtus ianuam mundi huius intrauit: illæſo materni pudoris ſignaculo: vt ſcribit Auguſtinus: & vt credidit ſemper catholica, orthodoxaq; Eccleſia. Fatetur hoc Bullingerus: negat id ſceleratè Vermilius Martyr. Hoc etiam modo per lapidem ſepulchri obſignati, & per clauſas ianuas, bis ad ſuos diſcipulos ingreſſus eſt Dominus, penetratione eadem, nempe, dimenſionum. Veruntamen impudenter negant illud, contra vetuſtatem piam, & eruditam antiquitatem, ad vnum omnes Sacramentarij Dipnoſophiſtæ. Eadem ratione, Luthero autore, in vino, & pane præſens Chriſtus eſt: aut, vt alij volunt, eſſe poteſt. Non enim modum anxiè quærendum cenſemus: modò rem intelligamus: quòd videlicet, cū his rebus, quæ videntur, pane, & vino, præſens corpus, & ſanguis Chriſti, ad edēdum, & bibendum, exhibeantur, & ſumantur. Quis enim omnipotentiæ, & ſapientiæ Dei, modum, rationemq; præſcribet?*

*Atq; hæ ſpeciales præſentiæ habent ſingulæ* CERTVM *verbum: & propter hoc ipſum verbum, & Dei virtutem, ſunt certiſsimæ. Nec propterea, vel cum vniuerſali præſentia, vel inter ſe pugnant. Etenim ſcripturæ pugnare inter ſe non poſſunt: tametſi ἀντιλογίαι, vel ἀντινομίαι, contrariæ ſententiæ, in his nōnunquam eſſe videātur. Ac funt iſtæ ſpeciales præſentiæ, ſeu exhibitiones, aut manifeſtationes, ſecundum ſpeciales promiſsiones, & teſtimonia ſacrarum literarum. Sed de his non eſt nobis, in hoc loco, & tempore, propoſitum, copioſius diſſerere. Reſtat igitur poſtrema ratio, quæ huius eſt inſtituti: nimirum Sacramētalis, ſeu præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti, in cœnæ Dominicæ diſpenſatione, & ſumptione.*

### *PRÆSENTIA CHRISTI corporalis, in Cœna Domini.*

*Hanc nominant Theologi Sacramentalem, μυστικὴν, & corporalē, σωματικὴν, quæ tamen pro ratione fidei, ſpiritualibus verè eſt ſpiritualis. Adeſt enim Chriſtus, non ſolum diuinitate ſua, ſed etiam humanitate, id eſt, totus & integer. Et adeſt præſens, non tantùm generali illa præſentia, qua eſt ὑποστατικῶς, cum* VERBO, *Chriſtus homo* VBIQVE, *omnia coràm gubernans, & adminiſtrans: ſed etiam ſingulari quadam ratione. Ac adeſt, non θεωρὸς, ſpectator, ſed actor: non ocioſus, ſed efficax, per ſuum miniſterium. Etſi enim eſt ἀόρατος, inuiſibilis, in actione cœnæ: tamen adeſt verè, & ſubſtantialiter, ὁ προσφέρων, & ὁ προσφερόμενος: vt & agere, & tanquam pati aliquid videatur. Pati enim non poteſt: cum mors illi vltra non dominetur. Veruntamen vt præſens ipſe, per manus miniſtrorum, offert, & porrigit. cum ſymbolis externis, pane, & vino, ſuum naturale, & οὐσιῶδες corpus, & ſanguinem: ſic diſtribuitur, & exhibetur ipſe totus cœnantibus, ad manducandum, & ad bibendum. Accipitur igitur à veſcentibus, & bibentibus, & ore corporeo, intra nos, quanquam ἀναισθήτως, & ἀοράτως, ſumitur: vt in*

*Generali adeſt præſentia. Sed Chriſtianis cœnantibus non adeſſet: niſi hac ſpeciali, vel ſacramentali præſentia ſe patefaceret, vnde certò ſciremus alio quodam modo, nimirum peculiari, ſe nobis adeſſe velle.*

*Chriſtus præſens erogat in cœna ſuum corpus, & ſanguinem cœnantibus.*

## DE DIVERSIS MODIS

vt in nobis ſit corporaliter, & ſubſtantialiter. Hãc, quæ corporis ſit ore, ſumptionem, D. Martinus Lutherus piæ, & honorificæ memoriæ vir, nominat, **die mündtliche nieſſung des waren / vnd weſenlichen leibs / vnd blůts Jeſu Chriſti.** Inſtruens igitur Dominus cœnam Noui teſtamenti, non pane, & vino ſolum, diſcipulos ſuos cibare, potareq; voluit (qualis enim hic fuiſſet hoſpes?) ſed etiam alia quadam nobiliore, pretioſioreq; alimonia, atq; potu, nouo ſcilicet, atq; ſingulari, ambroſia ſui corporis, & nectare ſui ſanguinis. Iam, vt ipſe præſens in cœna prima, reliquarum cœnarum origine, & fundamento, viſibiliter interfuit: nec ſolũ interfuit: ſed ei etiam præfuit, erogans cœnantibus cum pane, & vino ſuum corpus, & ſanguinem edendum, & bibendum: ita ſingulis ætatibus, Eccleſiæ ſuæ, per verbum, & Sacramẽta, ideoq; per cœnã, adeſt præſens, quanquam inuiſibilis: & huic actioni ſuæ intereſt, & præeſt: eſcam, potumq;, vt in prima cœna, inuiſibiliter, ſed tamen verè, non tantùm corruptibilem, & periturum panem, & vinum præbens: ſed etiam, & quidem præcipuè, incorruptibilem, atque cœleſtem: ſuum corpus, pro nobis traditum, & ſuum ſanguinem, pro nobis effuſum, in remiſsionem peccatorum. Chriſtus enim cœleſtis eſt cibus, cœleſtisq; potus, non deſerens cœlum, etiamſi hic nobiſcum ſit in terris. Itaq; eius diſcipuli, non eleuata mente, raptaq; ex corpore anima, in cœlum Empyræum, ſurſum, oculis ſublatis, φαντασίᾳ quadam, ſeu imaginatione, aſcenderunt: vt Sacramentarij Enthuſiaſtæ, ſcilicet, faciunt: ſed intenti verbis, & oculis corpori Chriſti præſentis, fide non ficta, ſed vera, aſſenſerunt Chriſti aſſeuerationi: qui de pane dixit, hoc eſt corpus meum: & de vino, hoc eſt ſanguis meus. Demonſtrauit enim δεικτικῶς, non cœlum ſtelligerum: ſed panem, & poculum. Nec dixit, credite, & ſic aſcendendo, ſupra firmamentum, cogitatione, & ſpeculatione veſtra, ſine verbo expreſſo, me ſedentem in ſolio maieſtatis meæ apprehendite, & poſſidete: ſed edite, bibite, hoc, panis, quem editis, & vinum, quod bibitis, eſt corpus meũ, & ſanguis meus. Quæ verba, per ſe fidem, notitiam, & aſſenſum flagitant: ſicut fiduciam requirunt, quæ ſunt adiecta ὁριστικῶς. Vt enim definit panem, eſſe ſuum corpus, vinum eſſe ſuum ſanguinem: ſic etiam definit corpus, & ſanguinem ſuum: ne quis φανταστικὸν, aut τυπικὸν ſomniet: ſed vt omnes ſciant, eſſe corpus idem, quod pro nobis eſt traditum in cruce: ſanguinem eundem, qui in illo θυσιαστηρίῳ pro nobis eſt effuſus. Quare hæc ſymbola, non σημαντικά, vel ἀναμνηστικὰ, notantia res abſentes, & eas in memoriam reuocantia, ſed προσφερόμενα, et διανεμητικὰ, vel διαδοτικὰ, exhibentia, & diſtribuentia, ſunt corpus, & ſanguis Chriſti: ſed in VSV cœnæ ſolùm, hoc eſt, in manducando, & bibendo. Nam extra hanc corporalem, externamq; ſumptionem, non ſunt corpus, & ſanguis Domini. Ac de præſentia hac Chriſti nunc controuertitur à Sacramentarijs incredulis: nos cum verè catholica Eccleſia, de ea non ambigimus: ſed illam credimus, & aſſerimus.

*Corporalis manducatio.*

*Apoſtoli nõ fuerunt ἐκστατικοὶ, vel ἐνθουσιασταί.*

*Vera fides eſt γνῶσις, συγκατάθεσις, καὶ πεποίθησις, non φαντασία, ἢ θεωρία χωρὶς τοῦ ῥήματος τοῦ θεοῦ, non cogitatio, quæ fit ſine verbo, humana phantaſia, ſeu raptu ecſtatico.*

Appellatur autem VNIO Sacramentalis, ἕνωσις, ἡ συνάφεια μυστική: propterea quòd, cum pane, & vino, in vſu iſto inſtituto, atq; mandato, ſeu eſu, & potu corporali, Chriſti corpus, & ſanguis, copulatus ſit, atq; coniunctus. In vſu, inquam, oris corporei: extra quẽ vſum, ſigna iſta vim, naturamq; ſacramenti nullam obtinent. Vnitum enim corpus Chriſti pani eſt, ſanguis vino: non propter ipſa hæc elementa: ſed propter manducantem, & bibentem. Symbola enim inſtrumenta diſtributionis ſunt: os autem ὄργανον eſt ſumptionis, non eorum tantum, quæ media ſunt diſpenſationis: ſed earum etiam rerum, quæ offeruntur, & exhibentur. Cum igitur panis, & vinum, in ſacramenti huius proprio vſu, ſeu manducatione, & potu, ſint corpus, & ſanguis Chriſti edendum, & bibendum: conficitur inde neceſſariò: corpus, & ſanguinem Chriſti, ore corporeo ſuſcipi. Idq; propter copulationẽ, ſeu ἕνωσιν, & σύνδεσμον vtriuſq; in cœna Domini. Generaliter enim hic edere, & bibere, eſt quouis modo, corporeo ore aliquid intra ſe recipere. Nam Chriſti corpus, & ſanguis, vt ἄφθαρτα, καὶ ἄπεπτα, dentibus teri, in ventriculum demitti, & concoqui, vt cæteri cibi, & potus, non poſſunt. Itaq; horrendæ ſunt blaſphemiæ Caluini: qui ex ſacramentali ſumptione Chriſti, intra nos, effici

*Ἕνωσις μυστική, vnio, ſeu copulatio elementorum, panis, & vini, cum corpore, et ſanguine Chriſti: quæ nullis locorum interuallis eſt dirēpta. A qua tota cauſa ſacramentaria pendet.*

*Chriſti corpus, & ſanguis ore corporeo ſuſcipiuntur.*

*Ἐσθίειν, καὶ πίνειν.*

*Eriſtici hominis cuiuſdam diabolica portenta.*

*effici putat, naturalem carnis, & ſanguinis Chriſti, vel eius ſubſtantiæ, transfuſionem, aut ingurgitationem. Etenim crebrò vociferatur, corpus Chriſti vorari, ingurgitari, deglutiri, & quod dictu eſt horrendum, proſtitui. Horribilius eſt, quod Eriſticus quidam Dipnoſophiſta, ad Epiſcopū quendam, Venetum natione, ſcribit, carnem Chriſti, ore corporis non manducari: quòd alioqui (præter alia abſurda) corpus eius, dentibus comminueretur, in ſtomachum traijceretur: & per ſeceſſum iret. Idem tamen, ſecum pugnans, corpus Chriſti immortale, incorruptibile, & glorioſum, nominat. Et verè iſtud quidem. Ex quo conficitur: illud dentibus conteri, & in ſtomachum, vt concoquatur, demitti non poſſe. Itaq; falſiſſim iſtius fanatici hominis definitio eſt: cum inquit, manducationem fieri, cum cibus non tantum ore capitur, ſed etiam dentibus attritus, in ſtomachum traijcitur. Eſt enim anguſtior ipſo definito. Quot enim animantia dentibus carent? Et cibus hic ſpiritualis, conſumi, vt ipſe fatetur, non poteſt. Ideoq; furioſi hominis diabolica conſecutio eſt falſiſſima, per ſeceſſum ire. Neq; verò neceſſariò concluditur, Chriſti corpus & ſanguinem, ipſumq; Dominum ſumptū in hoc ſacramento, in ventriculo habitationem facere. Nam quoniam templa, & domicilia ſumus Dei, quod extra controuerſiam eſt: nuoit ipſe Chriſtus, vbi, & quomodo in pectoribus, atq; cordibus ſuorum, manſionem, habitationemq; faciat. Eumq; modum illius ſapientiæ, & omnipotentiæ committimus. Errat igitur impudens iſte, & blaſphemus nugator, atq; ſcurra: dū colligit, Chriſti corpus, & ſanguinem, ore non ſuſcipi: quia non abſumatur. Hæc enim ſumpta, & hauſta, nequaquam conſumuntur. Quemadmodum & in Romana Eccleſia canitur:*

*Sumit vnus, ſumunt mille:*
*Quantum iſte: tantum ille:*
*Nec ſumptus, abſumitur.*

*Itaq; & illud falſum eſt: quod acutus iſte dialecticus ſcribit, eſſe inanem λογομαχίαν. Ex his enim, quæ dicta ſunt: perſpicuum eſt: corpus, & ſanguinem Chriſti, ore corporeo ſumi. Iuxta illud: Hoc, ſcilicet, panis fractus, vobis datus, ad manducandum, & hoc, nempe, vinum in calice, vobis exhibitum, ad bibendum, hoc inquam, quod ore comeditis, & bibitis, eſt meum corpus, & meus ſanguis. Atq; hoc caput, ſiue quæſtio, de vnione, ſeu præſentia Chriſti, cum ſymbolis, non eſt excogitata ab hominibus: vt ſine vllo detrimento Eccleſiæ queat prætermitti. vt Eriſticus ille blaterat: ſed ex inſtitutione cœnæ Domini, extitit, conſecutione vera, atq; neceſſaria. Non enim, ſi quid verbis in ſcriptura non eſt expreſſum: idcirco reipſa ex ea, ratiocinando verè non poteſt effici. Eſt ne in ſcriptura, à Spiritu ſancto proditum: quòd Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus viuant? At Chriſtus artificioſe colligit, hos viuere: ſumptis ex verbo Dei duabus propoſitionibus: Deum eſſe non mortuorum, ſed viuentium Deum. Eſſe autem Deum illorum: vnde concludit, eos viuere. quæ ſententia non eſt in veteri teſtamēto expreſſa. Eadem huius, de vnione corporis, & ſanguinis Chriſti cum pane, & vino manducato, & hauſto, quæſtionis ratio eſt. quæ, in hac diſputatione, principem locum ſibi vendicat. Cum enim Chriſtus ipſe de pane manducato, & de vino epoto, clarè pronunciet, ESSE ſuum corpus, & ſuum ſanguinem: & Paulus interpretationem addat: panem eſſe κοινωνίαν τȣ̃ σώματος, calicem eſſe κοινωνίαν τοῦ αἵματος τȣ̃ κυρίου: ſequitur neceſſariò, eſcam, potūq; cœleſtem, cum terrenis elementis, vnitum, & copulatum, atq; præſentem eſſe: idq; in vero vſu, ſeu actione cœnæ, quæ eſt ore corporis manducare, & bibere. Nec præteriri poteſt hæc quæſtio: quæ eſt ſtatus totius negotij Euchariſtici. quo prætermiſſo: totam neceſſe eſt tolli diſputationem.*

*Miror autem fanaticū iſtum, cum ſuis gregalibus (qui identidem ingeminant, Verbum Dei, verbum Dei) vſurpare, in Sacramentaria cauſa, vocabula, quæ nuſquam reperiuntur in diuinis literis: ſed quæ & ab hominibus inuenta ſunt: & ferè plerunq; ſunt ambigua. Quid enim? ſunt ne γραφικά, & huius cauſæ οἰκεῖα nomina, Sacramentum, elementum, ſignum, ſymbolum, & figura? quibus verbis vos ambiguè, & vafrè vtimini, ad ſimplices circumueniendos? Etſi enim myſterij verbū*

reperi-

*reperitur apud Paulum: tamen generatim accommodatur, non ad cœnam Domini ſolum, & baptiſmum: verum etiam ad Euangelij, quod abſconditum eſt hominibus, prædicationem. At, quomodo ludatis hoc vocabulo, & ijs, quæ ab eo ſunt deducta, ex veſtris blaſphemis libris intelligi poteſt. Quidam Sacramentum non accipiunt pro integra cœna: ſed pro eius deteriore ſolùm parte, pro pane, & vino: vel pro ſigno, aut ſymbolo. Itaq; ſacramentaliter edi, & bibi, aiunt, Chriſti corpus, & ſanguinem, hoc eſt, ratione ſignorũm, vel ſignum corporis, & ſanguinis Chriſti. Et ſacramentales locutiones excogitârunt: quas de ſignis duntaxat intelligunt. Nam corpus, et ſanguinem Chriſti, ore ſumi, inquiunt, ſacramentotenus. Sic enim elegantes iſti homines loquũtur. Item, vbi de ſignis garriunt, intelligũt per ea, non exhibentia res præſentes: ſed tantùm figurantia res, à nobis procul diſſitas. Scatent enim libri Cinglianorum, & Caluiniſtarum battologia de ſignis, de ſymbolis, & figuris ſacramentalibus. Quæ ſi litura inducerentur: permagna, ex illòrum ſcriptis pars, eſſet ſublata. Quare his ambiguis, & contortis verbis omiſſis, poſthac loquãtur cum ſcriptura: ſi videri velint, ſe nihil adferre, præter verbum Dei. Eiuſdem eſt farinæ, quòd Eriſticus nugatur, in ſuo iudicio, quoſdam, præter ſpiritualem manducandi rationem, aliam, nempe, quæ fit ore corporis (qua de cauſa corporalem vocent) excogitaſſe. Non enim excogitarũt noſtri hanc manducationem: ſed eam Chriſtus inſtituit, & mandauit: non ſolum illam, quæ fit per fidem, quam ſpiritualem nominant. Sunt enim clariſſima Chriſti verba: Accipite, Comedite (panem) Hoc (panis manducatus) eſt corpus meum. Si igitur ore manducatus panis, eſt corpus Chriſti: profectò ore ſumitur intra nos Chriſtus. Eſt igitur corporalis quædam carnis Chriſti manducatio, quæ fit ore. At verba illa, mãducatio, quæ fit ore corporis, nõ reperiũtur in ſacris literis. Quid tum poſtea? Nec veſtræ ſpiritualis manducationis, quæ fit per fidem, in ſacris literis vlla fit mentio. Oſtende locos, fanatice: in quibus de hac veſtra manducatione hæc tua, & tuorum ſodalium figmenta legantur. Præſentem eſſe Chriſtum, ſecundum diuinitatem tantùm, & per ſpiritum ſuum: vel præſentem eſſe ſpiritualiter, per fidem, eum edi ab interiore homine, ſeu anima. Item, quatenus Chriſtus ſuo ſpiritu ad nos vſq; deſcendit, illabitur in noſtra corda: eaq; ſurſum, ſupra omnes iſtos cœlos, vbi eſt corpus ſuum, ſubleuat, ſuamq; viuificam carnem ibi manentem, nobis communicat: & quatenus nos Spiritu, eouſq; euecti, viuificam Chriſti carnem, per fidem, recipimus, ea fouemur, alimur, ſuſtentamur. Oſtende, inquam, & profer ex ſacris literis, non verba ſolum, ſed res etiam ipſas, quæ de iſta præſentia ſic loquantur. quæ per ſpiritum Chriſti, in corda noſtra illapſum, & ea in cœlũ* EVEHENTEM, *ac corpori Chriſti aſſociantem, fit. Nos verò, ſecuti inſtitutionem Chriſti, & eruditam vetuſtatem, cum catholica, orthodoxaq; Eccleſia, præter ſpiritualem, quæ fit credendo, etiam corporalem, quæ fit edendo, atq; bibendo, ſtatuimus manducationem, & potum corporis, & ſanguinis Chriſti. Eſtq; hic modus perſpicuè ab ipſo expreſſus. Nam, Edite, inquit, & bibite. Et biberunt omnes ex poculo. Non fide, ſed ore. Quid? panem, & vinum. Quid erat ille panis? non ſolum panis, ſed etiam corpus Chriſti: & vinum, non ſolum erat vinum, ſed etiã ſanguis Chriſti. Hoc enim, inquit, quod editis, & bibitis (non anima, contemplatione fidei, ſeu imaginatione: deniq; non oculis, auribus, naſo, aut manib. ſed* ORE) EST *corpus, & ſanguis meus. At hæc omnia ſunt, vt ita dicam, corporalia, os etiã corporale, manducatio, & potus, corporalis. Quis autem ſanæ mentis homo, id audebit negare? Nam, quæ per ſe intelliguntur: ea non eſt neceſſe per pleonaſmum exprimere. Itaq; ſtolida eſt cauillatio hominis malè ſani: qui ſic argutatur. Nõ nominatur corporalis manducatio. Ergo non eſt corporalis: & excogitata eſt à Luthero, mordicuſq; defenditur ab eius ſectatoribus. Quaſi verò panis non fuerit corporalis, ſed imaginatorius: vinum non corporale, ſed phantaſticum: corpus, & ſanguis Chriſti nõ verus, ſed ſpiritualis: manducatio, non corporalis, ſed imaginatoria. Hæc corporalia fuiſſe, negare: eſt hominis mente capti: qui negat lucem eſſe lucem, & qui lapidem*

*panem eſſe ſomniat. Sed reuertamur ad propoſitum: ſciamusq́, hanc edendi rationem σωματικὴν, non eſſe excogitatam ab hominibus, ſed à Chriſto met inſtitutam, & mandatam.*

*Iam extra hanc actionem, ſeu vſum, id eſt, manducationem, &, vt ſic loquar, bibitionem, panis eſt panis duntaxat, vinum eſt merum vinum: nec adeſt, extra hunc vſum, ſacramentaliter Chriſtus, hoc eſt, non diſtribuitur alia ratione, nec editur, & bibitur corpus, & ſanguis Chriſti, ſacramentaliter, ſeu corporaliter. Porrò hæc præſentia Chriſti in diſtributione, & ſumptione panis, & vini, per eſum, & potum, τοῦ σωματικοῦ σώματος, fit χωρὶς διαστάσεως, abſque locali quadam diſtantia. Chriſtus enim monſtrat panem, qui in terris eſt: & poculum, ex quo omnes bibebant: & hūc panem, atq́ hoc poculum, hic in terris præſens, ῥητῶς, diſertè pronunciat, ſuum eſſe corpus, ſuumq́ ſanguinem. Verùm non ἁπλῶς, ſimpliciter, & abſolutè: ſed καθ' ὑπόθεσιν, conditione quadam, certaq́ lege. Panis enim ἐς' ἂν τὸ ὑποκείμενον ᾖ, dum inſtitutio Chriſti ſeruatur, eſt corpus Chriſti: nimirum dum frangitur, dum accipitur, dum editur. Hæc enim concurrere neceſſe eſt, ad ſacramentalem eius præſentiā. Sic vinum eſt ſanguis Chriſti, videlicet, quà bibitur. Atqui extra hunc vſum, id eſt, manducationem, & potum vini, & panis, edi caro Chriſti, & bibi ſanguis eius poteſt, vbiq́ locorum, per fidem. Sed hæc eſt πνευματικὴ, ſpiritualis, de qua Ioan. 6. loquitur Dominus, non μυστικὴ, ſacramentalis, quam hic inſtituit, præſentia. Ergo ſacramentalis hæc* VNIO, *vel præſentia, eſt, vt ſuprà definiuimus, copulatio, ſeu coniunctio corporis, & ſanguinis Chriſti, cum rebus, quæ videntur, pane & vino, in vſu à Domino inſtituto, durabilis, id eſt, in cœnando, vel edendo, & bibendo. Extra hunc enim finem, ad quem elementa adhibita ſunt, ad eſcam illam, potumq́ illum cœleſtem diſpenſandum, Chriſtus pani, & vino non adeſt: nec adeſt ori corporeo ſacramentali modo: niſi ex inſtitutione Chriſti, ritè hæc ſigna, vel ſymbola viſibilia, rei inuiſibilis exhibitæ, ſumantur, hoc eſt, in actione cœnæ edantur, & bibātur. Hæc definitio eſt τῶν πρός τι, eorum, qui aliò referūtur. Eſt enim præſentia rei præſentis alteri rei præſentia, ſiue copulatio. Vnio etiam eſt rei alicuius alteri rei vnitæ vnio, ſeu coniunctio, συνάφεια, ἢ σύνδεσμος. Excluditur hic omnis localis incluſio, & circumſcriptio. Ideoq́ affixio corporis Chriſti, & ſanguinis, impanatio, conglutinatio, & deliteſcentia. Ac dicimus, Chriſtum adeſſe totum, definitiuè, vt in ſcholis loquuntur, ſeu certò. Quemadmodum fuit præſens alteri corpori, per dimenſionum penetrationem: cum ex virgine naſceretur: cum ex obſignato monumento exiret: cum, clauſis ianuis, ad diſcipulos Chriſtus ingrederetur. Nobis ergo ſubiectū eſt totus homo, in quo Chriſtus tanquam in ſuo templo vult habitare, & viuere: Obiectum totus Chriſtus, & integer: ideoq́ etiam eius corpus, & ſanguis: Organum accipiens, eſt* OS *corporeum. Iuxta illud: Edite, hoc eſt meum, &c. Monſtrat enim Chriſtus, vbi eum corporaliter debeamus quærere: nimirum in cœna. Et addit modum, quo ſic apprehendi poſſit: manducatione ſcilicet, ac potu, vini, & panis, quibus ceu inſtrumentis, ſeipſum nobis præſentem exhibet, ac donat, cum omnibus ſuis beneficijs. Quanquam complures modos nouit Dominus, ſapientia patris, cui tradita eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra. At enim Sacramētarijs Zuinglianis, & Caluiniſtis* VNIO *ſacramentalis, eſt corporis, & ſanguinis Chriſti, imò totius Chriſti Dei & hominis, omnium illius bonorum, promiſsionum, & remiſsionis peccatorum, cum anima, & mente, copulatio, coniunctio, vel præſentia, quæ fit per fidem, aut mentis, animiq́ contemplationem: qua ita aſcendendo cogitationibus, attolluntur ad Chriſtū, in cœlum Empyreum: vt anima, quaſi extra corpus rapta, toto Chriſto fruatur, eumq́ comprehendat in throno ſuæ maieſtatis, ad dexteram patris ſedentem, euntem, ſtantem, vel ambulantem, in excelſis. Surſum corda enim canit Eccleſia, vt eleuata mente, Chriſtus ita nos ad ſe attollat, ipſeq́ ad nos ſua virtute deſcendat: vt viuificum carnis ſuæ vigorem in nos transfundat, inſpiret, atq́ deſtillet. Subiectum igitur, ſecundum Dipnoſophiſtas, animus eſt, vel anima, & mens, ἡ ψυχὴ, ὁ νοῦς. Inſtrumen-*

Chriſtus adeſt in Cœna: quà panis manducatur, & vinū bibitur. Eamq́ ob cauſam vtitur Chriſtus aoriſto: φάγετε, πίετε. panis enim manducatus, & vinum epotum, eſt corpus, & ſanguis Chriſti.

Quid ſit præſentia corporis & ſanguinis Chriſti.

*Aduerſariorū falſa definitio.*

*Vnio, vel diſiūctio potius iſta mathematica eſt copulatio, νοητὴ, uel φανταστικὴ. quæ ſolo nomine eſt aliquid: in re autem, atq́ effectu, eſt res nulla, aut certè nihili.*

S tum,

*tum, fides, ſeu Φαντασία, ſpeculatio humana, ſine verbo. Abſurda hæc definitio, & ſententia eſt: nec minus abſurda illa, quæ ἀλλοίωσιν infernalem furiam, comminiſcitur. Vt vnio ſacramentalis ſit animæ, vel mentis per fidem coniunctio, cum Chriſti diuinitate, aut ſpiritu.*

*Sunt etiam inter Sacramentarios: qui aliam quandam vnionem excogitarunt, qua, per ſymbola, res ipſæ in ea actione, ſignificantur, & exhibentur. Et addunt ſimile. Sicut, inquit Eriſticus, per ſceptrum, ſymbolum regni, in ipſa legitima ſceptri porrectione, hoc eſt, cum aliquis inauguratur rex, ipſum quoq; regnum, reipſa datur. Sicut igitur regnū vnitum eſſe dicitur ſceptro: quia cum hoc, illud reuera datur: ſic Chriſti corpus, poſſe dici, inquit ille, vnitū pani, nimirum ſacramentaliter: quatenus ſcilicet, cum pane, datur reuera ipſum verum corpus Chriſti. Alij eiuſdem generis ſimilia adferunt. Sed ea omnia, vt in ſcholis Dialectici loquuntur, claudicant. Non enim rem ſolum non confirmant: ſed etiam ſunt ἀνάρμοστα, καὶ μὴ οἰκεῖα. Non enim ad propoſitam quæſtionem congruenter, & propriè accomodantur. Nam ſimilitudines iſtæ loquuntur, de rei alicuius poſſeſſionis traditione, poteſtate, & iure: quòd ſolenni quodam ritu, ac ceremonia, in poſſeſſionem aliquis mittatur. Quid verò hoc ad cœnam Domini? In qua Chriſtus, non tam nobis poſſidendus, vel ius, ipſum, cum omnibus ſuis bonis, poſſidendi traditur: quàm corpus, & ſanguis eius nobis in cibum, & potum, exhibentur: quæ ſunt certiſſimum pignus, & arrha poſſeſſionis totius Chriſti: qui nobis poſſidendus, in baptiſmo, verbi prædicatione, & in hoc ipſo conuiuio donatur, cum omnibus bonis, quæ morte ſua nobis acquiſiuit, remiſſione peccatorum, & vita ſempiterna. Cuius poſſeſſionis non abſentis, manducatio, & potus corporis, & ſanguinis Chriſti, quem intra nos verè ſinguli poſſidemus, ſignum, & teſtimonium eſt: verumq; illud regni cœleſtis ſceptrum, atq; inſigne. Non igitur de poſſeſſione, abſentis Chriſti, loquitur cœnæ inſtitutio, & meritorum donatione: ſed de poſſeſſione Chriſti præſentis, per manducationem, & potum ſui corporis, & ſanguinis. vt hoc tanquam ſponſalitio arrhabone: verè, ſponſo Chriſto, coniungamur. Hæc enim eſt vera vnio, qua Chriſtum poſſidemus: panis, & corporis: vini, & ſanguinis Chriſti, in manducatione, & potu oris. qua poſſeſſione Chriſti, in nobis viuentis, poſſeſſio nobis in ſacro fonte tradita, & in Euangelij annunciatione propoſita, cōfirmatur, ſingulisq; fruenda applicatur. Valeant igitur iſtæ σκάζουσαι ſimilitudines τῶν κλητικῶν Dipnoſophiſtarum.* .i. Claudicantes.

*At quomodo definitio hæc congruit verbis inſtitutionis? Etenim Chriſtus panem, & poculum, non cœlum Empyreum monſtrat: & de pane, ac vino clarè pronunciat: Eſſe ſuum corpus, & ſanguinem: quà nimirum ſigna viſibilia eduntur, & bibuntur. Non inquit, quà creditur, aut fingitur potius, imaginatione, & phantaſia: Chriſtum in quodam cœlo nouo, immenſo ſpacio à nobis diſtante, morari, vſq; ad diē extremi iudicij: in quod cœlum aſcendendum ſit: & de quo cœlo ſua virtute, vigoreq; ad nos Dominus deſcendat. Atqui Chriſtus nequaquam noſtras cogitationes ab hoc ſacramento, & ab hac cœnæ actione, id eſt, manducatione panis, & vini potu, cum quibus ſimul corpus, & ſanguis eius ſumitur, in peregrinum illud cœlum, auocat. Quæ enim hæc eſſet vnio, ſeu corporis, & ſanguinis Chriſti, cum pane, & vino, & cum veſcentis, & bibentis ore connexio? Certè nulla, niſi ficta, & imaginatoria, id eſt, non realis, vt ita dicam, ſed phantaſtica, atq; commentitia. Quin potius, maxima hæc eſt diſiunctio. Ac fides iſta noua, vel imaginatio potius, & cogitatio, concepta ſine verbo, eſt funiculus, qui non nectit res proximè coniunctas, panem, & corpus Chriſti: vinum, & ſanguinem Chriſti, Os hominis corporeum, & integrum ſacramentum: ſed (quia ex arena connexus eſt) res ab ipſo Domino in vero, legitimoq; cœnæ vſu, arctiſſimè copulatas, diſrumpit, ſeparat, atq; diſſoluit: vnam relinquens in cœna, quæ in terris peragitur: alteram in remotiſſimo cœlo, immenſo ſpacio à nobis diſtante, & ſupra omnes ſphæras cœleſtes poſito, collocat. Quid, quòd fides illa, ſiue ſpeculatio, non ſolum fraudat panem, & vinum, corpore, & ſanguine Chriſti: quod tolerari poſſet: ſed etiam ſpoliat*

Fides, ſeu Φαντασία τῶν ἱερονοβαπτιστῶν (?)

hoc

hoc precioſiſſimo pignore, ac theſauro, hominis corpus, nutriendum ad reſurrectionem mortuorum, & vitam ſempiternam? quod tolerari non debet. Falſum enim eſt, et cogitationibus humanis ἀδύνατον: vt ſe mens attollat, aſcendatq́ in cœlum: de quo illi ipſi οὐρανοβάται, nihil certi affirmare poſſunt. Fidei enim Chriſtianæ non eſt ea vis, natura, & actio: vt animam ſurſum euehat, vel extra corpus, per ἔκστασιν, quaſi rapiat in cœlum quoddam locale: in quo Chriſtus circumſcriptiuè, vel ſedeat, vel ſtet, vel ingrediatur, aut etiam recubet. Sed fidei proprium munus eſt, omni expreſſo verbo Dei aſſentiri, atq́ confidere, non ſolum hiſtoriam de Chriſto noſce: quæ mortua eſt fides: qua præditi ſunt, non modò dæmones: ſed etiam impij pleriq́, omnesq́ hypocritæ. Ergo veræ fidei partes ſunt, in hac de cœna Dominica doctrina: primùm noſce hiſtoriam inſtituti huius opipari conuiuij: deinde aſſentiri verbis Chriſti aſſeuerantis, panem ESSE ſuum corpus, vinum ESSE ſuum ſanguinem. Quæ συγκατάθεσις confirmata eſſe debet, aduerſus omnes contrarias cæcæ rationis, & incredulæ carnis opiniones, aduerſus omnes Diaboli, & hæreticorum Dipnoſophiſtarum tentationes, obiectiones, atque ſophiſtica deliramenta. Poſtremò, confidere promiſſioni Seruatoris: qui corpus ſuum pro NOBIS tradidit: ſanguinem ſuum pro nobis profudit: quæ ſua merita, in hoc myſterio, nobis, per externa ſymbola, dato pignore ſui corporis, & ſanguinis, applicat: vt quiſq́ ſtatuat, hac recta fide, beneficia Chriſti ad SE pertinere: quæ in Euangelij prædicatione OMNIBVS, in genere, annunciantur.

Portentoſus error, de fidei omnipotentia: quòd omnia ſibi poſsit præſentia facere: portentoſior, de Chriſti ἀδυναμίᾳ, impotentia.

Fidei veræ munus.

Et quanquam Chriſtus præſens eſt, in hac cœnæ actione, & celebratione: tamen non eſt propterea pueriliter ſomniandum, aut aniliter delirandum: Dominum humana ſua natura, quam TOTVM VERBVM indiſſolubili fœdere ſibi conſociatam, vbiq́, in vna, nuſquam, & nunquam ſeparabili perſona, ſecum habet, de cœlo quodam ſuperiore, delabi, aut Geometricè, immenſo facto locorum interuallo, deſcendere: cœlo, thronoq́ ſuo interea deſerto. Filius enim hominis ERAT in cœlo etiam tum: cum hic in terris conſpicuus verſaretur. Quamobrem in cœna Dominica, non ſolùm adeſt corpus, & ſanguis Chriſti, generali præſentia: ſed etiam adeſt Chriſtus quadam ſpeciali: primùm Miniſtro, vt diſtributor, ὁ μεταδιδοὺς ἑαυτὸν: deinde ſymbolis exhibentibus, vt is, qui à ſemetipſo, per externum miniſteriū, diſtribuitur, ὁ μεταδιδόμενος. Poſtremò veſcentibus, & bibentibus, & propterea horum omnium corporali ori, στόματι τῶν ἐσθιόντων, καὶ πινόντων.

Craſſus error de Chriſti ad nos locali aduentu, aut deſcenſu: cū ſemper vbiq́ ſit.

Conſtituamus igitur duplicem hic vnionem, ἕνωσιν: vnam τῶν προσφερόντων, καὶ τῶν προσφερομένων, ſymbolorum videlicet, ſeu exhibentium: & corporis, ac ſanguinis Chriſti, quæ dantur, & offeruntur, ad manducandū, & bibendum. quæ actiones propriæ ſunt cœnæ Domini. Alteram (quam, cum illa, neceſſariò concurrere oportet) ea eſt τοῦ ἐσθιομένου σώματος, καὶ τοῦ πινομένου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, corporis Chriſti, quod cum pane manducatur, & ſanguinis Chriſti, qui cum vino bibitur, copulatio, cum manducante, & bibente, σὺν τοῖς ἐσθίουσι, καὶ πίνουσι. Chriſti enim corpus, & ſanguis, vnita ſunt pani, & vino: non propter panem, & vinum: ſed propter cœnantes. Horum enim ori, & corpori, non animæ tantùm, præſens adeſt Chriſtus. Itaque τὰ οὐσιώδη, quæ ad vim, atq́ naturam cœnæ conſtituendam neceſſariò requiruntur: ſunt, panis, & corpus Chriſti: vinum, & ſanguis Chriſti: edere, ac bibere. Vnde Paulus, calix, inquit, eſt κοινωνία, diſtributio, & ſumptio ſanguinis Chriſti. Panis fractus, eſt diſtributio, & ſumptio corporis Chriſti. Copulatio enim illa duplex, conſiſtit in μεταδόσει, exhibitione, & μεταλήψει, participatione, ſeu κοινωνία. Ac illa copulatio ab hac ita differt: quòd coniunctio corporis, & ſanguinis Chriſti, cum ſymbolis, minus præſtans eſt coniunctione Chriſti, cum veſcentibus, & bibentibus. Nam eſt diſtributionis: nec, propter ſigna, adeſt corpus, & ſanguis Chriſti. Hæc autem dignior eſt vnio, Chriſti, cū cœnantibus, propter hos enim adeſt elementis. Eſtq́ ipſius finis, τοῦ τελικοῦ αἰτίου, ſeu vſus, τῆς χρήσεως, præſentiæ Chriſti, in cœna, diſtributoris, & diſtributi, videlicet ipſius ſumptionis. Hanc ſequitur ipſa hæc arctiſſima capitis, cum ſuis membris conſociatio, ἡ μετὰ

Duplex VNIO.

Τὰ τοῦ δείπνου κυριακοῦ συστατικά, quæ cœnæ conſtituāt ſubſtantiam.

Vnio ſignorum cum rebus ſignatis.

Vnio rerum ſumendarum, et ſumentium.

*Effectus ſumptionis dignorum, vnio capitis, cum ſuis membris.*

τοῦ Χριστοῦ συσσωματώσεως. Alterum diſcrimẽ eſt: quòd illa prior antecedit, hæc illam ſequitur. vt Chriſtus non ſolum habitet in credentium pectoribus: ſed hi etiam illi incorporentur: in impijs autem exiſtat præſens, ἐνυπάρξῃ, ratione communis ſuſtentationis, & iudicij, atq; condemnationis.

*Indignorum.*

*Alter effectus vnio membrorum inter ſe.*

Cæterùm hanc duplicem ἕνωσιν comitatur, vt effectus, tertia, quæ eſt membrorum inter ſe conſociatio, & concorporatio. Vnum enim corpus (Chriſti capitis) multi ſumus. quia de VNO pane (qui eſt corpus Chriſti) participamus. Etenim ἡ μετοχὴ ἐξ ἑνὸς ἄρτου, cauſa eſt: quamobrem in vnum corpus, ſcilicet myſticum, ſeu Eccleſiaſticum, redigamur: oſſa de oſsibus Domini, caro de carne illius. Sed hoc ad pios referendum eſt. Hypocritæ enim, quia de eodem pane communicant: vnum etiam, cum viuis Eccleſiæ membris, corpus efficiuntur: ſed iſti membra ſunt mortua: & habent cum credentibus externam ſocietatẽ tantum ſignorum. Quò magis ridiculi ſunt quidam fanatici: qui negant hypocritas ἀμετανοήτους, in cœna Domini veſci corpore, & ſanguine Chriſti. quia non ſint de eius myſtico corpore, quod eſt Eccleſia. Verùm de hac quæſtione aliâs: nunc, ad ſtatum controuerſiæ huius conſtituẽdum, tranſeamus.

## DE STATV SACRAMENTARIAE CAVSAE.

Ex ſuperioribus iam perſpicuum eſt: conſtitutionem, ſeu στάσιν huius controuerſiæ, non ſolum eſſe de præſentia totius Chriſti, Dei, & hominis, ac propterea eius corporis, & ſanguinis: quæ præſentia ſingularibus verbis, peculiariq; ritu exprimitur: ſed etiam de corporis, & ſanguinis, in cœna præſentis, diſtributione, per panem, & vinum: & de horum omnium ſumptione, ſacramentali: quæ fit ore corporali: non quæ fit ore animæ, ſeu fide: quæ ſpiritualis manducatio dicitur, potus, & fruitio carnis, & ſanguinis Chriſti.

*.ſ. quà cœna eſt, id eſt, quà in ea manducatur, & bibitur corpus, & ſanguis Chriſti.*

*1. Præſentia Chriſti in Eccleſia, et cœnæ adminiſtratione, vt diſtributoris.*

Ac præſentem ſe Chriſtus promiſit fore, in ſua Eccleſia, vſq; ad conſummationem ſeculi. ſicut inquit, Ero vobiſcum, &c. Item, Vbicunq; duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi medius ero, inter illos. De diſpenſatione verò, & exhibitione corporis, & ſanguinis Chriſti, per miniſterium Eccleſiaſticum, ex Domini inſtituto, expreſſum habemus verbum, & mandatum eius: Accepit panem, gratijsq; actis, fregit, ac dedit diſcipulis. Item, Similiter & poculum accepit, & gratijs actis, dedit illis. Hoc facite in mei memoriam.

*2. Eiuſdem, vt diſtributi, per ſymbola, præſentia.*

*3. Chriſti in ſumptiõe, præſentia, vt manducati.*

Deniq; de ſumptione, eſu, & potu, ſunt illa προστάγματα: Accipite, comedite, ſcilicet, panem fractum, & datum, qui manducatus, eſt meum corpus. Et, Bibite ex eo omnes, nimirum vinum, ex calice, quod vinum epotum, eſt ſanguis meus, noui teſtamenti. Hoc facite, in mei recordationem. Quæſtio igitur hic eſt, non de omni præſentia Chriſti, non de quauis manducatione, & potu corporis, & ſanguinis eius: ſed de ſacramentali, quæ fit in cœna, ex inſtitutione Chriſti, ritè celebrata: non de ſpirituali, quæ fit etiam extra cœnæ vſum.

*Sacramentariorum commenta.*

Nam Sacramentarij ſpoliant Chriſtianorum corpora, atq; ora, manducatione, potu, et ſumptione carnis, et ſanguinis Chriſti: eiusq; humanam iſti naturam auferunt ex cœna, & collocant in remotiſsimo à terris, et neſcio quo, cõmentitio cœlo: relinquentes noſtris corporibus duntaxat terrena elementa, vel ſymbola: & ab his, nos, tanquam rudimentis, ſi ipſis credimus, ad myſteria abdita, in ſupercœleſtibus, deducunt: vt quadam ſpeculatione, & imaginatione (quæ fortis ſcilicet eſt φαντασία) quam tamen fidem, & fidei completionem vocant, eleuata mente, animaq; ſublata, in cœlum Empyreum, Chriſtum quæramus, amplectamurq; cum omnibus eius bonis. quæ cogitatio, ne ſyllaba quidem vna expreſſa eſt, vel in cœnæ inſtitutione, vel in alijs locis. Non enim anima, per fidem, multò minus, per phantaſiam, rapitur, per ἔκστασιν, extra corpus: vt Enthuſiaſtæ hi ſomniant, & imaginantur: ſed manet intra corpus hominis: & intenta eſt verbis Chriſti Domini ſui, qui inquit; HOC, demonſtrando panem, & poculum cœnæ, eſt corpus meum, & ſanguis meus: nempe, quà manducatur, & bibitur: non inquit, IBI ſurſum, ſupra omnes orbes cœleſtes, in nouo cœlo, ſede, & domicilio meo, & omnium beatorum, eſt meum corpus, & meus ſanguis quærendus, edendus, bibendus, apprehendendus,

*Τὸ ῥητὸν verbi Chriſti.*

*Τὸ μὴ προσδιωρισμένον, non additum, neque verbis expreſſum.*

*dendus, inani cogitatione, qui modò ſto, modò inambulo, modò ad Antipodes (primi fortaſſis mobilis celerrimo motu) rapior, modò ſedeo. Non igitur dicit, in illo ficto cœlo me quærite, me ſtantem, ſedentem apprehendite, vel ſtantem: difficile enim eſt vos, me ambulantem, difficilius currentem comprehendere, & aſſequi. Tardum enim ingenium humanum eſt: nec ſunt tam celeres animi motus: etſi arroganter, veſtris cogitationibus, alas affingentes, & manus, quæ regum manibus ſint longiores, contendatis ſurſum, vt Dædalus quiſpiam, ſubuolare. Hæc enim ſunt hominum, Enthuſiaſmo agitatorum, commenta, & deliramenta. De quibus ſyllaba inuenitur in verbo Dei, quod iſti ſemper habent in ore, nulla: imò ne litera quidem reperitur vlla.*

SEIVNCTIO, *quæ docet quid nobis conueniat cũ Aduerſarijs.*

*Conuenit igitur inter nos, in hoc Euchariſtico negotio, ſolùm de præſentia terrenorum elementorum panis, & vini. Fatentur enim nobiſcum aduerſarij, quia coràm vident, panem, & vinum præſentia eſſe: diſtribui manibus miniſtrorum Eccleſiæ, & ſumi, vel manducari, & bibi ore corporeo. Quidam etiam vno, & eodem conſenſu nobiſcum confitentur: in cœna nobis offerri, & à nobis percipi corpus Chriſti non phantaſticum, aut imaginarium: ſed verum, & naturale: quod ex ſubſtantia matris aſſumptum, in cruce pro nobis traditũ eſt, ſed inter nos controuertitur, num & corpus Chriſti, & eius ſanguis, hic ſint præſentia, & vnita pani, & vino, veſcentisq́, & bibentis ori, ac corpori, nec ne.*

DIVISIO, *quæ oſtendit, quid in controuerſia relinquatur.*

*Id nos compulſi Chriſti verbis, inſtitutione, atq́ mandato, credimus, affirmamus, docemus, probamus, & profitemur. Sacramentarij pertinaciter illud pernegant, & corpus, atque ſanguinem Chriſti in cœna, ſeu eſu, & potu uerôq́ vſu huius actionis, abeſſe cõtendunt. Quia Chriſtũ, ſecundum naturam humanam, in cœlo, immenſo à nobis, qui in terris ſumus (cum tamen noſtrum πολίτευμα ſit in cœlis) ſpacio diſtante, collocant, ſtantem, ſedentem, accumbentem, ambulantem. Magna igitur eorum eſt impudentia: quòd ſcribunt: nullum eſſe diſſidium, aut certamen, de præſentia hominis Chriſti, in cœna. Si enim eſt in illo remotiſſimo cœlo præſens: quomodo eſt præſens in cœna? quæ in terris peragitur? At de modo, inquiunt, diſſenſio eſt. Chriſtus enim homo nobis præſens eſt, non ſua natura, aut eſſentia: ſed ſua virtute, vigore, beneficijs: & præſens, non corporibus noſtris eſt: ſed animabus, & mentibus.*

Dipnoſophiſtæ *confitentur, Chriſti corpus abeſſe ſubſtãtia: nihilominus affirmant, de eius præſentia, non controuerti.*

*At vbi anima tua, & mens eſt, Enthuſiaſta? Eſt ne in vtopia, an verò intra tuum corpus emortuum? Aut oſtende, vt Paulus raptus fuit in tertium cœlum: ſic te rapi anima, in cœlum tuum Empyreum. Atqui Paulus ipſe fuit incertus, an intra, vel extra corpus ſuum, raptus fuerit. Incertius igitur eſt, imò incertiſſimum, animum, & mentem aſcendere ſupra omnes ſphæras cœleſtes, in nouum quempiam cœlorum orbem. Aſcenditis igitur non anima, ſed eius quadam actione, nimirum cogitatione, imaginatione, ſpeculatione, & phantaſia. quam fidem, & fidei contemplationem nominatis. Eiq́ maiorem vim, atq́ potẽtiam impiè tribuitis homines mendaces, & impotentes: quàm Chriſto Filio Dei, & hominis, veraci, atq́ omnipotenti. Etſi enim parentes noſtros, pridem mortuos, aut amicos abſentes, cogitatione quadam, veluti præſentes habemus: tamen hæc διάνοια, ſeu cogitatio, mentisq́ agitatio, non eſt fides, non eſt opus Spiritus ſancti: ſed eſt actio hominis etiam naturalis, & ψυχικὸν. Nec ſi nobis hac, cum omnibus etiam impijs, communi imaginatione, quaſi præſentia nobis ea, quæ à nobis longiſſimè abſunt, facimus: idcirco verè nobis præſentia, & proxima ſunt. Quæ enim quaſi propinqua nobis ſunt: certè verè præſentia non ſunt.*

*Fallacia ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter.*

*Cum igitur fanatici confiteantur: ſe Corpus, & Sanguinem Chriſti longiſſimè à nobis ſubſtantia remoti, & abſentis, quaſi præſentia facere: etiam fateantur, neceſſe eſt: non verè adeſſe, ſed tantùm quadam imaginatione: quæ, quàm firmiter poſſit in tentatione, atq́ lucta, ſubſiſtere, manifeſtum eſt. Eſt igitur ὀξύμωρος λόγος, fatuè acutus ſermo: Chriſtus homo abſens, διαστάσει ἀμετρήτῳ, in cœlo remotiſſimo, eſt præſens nobis, cogitatione, ſeu quà imaginamur, eum præſentem eſſe: quem oculis mentis, quaſi intuemur, & cogitatione complectimur. Hæc, inquam, eſt quaſi præſentia, imò nulla præſentia: & præſentia imaginatoria, non realis, præſentia ex-*

*Caluiniſtæ, & Zuingliani imaginatores.*

 cogi-

*cogitata hominum fanaticorum temeritate, ſine expreſſo Dei verbo. Neq; enim fieri poteſt, vt anima, cogitationibus, in cœlum aſcendat. Oculus enim iſta cœleſtia, non vidit, auris non audiuit, in animum hominis nunquam ſubijt, id quod Deus ſuis præparauit. Mendacium igitur eſt Sacramentariorum, idq; impudentiſſimum: nullam eſſe de præſentia Chriſti hominis in cœna controuerſiam: quæ maxima, & acerrima eſt. Chriſto enim homine relicto procul in quodam cœlo: nobis præſentem largiuntur alij eius diuinitatem, alij ſpiritum, alij aliud: quibus rationibus ipſimet Chriſtum abſentem, quantum in ipſis eſt, faciunt. Quòd ſi anima, quæ non niſi intra corpus hominis eſt, ſaginatur corpore, & ſanguine Chriſti, per fidem, quæ interna quoq; mentis vis eſt, profecta à Spiritu ſancto, non autem, res quædam extra hominem, per διάστασιν, tranſiens: neceſſe eſt, vt corpus, & ſanguis Chriſti, noſtræ animæ præſens adſit: quæ anima in ſuo tantum ergaſtulo corporis continetur. Cætera non minus vana ſunt: animo nos eleuato, ſurſum attolli, & aſcendere in cœlum. in quo, fide, id eſt, cogitatione, & ſpeculatione fruamur toto Chriſto, hoc eſt, eius carne veſcamur, ac ſanguinem ipſius potemus. Sed iſti, forſitan ſibi arrogant (vt eſt eorum ſuperbus ſpiritus) fidem miraculoſam. quæ non ſolum omnes ſphæras cœleſtes penetret: vt ad fabrefactum illud nouum cœlum hac tranſcēdant: præſertim, cum, ipſis autoribus, Chriſtus clauſas fores, aut parietes, penetrare non potuerit: verum etiam, quæ montes non transferat, ſed accumulet: per quos, Gigantum more, cœlum illud, quod Chriſtum continet, oppugnent, ſua πίστει οὐρανοπόρθῳ, vt Chriſtum, nolit velit, comprehendant: qui, ſi liber eſſe cupiat: & pro ſuo arbitrio, vel ſtare, vel ſedere, vel ambulare liberè, ἀντίλυτρον perſoluat his Vranoporthis, ſeipſum, omnia ſua cœleſtia bona, & remiſſionem peccatorum. Deliramenta enim iſta, & phantaſmata, ſunt ἄγραφα, ſunt παρὰ τὴν τοῦ δείπνου κυριακοῦ διαταγὴν, ἱστορίαν, καὶ πίστιν. Nullis enim ſuffulta ſunt ſcripturæ teſtimonijs: & δὶς διὰ πασῶν, atq; ex diametro, pugnant cum inſtitutione, narratione, atque hiſtoria cœnæ Dominicæ, & cum vera, quam verba Chriſti requirunt, fide, quæ non eſt ocioſi hominis, & Enthuſiaſtæ imaginatio, & cogitatio: ſed eſt, qua aſſentimur tradito verbo, eiq; fidimus, & acquieſcimus, contra omnes tentationes, atq; luctas ſtultæ, & incredulæ noſtræ carnis. Ex his intelligi poteſt: quòd falſiſſimæ ſint Sacramentariorum ἐκλειπτικαὶ propoſitiones: Corporeum OS SOLA elementa, vel ſymbola percipit. Item, Fides SOLA corpus, & ſanguinem percipit. Quibus contrariæ ſententiæ noſtrorum Theologorum ſunt veræ: Corporeum Os vtrunque ſimul in cœna ſumit: panem, vnà cum corpore Chriſti: vinum, vnà cum ſanguine Chriſti. Non ſola fide manducamus carnem, & bibimus eius ſanguinem: quod & extra cœnæ vſum fieri poteſt: ſed etiam ORE corporeo, quod propriè fit in cœna Domini. Nam aduerſariorum propoſitiones διαίρεσιν habent, id eſt, diſiunctionem rerum cōiungendarum: quas Chriſtus ipſe copulat. Excludunt enim ab oris manducatione, & potu, Chriſti corpus, & ſanguinem: eaq; procul in vltimum cœlum relegant. Qualis igitur hæc eſt vnio? profectò nulla omnino. Maxima enim hæc eſt diſtractio rerum connectendarum. Noſtræ autem propoſitiones, σύνθεσιν habent, coniunctionem rerum copulatarum: quam ſæpe iam ἕνωσιν, ἢ συνάφειαν, καὶ σύνδεσμον appellauimus, ſeu παρουσίαν, præſentiam Chriſti corporis, & ſanguinis, in panis, viniq; cœna, hoc eſt, ſumptione externa, ac corporali. Eſt & hæc propoſitio ἐκλειπτικὴ noſtra veriſſima. Fide SOLA nos in cœnæ communione, ſumpti corporis, & ſanguinis, fructum percipere, qui eſt remiſſio peccatorum. propter has appendices: quod (corpus) pro vobis traditur. Qui (ſanguis) pro vobis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Quæ manducatio, & potio eſt ſpiritualis, & communis illi, quæ fit quoq; extra cœnam Domini. Ita in vſu cœnæ, pij dignè veſcentes, & bibentes, vtroq; modo, edūt, & potant corpus, & ſanguinem Chriſti. Dipnoſophiſtæ igitur fallunt hic ſimplices, & incautos, alio δειπνικῷ σοφίσματι, vel παραλογισμῷ, captione, verbi ſcilicet ambiguitate. Vt enim oſtendant, ſe nobiſcum non certare, de præſentia, nouam di-*

*Dipnoſophiſtarum excluſiuæ falſæ.*

*His contrariæ ſunt veræ.*

*Fide cœlum expugnante.*

*Putida Caluiniſtarum diſtinctio.*

*diſtinctionem præſentiæ, & abſentiæ comminiſcuntur. Sic enim ſcribit Caluinus, aduerſus D. Tilemanum Heshuſium. Interea nos ſimul indignè grauat: ac ſi doceremus: Panem eſſe ſignum abſentis corporis: quaſi non articulatè pridem commonefecerim lectores, de* ABSENTIA *duplici: vt ſcirent, corpus Chriſti* ABESSE *quidem* LOCO: *ſed ſpirituali eius participatione nos frui: quia omnem diſtantiam ſuperat diuina eius virtus. Statuit ergo duplicem præſentiam: vnam, qua corpus Chriſti alibi præſens eſt ſubſtantia ſua: nimirum in cœlis, loco à nobis remotiſſimo: alibi* VIRTVTE, *ſeu vigore, vt in cœna. His enim verbis idem hoc affirmat. Quamuis Chriſtus, inqt, ſecũdum carnẽ, à terris abſit: nos tamẽ verè in cœna, corpore, & ſanguine eius paſci: & fieri arcana ſpiritus virtute: vt fruamur vtriusq; præſentia. Et, quamuis loco diſtet à nobis Chriſtus: immenſa tamen ſpiritus ſui virtute, nobis eſſe præſentem: vt eius caro nobis ſit viuifica.*

*In Inſtitut. pag. 185.*

*Caluino igitur Chriſtus ſe præſentem* POTENTIA, & VIRTVTE *exhibet: & ſecundum hanc rationem, corpus, & ſanguis Chriſti, in Sacramento nobis exhibentur. Idem ſentit Beza: ſicut ſcimus, inquit, ſigna eſſe in terris, & non alibi: ita ſtatuimus,* REM *ipſam, id eſt, Chriſtum, ſecundum carnem, cœlis, & non alio loco contineri. Item, quò fit, vt hoc reſpectu, verè coniuncta dici debeant ſigna, cum re, id eſt, carne Chriſti: quamuis locorum interuallis, longè, lateq; ſint ſeparata. Et, in Cyclope ſuo. Hactenus, inquit, præſentiã corporis, & ſanguinis ponimus, non quòd nunc ſit in* TERRA *Chriſti caro: ſed quòd manens in cœlis, nobis tamen per fidem, in cœlum vſq; euectis, verè per Spiritus ſancti omnipotentiam, communicetur, in vitam æternam. Caluinus in concordiæ formula, corporis ſubſtantialem in terris præſentiam, nominat commentũ, & nobis præſentem dicit vi, & facultate viuificandi: quà videlicet, è cœlo ad nos penetrat vita ex carne Chriſti. Eamq; vim* ABSTRACTVM *aliquid à ſubſtantia dici poſſe exiſtimat. Manere enim Chriſti corpus in cœlo: tamen ad nos, qui in terra peregrinamur, vitam, ex eius ſubſtantia, manare, ac peruenire.*

*Ex his locis apparet, de qua præſentia, & abſentia, Caluiniſtæ loquantur, & ſentiant: non de præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti, ſecundum ȣσίαν: de qua cum ipſis, ex verbo Dei, diſceptamus: ſed de præſentia virtutis, ſeu vigoris, τῆς ἐνεργείας, καὶ δυνάμεως, corporis, & ſanguinis Chriſti. Quamobrem acerrima inter nos contentio eſt. Non enim de vi, ſeu efficacia diſputamus: ſed de ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti, præſentis in cœna. Etenim perpetua in his eſt lis, atq; contentio, & τῶν ἀντιφατικῶς ἀντικειμένων, ſeu contradicentium.*

*Corpus, & ſanguis Chriſti eſſentia ſua, vel ſubſtantialiter, eſt in cœna hic in terris præſens manducanti, & bibenti.* — *Intẽtio noſtra.*

*Corpus, & ſanguis Chriſti, non ſunt eſſentia ſua, vel ſubſtantialiter in cœna, hic in terris, præſentia veſcenti, & bibenti.* — *Depulſio aduerſariorum.*

*Vnde naſcitur hæc quæſtio:*

*Vtrùm corpus, & ſanguis Chriſti, ſua eſſentia, vel ſubſtantialiter, in cœna, hic in terris, præſens adſit manducanti, & bibenti, nec ne.* — *Quæſtio, vel ſtatus.*

*Negationis ſuæ hæc συνέχοντα, firmamenta, ſeu figmenta potius, adferunt Caluiniſtæ, & Zuingliani.* — *Depulſionis firmamẽta, ex repugnantib. falſis.*

*Nam corporis, & ſanguinis Chriſti vis, virtus, efficacia, vigor viuificus, præſens adeſt in cœna, credenti.*

*Item,*

*Corpus enim, & ſanguis Chriſti, ſunt, & manent in cœlo, à nobis remotiſſimo: eoq́ue Chriſtus, quà homo eſt, continetur, quo ſemel recepus eſt: donec ad iudiciũ redeat.*

*Subſtantialem igitur iſti hominis Chriſti, hic in terris, præſentiam cum repudient: mirum eſt, eos gloriari, de præſentia corporis, & ſanguinis in cœna, nullam eſſe inter nos, cõtrouerſiam. Sed delineemus tandem hanc vniuerſam cauſam: vt ſtatum, rationes, firmamenta, ipſamq; diſceptationem, ſeu τὸ κρινόμενον, inueſtigando deprehendamus:*

*damus: & inter nos, & Zuinglianos eſſe πραγματομαχίαν acerrimam, non inanem λογομαχίαν oſtendamus. Ac quoniam tres hic de præſentia Chriſti quæſtiones concurrunt: eas in rhetorica iſta ἀναλύσει coniungamus. Primùm enim dicimus, Chriſtum, vt in prima cœna viſibiliter adfuit: ita in reliquis cœnis, quanquam ἄφαντον, præſentem adeſſe: vt hoſpitem, & conuiuatorem, ac diſtributorem victus, & potus. Deinde eum, dato pane, & porrecto calice, ſeipſum cœnantibus offerre, & diſpenſare, per viſibile Eccleſiæ miniſterium. hoc eſt, ſuum corpus, & ſuum ſanguinem, manducantibus, & bibentibus exhibere, & præbere, ad comedendum, & bibendum. Poſtremò, eundem Chriſtum adeſſe ſuo corpore, & ſanguine cœnantium ori corporeo: eoq́ tanquam organo: cum pane, & vino, corpus, & ſanguinem eius recipi, & ſumi, intra nos: vt ipſe in nobis, & nos in ipſo viuamus, & maneamus: eiq́ tanquam incorporemur.*

## *DELINEATIO STATVS.*

ἡ Προβολή.

INTENTIO, QVAE EST *Sacramentariorum.*

*In cœna Domini, hic in terris, non eſt Chriſtus homo, ſubſtantialiter præſens: ſed eius corpus, & ſanguis, ſumpto pane, & vino, manducatur, & bibitur ſpiritualiter, ab anima, & mente rapta in vltimum cœlum, per fidem, ſeu ore animæ, quæ fides eſt, aſcendens in cœlum, à nobis longè remotiſſimum.*

ἡ Ἀντιπροβολή.

DEPVLSIO, QVAE EST THEOlogorum *Auguſtanæ confeſſionis.*

*In cœna Domini, hic in terris, Chriſtus Deus, & homo, in vna perſona, verè, & ſubſtantialiter præſens adeſt, diſpenſans, per miniſterium, dato pane, & vino, ſuum corpus, pro nobis traditum, & ſuum ſanguinem, pro nobis profuſum, cœnantibus, ad manducandum, & ad bibendum: à quibus ſumitur, cum externis ſymbolis, ore corporeo. Adeſt enim hac ſpeciali, & ſingulari præſentia duntaxat, in hoc vſu, hoc eſt,* MANDVCATIONE, & POTV ORIS *corporei.*

## *STATVS.*

ἡ Στάσις.

*Vtrum Chriſtus, ſecundum naturam humanam, ſit in cœna, an in cœlo, à terris remotiſſimo: & vtrum præſens totus ac integer, dato pane, & vino, ſuum corpus, & ſanguinem, ipſe, per miniſterium, cœnantibus diſpenſet, ad comedendum, & bibendum corporaliter, an ſpiritualiter: denique vtrum à veſcentibus, & bibentibus, manducetur corpus eius, & bibatur ſanguis eius, à mente fideli, aſcendendo cogitatione in cœlum Empyreum, longiſſimè à terris remotum: an ſumatur, & percipiatur hic in terris, vbi cœna peragitur, corporeo ore, credendo inſtitutioni, & verbis Chriſti.*

*Nouum omnino dogma ignotum veteri Eccleſiæ, natum in cerebris ſacramentariorum.*

STATVS *igitur principalis, τὸ πρῶτον, καὶ γενικώτερον κεφάλαιον, eſt Definitionis, quæ ſτάσις dicitur ὁρικὴ. Vtraq enim pars affirmat, ſi Caluiniſtis credimus: ſe ſtatuere corporis, & ſanguinis Domini præſentiam. Quæritur igitur, quid ſit præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti, in cœna, ſeu manducatione panis, & hauſtu vini. Vtraq etiam pars ait: carnem Chriſti comedi, & ſanguinem illius bibi. Ergo altera quæſtio ὁριστικὴ eſt: quid ſit ἐσθίειν, manducare corpus Chriſti, & quid ſit πίνειν, bibere ſanguinem Chriſti. Itaq primum ζήτημα, eſt περὶ τῆς τοῦ ἐν τῷ κυριακῷ δείπνῳ παρουσίας, ἢ ἑνώσεως, καὶ συναφείας, de corporis, & ſanguinis Chriſti præſentia in cœna. Seu, de vnione corporis, & ſanguinis eius, cum pane, & vino, manducato, & hauſto. Alterum eſt, περὶ τῆς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ βρώσεως, καὶ τῆς τοῦ αἵματος αὐτοῦ πόσεως, de manducatione corporis Chriſti, & potu ſanguinis illius.*

*Duplex quæſtio.*

*Ac ſuprà definiuimus ἕνωσιν μυστικὴν, ex noſtra, & aduerſariorum ſententia. Diximus item comedere corpus Chriſti eſſe, non anima, per fidem, in cœlum illud extremum aſcendere, ibiq́ Chriſtum cum omnibus bonis comprehendere, ipſoq́ frui: ſed eſſe in hoc myſterio, nihil aliud, quàm, cum pane, & vino recipere, & ſumere intra nos Chriſti corpus, & ſanguinem, vel totum Chriſtum, ore corporeo.*

*ὅρος, definitio falſa.*

*Ἀνθορισμὸς contraria definitio vera.*

Τὸ αἴτιον, Ratio defenſionis noſtræ.

*Ratio noſtra bipartita eſt: vna voluntate*

tate Chriſti, ἐκ τῆς βουλήσεως ſumpta: quòd hac ratione adeſſe velit cœnæ: & intra nos, cuius domicilia ſumus, nō ſolum per fidem, ſed etiam per ſacramenti huius vſum, eſſe, viuere, & manere. Voluntatem hanc Chriſti patefaciunt, & confiramant nobis verba illius, promiſsio, & mandatum, in ipſa inſtitutione verbis proprijs, planis, & perſpicuis, expreſſa. Accipite, comedite. Hoc (panis ſumptus, fractus, & manducatus) EST CORPVS MEVM, pro vobis traditum. Et, poculum eis dedit, dicens: Bibite ex eo OMNES. Et biberunt ex eo OMNES. Et dixit illis: Hic enim (.ſ. calix quem dedi, & ex quo bibiſtis omnes) EST SANGVIS MEVS NOVI TESTAMENTI, qui pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſsionem peccatorum. Ergo panis in manducatione, eſt corpus Chriſti: ideoq́ pani, in hoc vſu, adeſt præſens corpus Chriſti: ſeu pani VNITVM eſt: non fidei, ſeu imaginationi vagabundæ, atq; erraticæ. Item, vinum ex poculo hauſtum, EST ſanguis Chriſti. Eamq́ ob cauſam, vino, in hoc vſu, id eſt, potu, adeſt præſens corpus Chriſti, ſeu vino eſt vnitus ſacramentaliter, non animæ contemplationi, ſeu fidei, ſpiritualiter, cogitationibus aſcendendo in ſupremum quoddam cælum. Cum igitur in manducatione panis, adſit præſens corpus Chriſti, & in vini potu, adſit præſens ſanguis Chriſti: conficitur inde neceſſariò, ORI corporeo Chriſtum ſumendum præſentem eſſe, veruntamem immortalem, incorruptibilem, & glorioſum. Itaq; licet ſumatur manducando, & bibendo, intra nos, vt in nobis habitet, & viuat (Modum ipſe nouit: qui hæc dixit, promiſit, mandauit) tamen non ideo vel dentibus atteritur, vel in ventriculum demittitur, vt, qui ἄφθαρτος, καὶ ἄπεπτος eſt, ibi concoquatur: ſed vt nos ipſe, cœleſtis eſca tranſmutet, atq; alteret: vt caro de carne illius, oſſa de oſsibus eius efficiamur.

Verùm περὶ τοῦ ῥητοῦ verborum Domini, poſtea diſſeremus. Altera ratio eſt τῆς δυνάμεως, facultatis, & OMNIPOTENTIAE. Nam quoniam verax eſt Chriſtus, imò ipſa veritas: præſtabit profectò, quod dixit, quod promiſit, quod mandauit, quod inſtituit. Idq́ poteſt facilimè præſtare, atq; efficere. Non enim tantum homo eſt, & purus homo: ſed etiā Deus eſt: Deus, & homo, in vna indiſſolubili perſona. Cui homini Chriſto, à DEO eſt tradita OMNIS poteſtas, in cælo, & in terra. Qui homo aſcendit in cœlum: qui ſedet ad dexteram DEI Patris OMNIPOTENTIS. cui ὁ Λόγος, communicauit omnem gloriam diuinam. Vt Chriſtus, non ſolum ſecundum diuinitatem, omnipotens ſit, id quod ex ſe habet, ab æterno: ſed etiam ſecundum humanam naturam: id quod non habet ex ſe, verùm accepit à VERBO. vt vbicunq; eſt Chriſtus iuxta diuinam naturam (eſt autem vbiq;) ibi etiam ſit eius natura humana quam ὁ Λόγος aſſumpſit totus, nunquam, & nuſquam deponendam. Hoc PRINCIPIVM Theologicum eſt: ἡ ἀρχὴ, τὸ πρῶτον, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀξίωμα. ideoq; ἀμετάπτωτον, αὐτόπιστον ἀνένστατον, καὶ ἀναπόδεικτον. Chriſtum DEVM, non ſolum poſſe præſtare: vt humanam ſuam naturam ſemel aſſumptam, & nunquam deponendam, vbicunq; velit, ſecum præſentem habeat: ſed etiam re vera SECVM habere præſentem, non multiplicatam (ſicut nec diuinitas multiplicatur) non locali, corporaliq́ modo diffuſam, aut extentam: ſed cæleſti, nobiſq́ imperceptibili ratione, omnibus rebus conditis præſentem. Eſt enim & is modus, quo Chriſtus vbiq; præſens eſt, tota ſua diuinitate, hominibus ignotus. Neq; propterea inde ſequitur, eſſentiam diuinam Chriſti totam non eſſe vbiq;, aut multiplicari. Atq; hoc de OMNIPOTENTIA TOTIVS Chriſti, principium qui negant (quemadmodum Zuingliani, & Caluiniſtæ ſceleratè faciunt) cum his non erat diſſerendum. Quare cum Chriſtus iuxta ſuum verbum, & inſtitutionem, velit, & ſecundum OMNIPOTENTIAM, ſibi à diuinitate traditam, poſsit præſtare, quod dixit, HOC EST CORPVS MEVM, hic eſt SANGVIS MEVS: Concludimus verè, orthodoxè, & catholicè: in cœnæ vſu, ſeu manducatione panis, & vini hauſtu, qui fit ORE carnali (**mündlich**) præſens eſſe corpus & ſanguinem Chriſti: non abeſſe in cœlo à nobis remotiſsimo.

*Perſonalis coniunctio duarū in Chriſto naturarum.*

FIR-

*Τὰ συνέχοντα.*

## *FIRMAMENTA CINGLIANORUM, & Caluiniſtarum, eorumq́ infirmatio.*

*His cauſæ certiſſimis fundamentis opponunt Sacramentarij contraria argumenta, quibus probare conantur: Chriſtum non ſolum præſentem humana ſua natura in cœna, ſeu panis, & vini eſu, atq́ potu,* ESSE *nolle: verum etiam* ESSE *non poſſe. Nam vt hoc veriſimile vulgo efficiant: comminiſcuntur primùm* FALSISSIMAM *ὑπόθεσιν, extructam ex perperam intellectis ſymboli Apoſtolici articulis: Aſcendit ad cœlos: ſedet ad dexteram Patris omnipotentis: inde venturus eſt, ad iudicandum viuos, & mortuos. Vnde colligunt iſti: Chriſtum, humana ſua natura, anima, corpore, & ſanguine, in cœlo immenſo à nobis ſpacio diſtante, ita contineri: vt inde non redeat, vſq́ ad diem iudicij. Corpus igitur Chriſti, ſua, inquiunt, ſubſtantia, non eſſe propriè in terris: ſed tantum in eo cœlo: in quod aſcendit. Nam aſcendit verè in cœlũ* SVRSVM, *vt appareat vultui Dei, pro nobis. Corpore enim eſt in cœlo, hoc eſt, ſupra omnes iſtos cœlos. Hic audi, lector Chriſtiane, qua fide alleget Eriſticus dictum Petri Actor. 3.* Neceſſariò DETINERI *(Chriſtum) in cœlo, vſque ad tempus reſtitutionis omnium. Apoſtoli verba ſunt: ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως. Hic cedant omnes Grammatici nouo Interpreti, docto, pio, leni, patienti, & cordato. Ipſe Roterodamus etiam hinc faceſſat. qui ſic iſtum locum conuertit. Quem oportet quidem cœlum accipere, vſq́ ad tempora reſtitutionis omnium. Cedat vetus etiam interpres: qui ita reddidit: quem oportet quidem cœlum ſuſcipere, &c. Vt iam nihil de illiterato dicam Luthero: qui ſic tranſtulit hanc ſententiam.* Welcher muͦſz den himel einemen / biſz auff die zeit / da erwider bracht werde / alles / was Gott geredt hat / durch den mund aller ſeiner heyligen Propheten / von der welt an. *Hoc, qua fide, & religione, ſit ſcripturas, quas ſemper in ore habent Dipnoſophiſtæ, citare: alijs iudicandum relinquo. Eosq́ ad Grammaticorum ſcholas relego. Hinc bellè, ſcilicet, ratiocinantur: ne omnipotentia quidem Dei fieri poſſe: vt corpus vnum, idemq́ Chriſti, quod ſuis dimenſionibus finitum eſt, atq́ circumſcriptum, in pluribus locis, in quibus cœna Domini peragitur, vno, eodemq́ tempore, exiſtat præſens. Negant igitur Cingliani, & Caluiniſtæ Chriſti omnipotentiam. quo nihil eſt magis nefarium. Hæc etiam cauſa eſt: cur cœlum nouum, & in Sacris literis nuſquam expreſſum, οὐρανοποιοὶ iſti excogitârint: aut à fanaticis hominibus confictum, acceperint. Congerunt præterea quaſdam phyſicas, ac philoſophicas theſes. Cuiuſmodi ſunt iſtæ: Nullum corpus in multis locis ſimul eſſe poteſt. Cum igitur corpus Chriſti humanũ, ſit organicum, phyſicum, finitum, & finitas habeat dimenſiones: concludunt, illud non poſſe multis in locis ſimul exiſtere: & conſequenter, Chriſtum non eſſe præſentem, in cœna, ſecundum naturam humanam, hoc eſt, ſuo corpore, & ſuo ſanguine. Demiror autem, Ecſtaticos hoſce Dipnoſophiſtas, obliuiſci* ANIMAE *Chriſti. Nam ſi ipſis facile eſt, vt ſomniant, anima, & mente (per fidem, ſeu φαντασίαν, rapta) in cœlum ſupra omnes alios cœlos, poſitum, tranſcendere: cur nõ facilius eſt, omnipotenti Chriſto, ſua* ANIMA, *quæ pars Chriſti hominis eſt altera, κατ' ἔκστασιν, aut raptu quodam, extra eius corpus, quia anima eſt ſpiritus, ad nos deſcendere? Sed iſti religione fortaſſis quadam prohibiti, non audebunt hoc affirmare. Primùm, quia Chriſto non eſſet glorioſum, deſcendere ad nos: qui ſupra omnes cœlos, totus homo, aſcendit* SVRSVM. *Deinde, quia, ſecundum iſtos,* ANIMA *hominis non poteſt eſſe in pluribus locis: vbi cœna peragitur. Cur igitur præſens adeſt ſecundum diuinitatem tantum, & per ſpiritum ſuum: vt garrit Eriſticus? Eſt ne hoc de Chriſti honore: quem, deſcenſu Chriſti ad nos, imminui nugantur? cum tamen diuinitas, & Spiritus Chriſti nec deſcendat, nec aſcendat. Moueri enim è loco in locum diuina non ſolet natura. An verò Chriſti diuinitatis, & Spiritus particula tantum eſt in hac Eccleſia, in alio cœtu (vbi cœna adminiſtratur) rurſus alia quædam eſt particula, & ſic deinceps alia particula in alia congregatione? an vbiq́ tota eſt diuinitas, & totus Spiritus Chriſti? Certè vbicunq́ totus eſt, diuinitate, & Spiritu ſuo*

*Marginal notes:*

*Sacramentariorum falſum & ruinoſum fundamentũ.*

*Chriſtus neceſſariò detinetur in cœlo, vt in carcere.*

*Blaſphemus error.*

*Hi pſychagogici Schwermeri, fortè adhuc latent.*

ſuo Chriſtus. Atqui non multiplicatur propterea hæc eius natura. Quid igitur cauſæ eſt, quamobrem (qui omnia poteſt efficere) ſua etiam humana, non tamen multiplicata, natura, eſſe non poßit, & SIT, vbicunq; cœna Domini celebratur? Videtur quidem ſtupidæ rationi, Chriſtus eſſe πολυσώματος, ἢ πολυπνεύματος, aut in eo πολυθεότης. Quid tum poſtea? Artificioſa hæc ſcilicet, conſecutio eſt, fallaciæ ſecundum quid dicti, ad ſimpliciter dictum. Hoc nobis ita ſe habere, videtur: ergo, ita ſe illud habet. Δοξαστόν ἐστι, ergo ἀληθῶς ἐστι. At falſißima eſt θέσις illa: nullum corpus poſſe in plurib. locis exiſtere. Refellitur enim nõ ſolum Chriſti dictis: Ero vobiſcum, vſq; ad conſummationem ſeculi: & alijs id genus promißionibus: verum etiam hac ipſa Chriſti, in cœna corporali præſentia: de qua nunquam dubitauit catholica Eccleſia. quod nunc faciunt increduli Caluiniſtæ. Blaſphemia etiam eſt horribilis, de corpore Chriſti, quod in vnam indiſſolubilem à Λόγῳ perſonam aſſumptum eſt, ea affirmare: quæ in corporibus hominum vſitatè fieri conſueuerunt. Tetrum etiam, minimeq; tolerandum eſt mendacium, & contumelia execranda in Deum: non poſſe fieri eius OMNIPOTENTIA: vt corpus humanum ſit in multis, diuerſiſq; locis. Tu ne ſtolide nugator, modum diuinæ potentiæ conſtitues? Quod ſi Dei virtute, & quidem ſine negotio, ſi is velit, poteſt fieri: vt alterius, & quidem puri hominis corpus, in pluribus exiſtat locis: multò magis hoc & fieri poteſt, & fit omnipotentia VERBI, vt Chriſti corpus, cum diuina in eo natura, ſit, & ESSE queat vbiq;. Neq; enim ſequitur ἐκ τοῦ μὴ ὑπάρχοντος, τὸ ἀδύνατον. vt ſic argumentari, vel nugari potius, liceat. Hoc non fit, aut fieri non cernitur: aut nobis non videtur poſſe fieri: ergo non poteſt (velit, nolit Deus) illud fieri. Diſcant igitur prius iſti dialectica præcepta: quàm in Eccleſiam Chriſti infernale ſuum virus euomere. Altera deinde ὑπόθεσις, ex eodem fonte, Stygiæ paludis, manauit. Nullum corpus ſua ſubſtantia, vt Eriſticus loquitur, propriè in loco, niſi localiter eſſe poſſe. Hoc quidem hic philoſophaſter aſſeuerat impudenter: ſed fidenter à nobis reijcitur, cum ſuperiore θέσει, ſeu ὑπολήψει παραδόξῳ, ἢ ψευδεῖ. Etſi enim in aliorum corporibus id non fit: non tamen inde conficitur: id in corpore Chriſti non eſſe factum, neq; poſſe fieri. Erátne Chriſtus localiter in loco: cum ex monumento clauſo egrederetur? Item, cum clauſis oſtijs ad diſcipulos veniret? minimè. Ergo corpus Chriſti non modò in loco eſſe poteſt non localiter: ſed etiam, diuina potentia fieri poteſt: vt duo corpora in vno loco eſſe poßint. Nec tamen metuendum eſt, naturam, & veritatem corporis humani deſtrui. Qui enim naturæ opifex eſt: is eandem citra negotium quoq; poteſt conſeruare. Quamobrem hæc θέσις eſt falſiſſima: ne quidem Dei poſſe fieri omnipotentia: vt vel duo corpora, in vno loco eſſe poſſint: vel vnum, idemq; corpus eſſe in loco non poßit, niſi localiter. Eiuſmodi problemata ſunt, de quibus diſputari non debet: & ab Ariſtotele, τὰ τῆς κολάσεως δεόμενα nominantur. Nam qui hæc in controuerſiam vocant: ſupplicio eſſent cohercendi potius, quàm audiendi.

Προβλήματα κακοήθη.

Duas igitur ob cauſas, negant fanatici, corporalem Chriſti in Cœna præſentiam, & manducationem. Quarum vna eſt, vt retineatur integer articulus, de aſcẽſione Chriſti in cœlum: vnde iterum duntaxat venturus eſt, cum ſuo corpore. Altera, ne natura, & veritas corporis humani, quod finitum eſt, & circumſcriptum, deſtruatur. Grande profectò periculum: & metus, ne cœlum ipſorum criſtallinum, ſeu vitreum, ruat, eoſq; obruat. Item, ne Chriſti natura humana intereat: qui Chriſtus mori amplius non poteſt. Idem pſeudopropheta profert ex aliorum pharetra, aliud συνέχον, firmamentum, ſeu argumentum infirmum, obtuſumq; telum. quo nititur probare, Chriſti corpus, & ſanguinem non eſſe in cœna præſentia, nec manducari, ac bibi corporaliter. Ait enim, præſentem Chriſtum eſſe, ſecundum diuinitatem tantum, & per Spiritum ſuum. Acutum profectò telum. quod facile retorquetur in aduerſarium. Negamus enim, quod iſte confidenter affirmat: eſtq; ἀμφισβητουμένη ἢ ἐκκλησικὴ. quia dubium, & incertum ab eo poſitum eſt pro cõfeſſo. Id enim eſt in quæſtione. Vtrùm Chriſtus ſecundum naturam humanam,

*etiam adſit in cœna. Neq; enim ſi diuinitate præſens adeſt, per ſuum ſpiritum: idcirco non adeſt humana ſua natura. Imò ideo adeſt corpus, & ſanguis Chriſti: quia eius* DIVINITAS, *& Spiritus adeſt: qui nunquam, & nuſquam ab homine Chriſto diuellitur. In ipſo enim habitat plenitudo* DIVINITATIS *σωματικῶς. Adeſt etiam ideo: quia promiſit ſe corporaliter adfuturum, in hoc myſterio. Iuxta illud. Hoc eſt corpus meum: hoc eſt ſanguis meus. Non vtitur infernali furia, Zuinglij ἀλλοίωσιν. Non enim inquit: Hoc eſt diuinitas mea, qua præſens ſum tantum per ſpiritum meum. Ne tamen omnino excludere videantur Chriſtum hominem ab hac ſacramentali actione: excogitant ἀνάβασιν, & κατάβασιν: ſeu verborum, & rerum portẽta. Præſentem, inquiunt (audi vaniloquentiam, ſeu grandiloquentiam fanaticorum hominum) eſſe ſpiritualiter, per fidẽ. Quatenus Chriſtus ſuo Spiritu ad nos vſq; deſcendit: illabitur in noſtra* CORDA: *eaq́;* SVRSVM, *ſupra omnes iſtos cœlos: vbi eſt corpus ſuum,* SVBLEVAT, *ſuamq́; viuificam carnem* IBI MANENTEM, *nobis communicat: & quatenus nos ſpiritu, eouſq;* EVECTI, *viuificam Chriſti carnem, per* FIDEM *recipimus: ea fouemur, alimur, ſuſtentamur. Habes, amice lector, tandem præſentiam, quæ fit per ſpiritum Chriſti, in corda noſtra illapſum: & ea in cœlum euehentem, ac corpori Chriſti aſſociantem. Sed de hac nihil prorſus in Verbo Dei reperitur: quo iſtam τερατολογίαν poſſint demonſtrare. Iactant ſubinde, verbum Dei, verbum Dei: at iſtiuſmodi commenta, & ſomnia, nobis, pro Dei reuelato verbo, obtrudunt. Nam, qui menſam Domini accedunt: ij nulla credulitate ſtulta, aut imaginatione falſa, ſtatuunt, ſe ore corporis, Chriſti corpus manducare, & ſanguinem eius bibere: ſed vera fide inſtructi, & verbo Dei edocti, contra omnes cœcæ rationis obiectiones, ſciũt certò, quid ſumant, & quomodo illud percipiant: ſecundũ Chriſti mandata: Comedite, hoc eſt corpus meũ: item, Bibite, hic eſt ſanguis meus. Itaq; Sacramentarij præſidia quærunt ex falſis repugnantibus, de proprietate corporum humanorum: & teſtimonijs in ſpeciem contrarijs, ſed reuera non pugnantibus cum verbis cœnæ, callidè autem contortis. Cuiuſmodi ſunt articuli, quos ſuprà poſuimus: cuiuſmodi etiam ſunt hæc, & ſimilia dicta Chriſti. Pauperes ſemper habetis vobiſcum: me verò non ſemper habebitis. Relinquo mundum, & vado ad Patrem. Adhuc modicum vobiſcum ſum. Item, Cum adhuc vobiſcum eſſem. Mortem Domini annunciate, donec venerit, Hoc facite in mei commemorationem. Atq; hæc ſunt præcipua Sacramentariorum figmenta, fundamẽta, inquam, peſſimæ ipſorum cauſæ. Hic alia comminiſcuntur: quibus negant, Chriſtum* VOLVISSE *ſuo corpore, & ſanguine adeſſe in cœna: in eaq; illa diſpenſare veſcentibus, & bibentibus, ad comedendum, ac bibendum. Quæ petunt ex notatione verborum Chriſti, hoc eſt, falſa interpretatione. Nam quoniam pueriliter imaginantur, Chriſtum hominem locali circumſcriptione verſari in quodam remotiſſimo à terris cœlo: neceſſe eſt, vt propoſitiones illas Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, vel hoc poculum eſt nouum teſtamentum, in ſanguine meo, Item, panis, quem frangimus, poculum, cui benedicimus, eſt participatio corporis, & ſanguinis Chriſti: à propria, natiuaq́; ſententia, in peregrinã, atq; figuratam transferant. Itaq; alij pronomen* HOC, *contendunt, nõ panem, ſed corpus viſibile Chriſti accumbentis in menſa, demonſtrare: vel totam formam, externamq́; actionem cœnæ. Alij torquent τὸ προσκατηγορούμενον, ſeu copulam,* EST: *eamq́; pro ſignificat, non ὑπαρκτικῶς, exponunt. Alij, quibus hæc gloſſemata nõ ſatisfaciunt, arripiunt τὸ κατηγορούμενον, & per translationem, interpretantur, ſumi, non pro corpore Chriſti, & ſanguine eius pro nobis tradito, atq; effuſo: ſed pro horum figura. Sunt, qui negent eſſe metaphoram (non enim translata ſunt verba, corpus, & ſanguis) & ſcribant eſſe metonymiam, ſignatæ rei, cuius nomen attribuatur ſigno. Quidam explicant metaphoricè, verbum præcedens, Edite, & bibite, pro credite. Ex quo conficitur, verba inſtitutionis noui teſtamenti, nõ κυρίως propriè, ſed τροπικῶς, vel σχηματικῶς, translatè, & figuratè eſſe accipienda. Carloſtadius igitur, Ioan. à Laſco,*

Fliegende gedancken / vnnd träum / der Sacramentſchwermer.

*Aliud σωρείχον Dipnoſophiſtarum, incerta, & ſibi non conſtãs, interpretatio verborũ Chriſti.*

Laſco, Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus, & alij, pro oraculis habent ſuam expoſitionem: eamq; ſibi perſuadent, & alijs perſuadere conantur, profectam eſſe, ex ſpiritus reuelatione. Erit igitur hic verborum Chriſti contextus, & ſenſus (ἡ συναρτυγὴ τῶν λέξεων, καὶ διάνοια) Accipite (in manus, intra digitos: ne fortè Idolatriæ aliqua detur occaſio) Credite: Hoc (accumbens, quod videtis corpus, ſeu externa potius cœnæ forma, & actio) ſignificat figuram, ſignum, aut ſymbolum abſentis à terra, mei corporis, & ſanguinis. Item, Credite ἐx eo omnes: et, ſecundum Marcum, crediderũt ἐx eo (poculo) omnes. Item, Panis, quem frangimus: poculum, cui benedicimus, ſeu Dominus viſibiliter accumbens, aut externa forma, & actio, quam frangimus, & cui benedicimus: ſignificat communicationem figuræ, ſigni, ac ſymboli corporis Chriſti. Hoc poculum, ſignificat nouum teſtamentum, in ſignificati mei ſanguinis figura, ſigno, vel ſymbolo. Habes, amice lector, mentem Chriſti, & ſententiam noui teſtamenti. quid quæris amplius? Audis enim ſpirituales, & Seraphicos Theologiæ doctores: qui, ſecundum ſcripturæ ἀναλογίαν, verba Chriſti, ſuis commentis, illuſtrant, atq; exornant: teq; fideliter, & perſpicuè, de tanta re, iſta περιλογίᾳ inſtituunt, atq; erudiunt. Sed de his gloſſis, & tropis, poſtea copioſius diſſeremus, ac oſtendemus, quàm ἀσύνετοι ſint, & abſurdi. Nunc de iudicatione, & diſceptatione.

Zwinglianorum cõtextus cœnæ Domini.

## ΤΟ' ΚΡΙΝΟ'ΜΕΝΟΝ.

Τὰ αἴτια.

Ex rationibus noſtris, firmamentis aduerſariorum, & ipſa conſtitutione, exiſtit quæſtio, quam Rhetores κρινόμενον vocat. Vtrùm, cum Chriſtus verax, & omnipotẽs ſit, & id velit, quod loquitur: cumq; in cœlo remotiſſimo à terris, neceſſariò detineatur, vſq; ad reditum eius poſtremum: & cum ne diuina quidem omnipotentia fieri poſſit: vt vnum corpus humanum, exutis ſuis proprietatibus, in pluribus locis, incolumi ſua natura, eſſe poſſit: verba deniq; Chriſti non propriè, ſed translatè interpretanda eſſe videantur: vtrum, inquam, Chriſtus ſua natura humana, hic in terris, vbi cœna adminiſtratur, præſens adſit, & ſuum corpus, & ſanguinem, per externum miniſterium, ipſe inuiſibilis, pane, & vino, tanquam organis exhibentibus, diſpenſet, & diſtribuat ſuis conuiuis, ad manducandum, & bibendum: & an à veſcentibus, & bibentibus in cœna, corpus, & ſanguis Chriſti corporaliter, ſeu ore carnali ſumantur, nec ne.

Τὰ συνέχοντα.

ἡ Στάσις.

Status igitur, propter hoſtes præſentis Chriſti hominis, præter principalem, acceſſorij, & ſecundarij, duo ſunt: vnus contrariarum quaſi legum, τῆς ἀντινομίας: alter, ſcripti, & ſententiæ, τοῦ ῥητοῦ, καὶ τῆς διανοίας.

## DE TROPIS.

Hactenus controuerſiæ ſtatum aperuimus, inueſtigauimusq; rationes, & firmamenta: ἐx quorum concurſu, oritur iudicatio: deinceps, pauca de tropis, verbisq; translatis. Nam de his agemus prolixè in libris, quos breui, Chriſto iuuante, de modificationibus verborum, in lucem dabimus. Cum enim Zuingliani tropicè, & figuratè, Chriſti verba pleraq; vſurpent: nos autem in his propoſitionibus, Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus: Hoc poculum eſt nouum teſtamentum, in meo ſanguine, nullum verbi ineſſe modum rectè dicamus: vociferantur iſti, nos omnia verba Chriſti propriè intelligere. Qua in re grauem nobis, fanatici, mali dialectici, iniuriam faciunt. Non enim, quia negamus, in ſuperioribus propoſitionibus aliquem tropum verbi, locum habere: idcirco in reliquis partibus inſtitutionis, omnia vocabula propriè ſunt interpretanda. Quamobrem, conſideremus accuratè ſingula verba Euangeliſtarum, & Pauli Apoſtoli: ac videamus, quæ propria ſint, quæ peregrina, quæ translata.

### GENERA VERBORVM cœnæ Dominicæ.

In cœnæ Dominicæ inſtitutione, verba quædam ſunt,

- Propria, et vſitata, κύρια, καὶ οἰκεῖα: in lingua
  - Latina, & Græca.
  - Hebræa. quæ ἰδίωμα, vel ἰδιωτισμὸν faciunt: & dicitur Hebraiſmus.
- Translata, τροπικά.
- In his media, id eſt, propria quidem: ſed, in communi vſu loquendi, non trita: & quæ translatorum ſimilitudinem habent, translata autem non ſunt: nominanturq; τροποειδῆ, & ἄχρηστα in philoſophicis diſciplinis, humanioribusq; literis. Ex quibus verbis naſcitur genus dicendi Theologiæ proprium.

# DE TROPIS SEV MODIS

VERBA PROPRIA.

Λείπει τὰ τροπικὰ, ἰδιωτισμοὶ, καὶ τὰ τροπώδη.

*Et veſcentibus illis, ea nocte, qua traditus eſt, accepit* IESVS *panem: & gratias egit, A ——— & dedit diſcipulis, ac dixit: Accipite, Comedite. B ——— quod pro vobis traditur, C ——— Hoc facite, in mei recordationem. Quotieſcunq; enim comederitis panem hunc: mortem Domini annunciate, donec venerit.*

Prætermittuntur hic, verba modificata, linguæ alicuius propria, & quæ tranſlata eſſe videntur.

*Similiter & calicem accepit, poſtquam cœnatum eſt: & gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex eo omnes. Ac biberunt ex eo omnes. Et dixit illis. D ——— ——— Noui teſtamenti. E ——— ——— F qui, vel quod poculum, pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Hoc facite, in mei commemorationem. Quotieſcunq; enim de hoc poculo biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit.*

*Atq; hæc verba noui teſtamenti, & arctiſſimi fœderis, quod Chriſtus nobiſcum percuſſit, extra omnem cõtrouerſiam, ſunt natiua, propria, & vſitata. Quæ verò in his ſunt omiſſa: ea diuerſorum ſunt generum.*

VT SVNT,

*A. fregit. B. Hoc eſt corpus meum. C. ſeu frangitur. D. Hic enim eſt ſanguis meus. E. vel, Hoc poculum nouum Teſtamentum eſt, in meo ſanguine. F. quod (poculum) pro vobis effunditur.*

IDIOTISMI, VT HEBRAISMI.

*A. Fregit.) panem, hoc eſt, diſtribuit, inter duodecim diſcipulos, διεμερίσατο: ἔθει Ἑβραϊκῷ. vt eſt apud Eſaiam. Frange eſurienti panem tuum. C. Quod pro vobis frangitur.) Eſt eiuſdem generis: proprius ſcilicet Hebræis ſermo. Reſpexit enim Apoſtolus ad ἕνωσιν μυστικὴν, panis, & corporis. vt oſtendat, res duas, in cœna, diſpenſari, contra Zuinglianos, & Pontificios. Chriſti enim corpus non eſt in cruce fractũ: ſicut latronum crura fracta ſunt. Ioan. 19. Milites enim, vt viderunt, Ieſum mortuũ: non fregerunt ei crura. οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη. Facta enim ſunt hæc, vt ſcriptura impleretur. ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ.* (Zachar. 12.) *OS eius non comminuetis. Itaq; non vtitur verbo κατάγω, ſed κλάω. Vt enim panis, ſic corpus Chriſti cum pane, ὀργανικῷ αἰτίῳ, inter diſcipulos, eorumq; commodi cauſa, eſt diſtributum. Vnde panem cœnæ definiens Paulus, addit, quem frangimus, ſeu inter nos, in hoc ſacramento, diſpenſamus. E. Hoc poculum, eſt nouum teſtamentum, in meo ſanguine. Vel, vt Lucas habet: Hoc poculum (vel hic potus, ſeu vinum, γέννημα τοῦ ἀμπέλου) nouum teſtamentum eſt in ſanguine meo.) Hebraiſmus quoq; eſt, per traductionem verborum. quemadmodum ex* LVTHERO *ſupra, in Harmonia annotauimus. Calix enim teſtamentum nouum eſt, non propter ſe: ſed propter id, quod continet, atq; exhibet: videlicet, propter ſanguinem Chriſti, in vino, ſeu potu. Nam particula,* IN, *cauſam indicat: remq; præſentem denotat. Itaq; Matthæus, & Marcus, peregrinam hanc loquendi formulam explicant, vſitato, & directo genere dicendi. Hoc enim eſt ille ipſe meus ſanguis, noui teſtamenti: qui pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Chriſti enim ſanguine, nouum hoc fœdus nobiſcum factum, confirmatum, obſignatum, & ratificatum eſt. F. Cæterùm prætereundum hoc loco non eſt, quod de Luca annotauit D. Lutherus, & poſt hunc M. Flacius Illyricus. Is enim Euangeliſta de poculo, ſic ſcribit: τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη, ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Hoc poculum, nouum teſtamentum, in ſanguine meo: quod (poculum, ſeu, qui potus) pro vobis effunditur. Vt enim Paulus corpori attribuit κλάσιν, diſtributionẽ: ſic Euangeliſta Lucas, poculo ἔκχυσιν ὑπὲρ ἡμῶν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Quod enim ſanguini competit: id vino tribuit. propter vnionem ſacramentalem. Vinum enim, ſeu potus, in calice, non eſt effuſus pro nobis. Quamobrem in poculo non vinum ſolum eſt: ſed etiam ſanguis Chriſti. Quo argumento, refutatur à Paulo, & Luca, non tam Pontificiorum μεταστοιχείωσις, ſeu μετουσίωσις: quàm Cinglianorum portentoſus error, de Chriſti corporis, & ſanguinis, in cœnæ vſu, abſentia. Nam iſti negant in hac actione corpus, & ſanguinem cum pane, & vino diſtribui cœnantibus, ad edendum, & bibendum. Non enim ſcribit Euangeliſta, ἐν τῷ αἵματί μου ἐκχυνομένῳ ὑπὲρ ὑμῶν· vel ὅπερ (αἷμα) ἐκχυ-*

ἐκχυνόμενον ὑπὲρ ὑμῶν. qui ſanguis, pro vobis effunditur: ſed quod (poculum) effunditur. Nugatoria, & ſcurrilia, quæ Beza, de ſolœciſmo, & ſuppoſititia adfert ſententia, ſunt indigna, quibus reſpondeatur.

VERBA TRANSLATA.

*Perſpicuum igitur eſt, in his verbis, τοῦτο τὸ ποτήριον, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, eſſe μετωνυμίαν, vel ὑπαλλαγὴν vſitatã: non illam commentitiam Caluini, quæ eſt ſigni, & rei ſignatæ, τοῦ σημείου, καὶ τοῦ σημειωθέντος πράγματος: ſed continentis, & contenti, τοῦ περιέχοντος, καὶ τοῦ περιεχομένου. Poculum enim pro vino poſuit, ſeu fructu vitis, de quo, ſe poſthac negat bibiturum eſſe. Poculum autem non effunditur propriè: minus effunditur pro nobis, in remiſſionem peccatorum: ſed ſanguis effuſus eſt pro nobis, in cruce: qui ex poculo cum vino, corporeo hauritur ore. Eadem verbi modificatio eſt in Matthæo, & Marco. Hoc enim (poculum, ſeu vinum, atq; potus) eſt ille ipſe meus ſanguis, noui teſtamenti: qui pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Nam & in his locis, ponitur continens, pro contento, calix pro vino. Ac continens δεικτικῶς oſtenditur: à Luca verò, & Paulo nominatur, contra furores Carloſtadij. At quod quaſi continetur, non autem continetur localiter, à Matthæo, & Marco expreſſis verbis ponitur. Quo tropo & Paulus vtitur: vbi inquit: οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Menſam enim in priore membro poſuit pro agno immaculato: qui de menſa cœnantibus, per externa ſymbola, diſpenſatur: in poſteriore, pro victimis, quæ ſimulachris immolabantur à gentibus, ἀντὶ τῶν εἰδωλοθύτων. Eiuſdem generis eſt illud: οὐχὶ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; Nonne qui edunt victimas, participes altaris ſunt? id eſt, ſacrificij. Item illud: Poculum benedictionis, cui benedicimus, id eſt, vinum in poculo. Et, non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. Huc quoque pertinent illa metonymica: ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως· ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ κυρίου. Itaq; quiſquis ederit panem hunc .ſ. qui eſt corpus Chriſti: aut biberit poculum Domini indignè, &c. Illud enim eſt quaſi continens: hoc verum continens. Calicem enim pro vino poſuit. Poculum namq; bibit nemo. Paulò poſt hanc μετωνυμίαν, vſitata loquendi formula exponit: cum ait, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω: & ſic ex poculo illo bibat, nempe, vinum, quod eſt ſanguis Chriſti.*

*Alius modus, ſeu ſpecies metonymiæ.*

*Eſt & illa apud Lucam, & Paulum aperta traductio, vel tranſmutatio, non continentis, & contenti, aut ſigni, reiq; figuratæ: ſed cauſæ, & effectus. Alius enim modus immutationis, ſeu hypallages à Rhetoribus traditur: in quo, id quod facit, ab eo denominatur, quod fit, & contrà. Hoc, inquit vterq; Apoſtolus, poculum nouum teſtamentum eſt, in meo ſanguine. Nam poculum, aut potus, non eſt teſtamentum: ſed ſanguis Chriſti in poculo, & vino, eſt cauſa noui illius fœderis: quo ſanguine confirmatum, ſtabilitum, & quaſi obſignatum eſt. Nihil enim eſt διαθήκη aliud: quàm morientis ſupremæ voluntatis conteſtatio. Moriturus igitur Chriſtus, teſtamentum* NOVVM *condidit: in quo ſuis hæredibus ampliſſimas facultates legauit. Eſt etiam hypallage, quam alij συνεκδοχὴν vocant, partis, & totius. Hoc enim pro illa ponitur. Sanguis enim Chriſti pars teſtamenti eſt: videlicet, eius σφραγὶς, ſignaculum. Itaq;* TESTATOR *eſt ipſe Dominus, & aſſertor noſter* IESVS CHRISTVS. *Hæredes autem ſunt* OMNES *credentes in ipſum. Bona legata, ſunt cœleſtes, & nunquam interituræ opes,* REMISSIO PECCATORVM, *&* VITA SEMPITERNA. *Inſtrumentum, ſeu diploma huius Teſtamenti, ſunt verba inſtitutionis cœnæ. Accipite, Manducate:* HOC EST CORPVS *meum. Bibite ex eo omnes.* HIC EST SANGVIS *meus noui teſtamẽti. Ἡ σφραγὶς, ſigillum, ſignum, aut ſignaculum, quo teſtamentum nouum obſignatum, & ratificatum eſt: ſunt cœleſtia hæc pignora,* CORPVS, *&* SANGVIS *Chriſti, cum pane, & vino exhibita, ad manducandum, & bibendum: vt hoc theſauro precio-*

*Poculum cur ſit Teſtamentum.*

*Quid ſit διαθήκη.*

*SEX res, quæ in Teſtamenti factione requiruntur.*

*1. Teſtator.*

*2. Hæredes.*

*3. Bona legata*

*4. Inſtrumentum.*

*5. Sigillum.*

*Signaculum eſt rei ſignatæ atq; confirmatæ, ſignaculũ, .i. teſtamenti, quod eſt rerũ,*

# DE TROPIS, SEV MODIS,

*de quibus moriens teſtatus eſt, ſuamq́; voluntatem aperuit, teſtamentum, vt promiſsionis peccatorum remiſſionis.*

*6. Obligatio.*

*ſiſsimo intra nos ſumpto, certificemur, de gratuita, per Chriſtum, tum Patre cœleſti, reconciliatione, gratia, atq; miſericordia. Et, vt noſtra fides de remiſsione peccatorum, & vita æterna: cuius, propter Chriſtũ, facti ſumus hæredes, confirmetur. Obligatio igitur, qua hæredes tenentur, eſt aſsidua recordatio, & meditatio paſsionis, & mortis Domini: præſentiſsimum aduerſus ignita Diaboli tela, & aduerſus omnes tentationes carnis, peccati, mundi, & inferni, remedium, ſiue antidotum. Iam ex comparatione propoſitionum Matthæi, & Marci, Lucæ, & Pauli, ἁρμονία, atq; concentus maximus animaduertitur. Sunt enim ἀντίστροφοι, retrorſus commeantes, & ἰσοδυναμοῦσαι προτάσεις. Hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti. Et, Hic calix eſt nouum teſtamentum, in ſanguine meo. Sed Hebraïſmũ exponit prior propoſitio. Nec prætereunda eſt hypallage: qua idem vtitur Apoſtolus capite præcedente, in ſignorum, vel ſymbolorum deſcriptione. Panis, quem frangimus, nunquid communicatio eſt corporis Chriſti? Calix benedictionis, cui benedicimus, nunquid communicatio eſt ſanguinis Chriſti? In his enim res ponitur pro actione: materia, ſeu inſtrumentum, pro forma. Nam panis non eſt communicatio, ſed illud veluti medium, per quod fit κοινωνία, ſeu diſpẽſatio, & cum quo fit ſumptio corporis Chriſti. Itaq; τὸν ἄρτον, pro κλάσει, ἤγουν διανομῇ, panem pro fractione, ſeu diſtributione poſuit. Quæ cauſa eſt, quamobrem, ſubiecto adijciat hanc circumſtantiam: ὃν κλῶμεν. Eadem poculi ratio eſt. Nam calix benedictionis, cui benedicimus, ſeu vinum, quod in calice, Chriſtus, gratijs actis, diſcipulis dedit, non eſt κοινωνία, ſed huius quoddam ὄργανον: quo ſanguis Chriſti ore hauriendus porrigitur: & cũ quo vinum, quod eſt ſanguis Chriſti, pro nobis effuſus, bibitur. Itaq; hanc metonymiam ſcitè Lutherus explicat, per hanc ἐναλλαγήν. Panem eſſe communicatum corpus Chriſti. hoc eſt, inter cœnantes diſtributum, ad comedendum. Et poculum eſſe communicatum, ſeu diſpenſatum bibentibus, Chriſti ſanguinem. Sic enim Chriſtus datum, & acceptum, id eſt, κεκοινωνημένον panem definit: quòd ſit ſuum corpus: & poculum datum, atq; epotum: quòd ſit ſuus ſanguis. Ex quibus ſumma conſenſio, atq; συμφωνία Euangeliſtarum, cum Paulo Apoſtolo, facile animaduerti poteſt. Hæc enim verba ταυτοσήμαντα ſunt: κοινωνεῖν, διδόναι, καὶ λαβεῖν. Nam communicare eſt dare, & accipere in his locis. Eſt & in his verbis transnominatio, vel hypallage: Iudicium ſibi edit, & bibit. Id eſt, hoc ipſo cœnæ abuſu, & indigna manducatione, & potu, Chriſtum iudicem intra ſe recipit. Nã reus fit corporis, & ſanguinis Domini. Nõ enim ſe probat, neq; vel ſeipſum, vel corpus Domini dijudicat. Nam ἡ δοκιμασία in eo conſiſtit, vt quiſq; perpendat, qua fide ad cœnam Domini accedat: quid ſumat: & in quem vſum. Διάκρισις item corporis Domini, in hoc poſita eſt: vt non tractemus corpus Chriſti, ſicut cibum vulgarem. Qui enim illud non habet alio loco: is Chriſtum recipit, non ad ſalutem, ſed ad iudicium: nõ vt ſeruatorem: ſed vt iudicem. Ita poſuit Apoſtolus rem, pro perſona: effectum, pro cauſa. Nam qui edit, & bibit indignè: eum Dominus iudicat, atq; caſtigat, morbis, & corporali morte: vt tanti peccati ipſum pœniteat: & ne cum mundo condemnetur.*

*Alia metonymia in Paulo.*

*Ne igitur clamitent Sacramentarij, nos in ijs ſcripturis, quæ loquũtur de cœna Domini, nullũ admittere verbi modum: habẽt nos confitentes. ſed ita: vt profiteamur, nos vſitatos, & per ſe, omnibus, qui doctrinam modificationum ſunt aſſecuti, notos tropos ponere: non eos: qui nulla dicendi arte, nulloq; vſu loquẽdi, poſsunt demonſtrari. Cuiuſmodi ſunt illi, quos ipſi inſcitè, & ſtolidè excogitauerunt. quemadmodum dicemus poſtea. Idem vtitur μεταφορᾷ, translatione. ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. quia vnus panis: vnum corpus multi ſumus. quæ verba manifeſtam translationem habent, propter ſimilitudinẽ, & cognationem, quæ eſt inter cauſam, & effectũ. Ad quam συγγένειαν alludit. Panis enim Euchariſtici, ex quo omnes participamus, corpus Domini efficit: vt multi vnus veluti panis, & vnum corpus, ſcilicet myſticum, quod eſt Eccleſia, cuius caput eſt Chriſtus, fiamus. Atq; harũ modificationũ φανερῶν, aperta in his locis extãt veſtigia: vt omnium troporũ perſpicua ratio eſt, neq; obſcura animaduerſio.*

DE

DE TERTIO VERBORVM INſtitutionis cœnæ Domini, genere, quod inter ſuperiora, eſt medium.

Diximus, inter propria, & trāslata verba, eſſe nonnulla, quæ mediam naturam habent. Nam etſi propria ſunt, & natiua rerum vocabula: translatorum tamen ſimilitudinem gerunt. Videntur enim eſſe modificata: modorum autem, qui τρόποι nominantur, præ ſe ferunt tantum aliquam ſpeciem, atq; imaginem. Itaq; verba eiuſmodi non τροπικά, ſed τροποειδῆ à Græcis appellantur. Et quanquam in reliquis artibus, doctrinis, atq; linguis, ſunt inuſitata: in ſacris tamen literis, ſeu verbo Dei, & ſacra Theologia, ſæpe reperiuntur. Ex hoc numero, ſunt illa Chriſti verba. B. Hoc (panis, quē is ſumpſit, fregit, deditq; diſcipulis, vt eum acciperent, & manducarent) EST CORPVS meum, quod pro vobis traditur. D. Hic eſt ſanguis meus.) In quibus propoſitionibus Schiſmatici, hoc eſt, Sacramentarij, vt poſtea oſtendemus, tropos, ſed falſos, repererunt. Nos nullum his ineſſe contendimus. Sunt enim hic omnia natiua, propriaq; rerum vocabula. Nam pronomē demonſtratiuum, oſtendit panem. Idq; ex Luca, & Paulo fit manifeſtum: qui in altera cœnæ parte docent, quas res Dominus monſtrârit. non accumbens ſuum viſibile corpus, aut externam cœnæ actionem, atq; formam: ſed poculum, & panem. Pars altera, nimirum copula, ſuam vſitatam retinet vim, atq; poteſtatem. Accipitur enim ὑπαρκτικῶς. Vt enim ἄτεχνον eſt, ſeu contra artis præcepta, & propterea ineptum, ſentire, tropum, modumq; verbi cadere in particulam δεικτικήν: ſic fatuum eſt, contendere, μεταφοράν, ἢ τροπήν translationem, ſeu modificationem aliquam vocabuli, ſedem habere, in verbo ὑπαρκτικῷ, Sum, Es, Eſt. Non enim, ſi pronomen δεικτικὸν, aut verbum illud ὑπαρκτικὸν, per alia cognatæ ſignificationis, explicari interdum poteſt: idcirco ea interpretatio eſt tropica. Nam vt verū eſſet: quod Carloſtadius voluit, HOC, exponendum eſſe, per corpus Chriſti diſcumbens cum diſcipulis viſibiliter: non tamen inde ſequeretur, in his ipſis eſſe aliquam modificationem. Sunt enim hæc, quæ poſuimus, omnia propria. Eadem ratio eſt τοῦ ὑπαρκτικοῦ ῥήματος: quod translatè nunquam accipitur. Vt enim largiamur Zuinglianis falſam expoſitionem hanc, Eſt, pro ſignificat, accipi: non tamen rectè dicetur, metaphoricam eſſe locutionem. Nulla enim translatio per ſignificat, exponitur. Id quod in his exemplis videre licet. Achilles eſt leo. Chriſtus eſt oſtium, vitis, paſtor, item panis. Nam τὸ κατηγορούμενον translationem habet, non copula, quæ ſumitur ὑπαρκτικῶς. Non enim per ſignificat exponitur. Etenim Achilles non ſignificabat leonem: ſed reuera leo erat, vel leoni ſimilis: non natura, atq; eſſentia, ſed qualitate, ſeu animi robore, atq; fortitudine. Ideoq; per ὁμοίωσιν ἀτελῆ ſimilitudinem imperfectam, exponi ſolet: quæ εἰκὼν, ſeu imago dicitur. Achilles eſt tanquam leo. Sic Chriſtus non ſignificat oſtium: ſed eſt illud ipſum oſtium (en nouū iam factum eſt verbum) per quod nobis aditus pateſit in cœlum. Vitem non ſignificat: ſed eſt vitis alia, nempe vera: cui nos ſumus inſiti, per fidem, ſurculi. Eſt paſtor, ſed verus: qui animam pro ouibus profudit. Nec panem ſignificat: ſed reuera eſt panis, videlicet is, qui de cœlo deſcendit: nō panis, ex farina à piſtore coctus. Quare vt nulla translatio, per ſignificat, exponi ſolet: ſic verbum ſubſiſtendi nunquam admittit translationem. Et quanquam in literarum ludis interdum magiſtri parabolas, & allegorias explanāt, per verbum Significat: tamen illud faciunt impropriè, & ineptè. Quamobrem rectius ipſe Chriſtus, dicēdi perfectiſſimus opifex, atq; magiſter, ſimilitudinem, de eo, qui ſementem faciebat, interpretatur, non per ſignificat: quod inſcitè in ſcholis facerent homines indocti: ſed per verbum ὑπαρκτικόν. Nota eſt parabola, ſeu allegoria, ac perpetua trāslatio. Exijt, qui ſementem faciebat, ad ſeminandum ſuum ſemen: & inter ſeminandum, aliud cecidit circa viam, & reliqua, quæ ibi ſequuntur. Vbi loquitur, nō de aratore: ſed de Eccleſiæ doctore, eiuſdemq; officio, doctrinæ genere, & de corona auditorū. Itaq; verba γεωργικά, non vſurpantur propriè, ſed translatè. Semē igitur, vt Dominus interpretatur, EST verbum Dei, non eſt illud granum tritici, quod ſpargit in agrum colonus.

Genus orationis γραφικὸν, proprium ſcripturæ.

Lucæ 8.

# DE TROPIS, SEV MODIS,

*colonus. Spinæ, αἱ ἄκανθαι, ſunt ſollicitudines, diuitiæ, & voluptates huius vitæ. Deniq; bona terra, eſt cor honeſtum, & bonum audientium. Quamobrem nemo grammatices, & rhetorices, linguarumq; peritus, docet, tropum, vel metaphoram eſſe vel in δεικτικῷ pronomine, vel in verbo ſubſiſtēdi. præſertim in his propoſitionib. Chriſti. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effunditur. Sed dicat quiſpiā: tu igitur panem eſſe dicis corpus Chriſti, vinum ſanguinem Chriſti, idq; ſubſtantialiter? nequaquam. Panis enim, & vinum ſua natura, & per ſe, non eſt ipſum Chriſti corpus, & ſanguis. Negamus enim & nos ſignorum conuerſionem. Neq; enim vel panis pro nobis traditus eſt, vel etiam vinum pro nobis effuſum, in remiſſionem peccatorum. Sed panis, eſt corpus Chriſti: quà videlicet, eo tāquam medio quodam, corpus Chriſti offertur, & exhibetur: vinū eſt ſanguis Chriſti, quà ſcilicet, in eo, ſanguis Chriſti bibendus diſtribuitur. Manent enim in ſua natura panis, & vinum: manent quoq; corpus & ſanguis Chriſti in ſua natura. At quid hoc eſt aliud, inquiet Dipnoſophiſta, quàm concedere id, quod prius negaueras? Nam ſi cum pane, & vino, vel IN, aut SVB his terrenis elementis, nobis offeruntur, & diſpenſantur cœleſtis eſca, & potus, corpus, & ſanguis Chriſti: profectò, panis impropriè dicetur eſſe corpus Chriſti, & ſanguis impropriè dicetur eſſe Chriſti ſanguis. Ex quo efficitur, impropriè, & tranſlatè panem, & vinum eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti. Eſt igitur tropus in his verbis Domini. Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus. Eamq; ob cauſam, ſunt, vel per metaphoram, vel per metonymiam exponenda.*

*ἄχρηστος κατηγορία, inuſitata proloquendi ratio.*

*ſed facilis eſt ad has argutias, reſponſio. Nō enim, ſi inuſitatè, & καταχρηστικῶς, panis, & vinum, ſunt corpus, & ſanguis Chriſti: idcirco, propoſitiones iſtæ verum tropum habent, per quem debeant explicari. Tametſi enim alterum in his eſt offerens, τὸ προσφέρον, alterum oblatum, τὸ προσφερόμενον, illud quaſi continens, hoc quaſi cōtentum: vt μετωνυμικὴ, καὶ ὑπαλλακτικὴ φράσις, vel modificata per immutationem verborum, loquendi formula, hæc à Chriſto dicta eſſe videantur: tamen, quia nec panis continet localiter corpus Chriſti: nec vinum locali quadam incluſione continet ſanguinem Chriſti (id quod fit in metonymia, τοῦ περιέχοντος, καὶ τοῦ περιεχομένου) rectè dicimus, hypallagen, ſeu tropum nullum eſſe in verbis Domini: tametſi in illis immutatio, modificatioque ineſſe videatur. Quamobrem, ſi eſſe tropus videtur: tropus certè non eſt. Cur vociferantur ergo aduerſarij: nos id cōcedere neceſſariò, quod antea negaueramus? Vt enim ſemper negauimus, modum eſſe in his Chriſti verbis: ita conſtanter idem perpetuò negabimus. Nam quod ſimilitudinem gerit tropi: non continuò tropus eſt. Etenim omnis metonymia continentis, & contenti, propriè locali fit incluſione alterius.*

*.i. Continentis, & contenti. vt ſi quis cātharum vini plenum monſtret, & dicat: hoc eſt Alſaticum vinum.*

*Atqui, cùm corpus, & ſanguis Chriſti localiter non ſit in pane, & vino: nullus profectò, in verbis Domini, veram ponet immutationem, aut alium quendam modum. Quamobrem genus illud dicendi nominabitur τροπῶδες, non τροπικὸν: ὑπαλλαγῶδες, non ὑπαλλακτικόν.*

*Id eſt, quod modus, aut metonymia non eſt: tametſi tropi, & hypallages ſpeciem habeat.*

*Nam vnio illa ſacramentalis, corporis, & ſanguinis Chriſti, cum pane, & vino, duas res in cœna porrigi, & ſumi oſtendit. quarum altera veluti continet: quia offert (panis enim, & vinum, ſunt ſigna, vel inſtrumenta quædam diſpenſationis, alimoniæ, potusq; cœleſtis) altera quaſi continetur. Corpus nanq;, & ſanguis Chriſti, ſymbolis vnita, offeruntur: & diſtribuuntur. Sed quia nulla hic localis fit incluſio, qualis fieri ſolet in rebus humanis: non poteſt metonymia vera dici continentis, & contenti. Cuius generis exemplum, eſt in hoc Poëtæ verſu:*

*Crateras magnos ſtatuunt: et vina coronāt.*

*Item in illo eiusdem:*

*— Ille impiger, hauſit*
*Spumantē pateram: & pleno ſe pluit auro.*

*Vt enim in verſu priore, contentum poſuit, pro continente: vinum, pro cratere: ſic in proximo, duplici metonymia, primùm materiam, pro re effecta, aurum, pro patera, deinde ipſum continens, pro contento, vas aureum, pro vino poſuit. Sicut Chriſtus ipſe τὸ ποτήριον, poculum, ſeu calicem, pro vino, μετωνυμικῶς collocauit. quæ hypallagæ ſunt vſitatæ, & veræ: in his*

enim

enim ſemp locali circũſcriptione, alterũ ab altero cõtinetur. At in illis Chriſti ꝓpoſitionibus: panis eſt corpus meum: & vinum eſt ſanguis meus, eſt ὡς ὑπαλλαγὴ, vt immutatio, non autem vera immutatio. Veruntamen, quia ſpeciem habet vſitatæ metonymiæ, quam grammaticorum vulgus συνεκδοχὴν vocat: factum eſt, docendi cauſa: vt à D. Martino Luthero, honorificæ, piæq́; memoriæ, & alijs Auguſtanæ confeſſionis Theologis, ſynecdoche, in his Chriſti verbis, poneretur: non quòd localiter corpus Chriſti ſit in pane: ſanguis in vino: ſed quòd alio modo, qui ſoli Chriſto cognitus eſt, aſſint pani, & vino, corpus, & ſanguis illius, hoc eſt, cum elementis vnita ſint, atq; copulata, in diſtributione, & ſumptione integri ſacramenti. Vnde patet, Lutherum, & eos, qui cum illo faciunt, non conſtituere veram συνεκδοχὴν: nominare tamen comprehenſionem, propter ſimilitudinem: quia duæ res in vſu cœnæ ſint proximè coniunctæ. Certè Apoſtolus non dubitauit συνεκδοχικῶς, vel ὑπαλλακτικῶς loqui: cum ait, δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν. καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. pro τὸν ἄρτον ἐσθιέτω, vt paulò ante dixerat. Ex pane, inquit, edat. videlicet corpus Chriſti, nec tamen localiter incluſum eſſe in pane corpus Chriſti ſentit. Huc reſpexit S. Dei Martyr, Ioannes Huſſ: cuius verba in hymno de cœna ſunt hæc: **Das wir nim̃er des vergeſſen / Gab er vns ſein leib zů eſſen / Verborgen im brot ſo klein / Vnd zů trincken ſein blůt im wein.** Non enim ſtatuit vir ſanctus localem, & artocreatiſticã incluſionem, & deliteſcentiam corporis Domini in pane: ſed reiecit μεταποίησιν Papiſticam: aſſeruitq́; integritatem ſacramẽti, contra Berengarij diſcipulos. Qui nos cum Paulo ſic loqui non ſuſtinent: ſed piam hãc cantilenam, ipſumq́; Paulum, impiè damnant. Itaq; rectius diceremus, non eſſe metonymiam, vel ſynecdochen: ſed quaſi metonymiam, ſeu quandam veluti ſynecdochen. Docendi enim cauſa, vſurpari poſſunt hæc vocabula: cum plura in ſcriptura reperiantur exempla talium vnionum, ſeu præſentiarum: quorum nonnulla ſupra propoſuimus. Vt enim rectè damnamus Pontificiorum μεταστοιχείωσιν, & μεταμόρφωσιν τοῦ ἄρτου, καὶ τοῦ οἴνου: ſic iurè damnamus Berengarianam factionem: quæ tollit Chriſti, ex hoc Sacramento, humanam præſentiam: nucleum nobis auferens: putamina relinquens. Nam Lucas Euangeliſta effuſionem pro nobis, in remiſſionem peccatorum, tribuit poculo, ſeu vino: poculum autem, & vinum, cum non ſint pro nobis, in ara crucis, profuſa: neceſſe eſt, continens, & quaſi continens, hoc eſt, calicem, & vinũ, pro Chriſti ſanguine ὑπαλλακτικῶς, & ὑπαλλαγοειδῶς eſſe poſita. præſens igitur cum vino eſt, in cœnæ ſumptione, ſanguis Domini, pro nobis effuſus. Idem Paulus facit Apoſtolus in prima inſtitutionis parte. Nam cum Euangeliſtæ ſcribant: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur: vtitur ille verbo, quod non pertinet, per ſe, extra vnionem ſacramentalem duarum diuerſiſſimarum rerum, ad ſubiectum, ſeu δεικτικὸν pronomen, ſiue panem: ſed quod pertinet propriè ad prædicatum. Corpus enim Chriſti pro nobis traditum eſt, non panis. At Paulus ſcribit: Hoc meum eſt corpus, quod pro vobis FRANGITVR. Hoc enim & ad panem Chriſtus retulit, quem diſtribuit: & idem Apoſtolus oſtendit, ſe, & alios Domini miniſtros, in cœna diſpenſanda facere. Nunc docet, non panem ſolum diſtribui: ſed ſimul etiam diſpenſari corpus Chriſti. Id quod capite antecedente clarius definit: panem fractum, ſeu diſtributum eſſe κοινωνίαν, id eſt, non ſolum communicationem, ſeu diſtributionem, verum etiam participationem, ſeu ſumptionẽ corporis Chriſti. Et poculum benedictionis, cui benedicimus, eſſe κοινωνίαν ſanguinis Chriſti. Capite præcedente, eadem τροποειδεῖ, vel ὑπαλλαγοειδεῖ φράσει vtitur. Nam omnes ex eodem pane participamus: ἡ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. ſ. corpus Domini. Non enim ſenſit Apoſtolus, in pane localiter Chriſti corpus contineri. Verùm de his hactenus. Nunc ad reliqua pergamus. Oſtendimus enim hactenus, nullum eſſe tropum in propoſitionis ſubiecto, HOC: nullum item in copula, EST. Reſtat igitur τὸ κατηγορούμενον, attributum pronunciati, CORPVS MEVM. in quo Oecolampadius metaphoram, Caluinus μετωνυμίαν,

.i. διάδοσιν, ἢ μετάδοσιν. Item, μετοχὴν, vel μετάληψιν.

## DE TROPIS, SEV MODIS,

non illam, de qua ſupra, ſed quæ eſt ſigni, & rei ſignatæ, conſtituit. Adeò conſentiunt inter ſe iſti Tropici enarratores. Quis autem ſanæ mentis homo ijs credet? Etenim id quod falſum eſt: Chriſtum hominem à cœna abeſſe, probare conantur, non ſolum per id, quod peræque eſt falſum, atq; incertũ: verum etiam per tropos commentitios, & inter ſe repugnantes. Affirmat quiſque ſuam tropologiam, & exegeſin: tanquam αὐτὸς ἔφα: nullus tamen eam firmis rationibus demonſtrat. Si hoc non eſt ἀμφισβητούμενον τιθέναι, ἀντὶ τοῦ ὁμολογουμένου, dubium, pro certo: neſcio, quid ſit repetere principium. Non enim ſatisfacit Oecolampadio Zuinglij Significat: Caluinus etiam non contentus eſt, magiſtrorum ſuorum placitis. Quæ ſunt argumenta, certiſſimaq; indicia, nõ ſolum vertiginoſi ipſorum ſpiritus: ſed etiam anxiè reclamantis conſcientiæ. Ergo Caluinus in locũ Oecolampadij translationis, ſubſtituit metonymiam. Vt enim ille corpus, & ſanguinem Chriſti per figuram corporis, & ſanguinis eius interpretatur: ita Caluinus per ſignum exponit. Quia rei ſignatæ (corporis, & ſanguinis Chriſti) nomen ad ſignum, id eſt, panem, & vinum transferatur, ſeu de eo dicatur, Vt panis VOCETVR corpus Chriſti, vinũ APPELLETVR ſanguis Chriſti: quod ſit illius ſignum, ſeu ſymbolum. Sed vterq; non modo in graui errore, verum etiam in fœda ignoratione artis rhetoricæ verſatur. Itaq; oſtendemus, verba cœnæ Dominicæ: non poſſe ad eum modum, quo Tropologici iſti volunt, explicari. Oecolampadius igitur metaphoram conſtituit in propoſitionis attributo. Corpus enim, & ſanguinem Chriſti, non accipit in ſignificatione natiua, atq; propria: ſed in aliena, & peregrina. Hæc enim interpretatur, per figuram. Vt ſit iſte verborum ſenſus. Hoc eſt figura. Nos verò concedimus, vtrunq;, panem, & vinum, eſſe σχῆμα, figuram (vtrunq; enim cernitur oculis) & eſſe ἀντίτυπον τοῦ σώματος, καὶ αἵματος, ſimilis formæ, nimirũ corporis, & ſanguinis Chriſti, quoddam exemplar: ſeu τὸ αὐτὸν τύπον ἔχον: quia figuræ corporis, & ſanguinis Chriſti, vtrunq; è regione veluti reſpondet, propter ἀναλογίαν, atq; ſimilitudinem. Nam, vt panis, & vinum, ſic Chriſti corpus, & ſanguis in cõmunione cœnæ diſtribuuntur: & vt pane, & vino nutriuntur corpora noſtra, ad hanc caducam vitam: ita corpore, & ſanguine Chriſti, totus homo alitur, ad reſurrectionem mortuorum, & vitam æternam. Nam quantum ad panis, viniq; οὐσίαν, atq; ſubſtantiam pertinet: nulla eſt ei cum corpore, & ſanguine Chriſti próxima cognatio. Inepta etiam hæc eſt, quam Zuingliani adferunt, & ἀνάρμοστος, ἢ ἀνάλογος ἀναλογία. Sicut panis frangitur: ita corpus Chriſti pro nobis in cruce eſt fractum. Non enim fracta illi crura ſunt: ſed ſanctæ illius manus, & pedes ſunt clauis transfoſſi: ſanctum deniq; eius latus, militis lancea tranſuerberatum eſt, vnde aqua, & ſanguis, ſcaturigines noui teſtamenti ſacramentorum, effluxerunt. Vinum etiam non eſt effuſum, ſed hauſtum: ſanguis Chriſti autem, ex eius ſalutiferis vulneribus emanauit. Quare σκάζουσα eſt hæc aduerſariorum ſimilitudo. Sit igitur ſanè panis figura corporis, vinum ſanguinis Chriſti: ſed non propterea ſequitur: has res abſentis Chriſti eſſe figuras. Quin imò rerum præſentium ſunt exemplaria, non eas tantùm repræſentãtia, verum etiam nobis exhibentia. quod fieri non poſſet, ſi illæ eſſent abſentes. Certè metaphora in his verbis locum habere non poteſt. panis eſt corpus: vinum eſt ſanguis. Omnis enim translatio fit per ἀλλότρια, non per σύστοιχα: per ea nimirum, quæ non in eodẽ rerum genere latent: aut ſi latent in eodem ordine, ſeu categoria: tamen non in eadem poſita ſunt diuiſione, ac συζυγία. Id quod cùm ex alijs exemplis videre eſt: tum ex his, quæ ſequuntur.

*[Margin notes:]*
.ſ. Nuncupatiuè, ſecundũ dici, non ſecundum eſſe.

Oecolampadij metaphora in attributo, refutatur.

Ἀναλογία ſignorum, & rerum ſignatarum.

Panis, & vinum corporib. noſtris vitalẽ vim præbent.

.i. Non congruens rei propoſitæ, neq; ad eam accommodata.

Fontes duorũ Sacramentorũ noui Teſtamenti.

.i. Claudicãs.

Τὰ ἀντίτυπα ſunt præſentium rerũ, quarũ formis è regione quaſi reſpondent, figuræ.

Id eſt, per ea, quæ non ſunt in eadem, cum re ſubiecta, cognatione.

Σύστοιχα, id eſt, ὑπάλληλα, quorum vnum ſub altero directè cõtinetur.

Metaphoræ, ſeu verba, quæ ex alio *prædicamento transferuntur, eamq; ob cauſam, translationes nominantur.*

*Chriſtus eſt paſtor bonus.*
*Chriſtus eſt via.*

Item,

*Lex eſt mens, & anima ciuitatis.*
*Adoleſcentia eſt flos ætatis.*
*Senectus eſt vitæ occaſus.*
*Mors vltima linea rerum eſt.*

In his translatio fit per ἀλλότρια verba: quorũ res nullam, cũ eo, de quo dicuntur, cognationem habẽt.

Item,

Item,

*Clodius fuit peſtis ſuæ reipublicæ.*
*Et infinita alia generis eiusdem.*

TRANSLATIONES IN EODEM *factæ attributo.*

Per genera ἀλλότρια ſuperiora.

Manifeſtæ translationes. Nam in his oratio propria eſt falſiſſima. Sed analogia monſtrat ſimilitudinem.

*Chriſtus eſt panis, qui de cœlo deſcendit.*
*Chriſtus eſt vitis, nos eius ſurculi.*
*Chriſtus eſt petra, ſuper quam eſt extructa Eccleſia.*
*Chriſtus eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*
*Chriſtus eſt oſtium.*

*Item.*

*Clodius fuit materia, & ſemētis gloriæ Milonis.*

Per ſpeciem diſparatam.

*Chriſtus eſt agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi.*
*Lutherus fuit cygnus: vt vaticinatus eſt ſanctus Dei martyr Ioan. Huſſus: qui à conciliabulo Antichriſtianorum Conſtantiæ crematus eſt.*
*Achilles eſt leo.*
*Papa eſt lupus, vel ἀρχιλύκος.*

Per ſingularia, ſeu indiuidua diſparata.

*Ioannes eſt Elias.*
*Lutherus fuit Elias tertius, & proculdubiò vltimus.*
*Idem Lutherus fuit Huſſus.*

*Item.*

*Lutherus fuit Hercules ſcilicet, in expurgando ſtabulo regni pontificij, hoc eſt, ſordium humanarum traditionum, & ſuperſtitionum.*
*Hic princeps eſt alter Achilles.*
*Stichus eſt Euclio, pro valdè auarus.*
*Idem, vel alius quiſpiam, eſt Sardanapalus, mollis ſcilicet, ac effœminatus.*

*Ex quibus intelligi poteſt: vnde in eodem rerum ordine, ſeu categoria transferātur, in prædicato propoſitionis, verba: non ex eadem certè diuiſione, ſed ex oppoſita, quæ in latere collocatur. Atqui hæc Chriſti verba, panis eſt corpus, ſunt ὑπάλληλα (alterum enim ſub altero comprehenditur) non ἀντιδιῃρημένα. Quamobrem translatio in his eſſe non poteſt. De pane enim corpus, vt genus ſuperius, dicitur. Panis enim eſt οὐσία σωματική. Ergo propria eſt hæc oratio. Sed magis propria efficitur oratio ἐπεξηγήσει: quæ fit διορισμῷ, explicatione, & tāquam definitione, ex proprio, quod Ariſtoteles τὸ νυῶ, καὶ τὸ πῶς nominat. Vt enim pronomen κτητικὸν, poſſeſſiuum εἰδοποιεῖ, quaſi ſpecificat generale verbum, corpus, & ſanguinem: ſic quæ huic ſunt adiecta, εἰδικώτερον ea deſcribunt. Quod ſit corpus pro nobis traditū: ſanguis pro nobis profuſus. Ne quis fortè homo faneticus deliret, ac ſomniet: Chriſtum loqui vel de ſacramentali corpore, & ſanguine, quæ Dipnoſophiſtæ panem, & vinum eſſe garriunt, vel de myſtico ſuo corpore, ſiue de Eccleſia: cuius ipſe caput eſt. Cum Eccleſia neq; pro nobis tradita ſit: nam ſic & nos, pro nobis ipſis traditi eſſemus: qui partes, & membra ſumus Eccleſiæ: neq; cum pane, & vino nobis manducanda, & bibenda exhibeatur. Sic enim & nos ipſi nobis exhiberemur, ad comedendum, & bibendū: quod eſt longè abſurdiſſimum. Non igitur hic μεταφορὰ vlla eſſe poteſt: cū ipſe Chriſtus diſertè, ſuum corpus, & ſanguinem nominet: quod pro nobis eſt traditum, & qui pro nobis eſt profuſus. Cum autem panis nō ſit pro nobis traditus: vinum non ſit pro nobis effuſum: conficitur, non ſolum adeſſe panem, & vinum, vt ſymbola exhibentia: ſed etiam corpus, & ſanguinem Chriſti: vt res exhibitas. quas Dominus, κατ᾽ ἐξοχὴν, propter excellentiam, cum non conſpiciantur in myſterio, adſint tamen verè, & ſubſtantialiter, verbis exprimit: quemadmodum panis, & poculum commonſtrantur.*

Συγγένεια, cognatio generis ſuperioris, cum formis ſibi ſubiectis.

*At dicet hic fortaſſis quiſpiam. Vinum, & ſanguis ſunt πολυδιεστῶτα: plurimùm enim differunt: vt vinum in cœna Domini epotum: ſanguis item Chriſti, qui eſt noui teſtamenti. præterea, Corpus, hic non accipitur ἐν πλάτει, & generaliter: pro quauis natura corporata: ſed εἰδικώτερον, & arctiſſimè: pro corpore humano, imò pro corpore, non cuiuſuis, ſed pro corpore Chriſti, quod cum pane nullam συγγένειαν habet. Eſt enim in alia diuiſione collocatum. Itaq; cum metaphora fiat per diuerſa: res verò ſint diuerſiſſimæ: Hic panis ἄζυμος: & corpus Chriſti: vinum, & ſanguis Chriſti: ſequi-*

Cauillationis refutatio.

# DE TROPIS, SIVE MODIS

ſequitur, hæc ad illa, propter ſimilitudinem eſſe tranſlata. Sed hæc cauillatio facilè diluitur. Nam explenda ſententia erit ad hunc modum. Hoc (panis) eſt corpus MEVM, quod pro vobis traditur. Hic (calix) eſt ſanguis MEVS, noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſſionē peccatorum. Erit igitur ex Oecolampadij ſententia, iſta verborum Chriſti interpretatio. Hoc eſt corpus meum, id eſt, panis eſt figura mea, quæ pro vobis traditur. Item, Hoc eſt ſanguis meus, id eſt, hoc (poculum) eſt figura mea, noui teſtamēti: quæ pro vobis, & pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Neq; enim illi interpreti faciemus eam poteſtatem, quam ſibi arroganter ſumit, vtendi alio caſu. At quid inde ſequetur? Hoc abſurdum videlicet: non corpus Chriſti, ſed figuram eius pro nobis traditam eſſe: non eius ſubſtantiam, ſed qualitatem: non quod tangi poteſt: ſed quod oculis ſolum cernitur: non rem, ſed eius tantum imaginē, & veluti picturā. Itaq; nec ſanguis Chriſti pro nobis effuſus eſt, ſed figura illius duntaxat. Deniq; ſanguis Chriſti non erit noui teſtamenti ſignaculum, & confirmatio: ſed figura duntaxat ſanguinis, τύπος, ἢ σχῆμα eius, erit σφραγὶς noui teſtamenti. Qua ratione relabemur in vetus teſtamentum: in quo ſanguis victimarum erat figura cruoris Chriſti profundendi, in nouo teſtamento. Quòd ſi gignendi vti licebit caſu: vt ſic exponamus Chriſtum loquentem: Hoc eſt figura corporis, & ſanguinis mei: licebit quoq; idē mihi facere. Chriſtus eſt figura paſtoris boni, eſt figura viæ, figura panis, vitis, petræ, fontis aquæ vitæ, oſtij, deniq; Chriſtus eſt figura agni illius Dei, qui tollit peccata mundi. Quis eſt igitur, fanatice, paſtor ille bonus, animam profundens pro ſuis ouibus, cuius tantum Chriſtus eſt figura, ſeu ἀπεικόνισμα? Quænam eſt illa via, & oſtium, per quod nobis patet aditus in regnum cœlorum? Item, quis eſt ille panis, qui de cœlo deſcendit, ſi Chriſtus non eſt? Quis verò eſt illa vitis, cuius nos ſumus palmites? quis illa rupes, ſupra quam eſt ædificata Eccleſia? Quis ille fons eſt aquæ viuæ, ſalientis in vitam æternam? Quis deniq; eſt agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi, ſi Chriſtus eius eſt tantum figura, non autem ille ipſe ἀμνὸς ἀμίαντος? Vide, quæſo lector Chriſtiane, quibus cuniculis vtatur Sathan, ad hæc ſacrilega commenta, aliquando ſpargenda in Dei Eccleſia. Idem in cæteris licebit exemplis mihi facere, mutatione caſus: quod Oecolāpadio licuit, nulla à Deo, & hominibus impetrata ipſi venia, nullaq; facta illi à dicendi magiſtris copia. Si enim panis, & vinum ſunt figura corporis, & ſanguinis Chriſti: etiam lēx eſt figura mentis, & animæ ciuitatis: adoleſcentia eſt figura floris ætatis: ſenectus eſt figura occaſus vitæ: mors eſt figura lineæ poſtremæ rerum omnium: Clodius fuit tantùm figura peſtis ſuæ reipublicæ: iniuſtè igitur eſt à Milone occiſus: idem Clodius fuit ſolum figura materiæ, & ſementis gloriæ Milonis: Ioannes fuit Eliæ figura: Lutherus cygni, Herculis, & vltimi Eliæ fuit quædam figura. Deniq; Papa Romanus, eſt figura duntaxat lupi, vel ἀρχολύκου, eines Beerwolffs zeychen. Sin hæc interpretatio eſt falſa, quemadmodum falſiſſima eſt: falſa etiam eſt, & abſurda enarratio Oecolampadij. panis eſt figura corporis, & ſanguinis Chriſti. Nullum enim verbum tranſlatum, per figuram exponi ſolet, aut poteſt. Achilles enim nō fuit leonis figura: ſed fuit quaſi leo, aut leonis fuit ſimilis, non corporis forma, & habitu (ſic enim quadrupes fuiſſet, fuluus, & pilis tectus) ſed cordis robore, animiq; viribus. Ex quibus ſequitur: retinendum eſſe eundem caſum, nempe rectum. panis, & poculum eſt figura mea. Sed διορισμὸς, appendix, adiectæ interpretationis iſtā inſulſam gloſſam anathemate ferit. Nam qui dicit, Chriſti figuram, pro nobis traditam, & effuſam eſſe, anathema, maranatha ſit. Adde, quòd iam tranſlatio eſſe deſinit, in his interpretamentis: panis, & vinum eſt FIGVRA MEA. Metaphora enim omnis eſt in verbo ſimplici. At FIGVRA MEA, cum inſequentibus, ſunt verba coniuncta, & plura. Quare in his tranſlatio eſt nulla. Accedit huc, quòd in alijs etiam cœnæ locis, neceſſariò, corpus, & ſanguis, per figuram corporis, & ſanguinis, eſſent exponenda: vnde plurima ſequerentur abſurda. Vt in Paulo Apoſtolo: Panis, ac poculum, eſt communicatio figuræ corporis, & ſanguinis

Sententia blaſphema.

Τὰ ἄτοπα, abſurda, quæ comitãtur caſus recti, in genitiuum, mutationem.

Alia abſurda

guinis Chriſti. Et, non dijudicans figuram corporis Domini. Item, Reus erit figuræ corporis, et ſanguinis Domini. Deniq́, Hoc poculum nouum teſtamentum eſt, in figura ſanguinis mei. Nam & Lucas, & Paulus de eodem corpore, & ſanguine Chriſti loquuntur: quæ pane, & vino in cœna exhibentur. Itaq́ verbis vtitur Apoſtolus iiſdem: iudicium ſibijpſi EDIT, & BIBIT. Item, qui EDIT, & BIBIT indignè. Ergo propriè, non tranſlatè accipiuntur in hac tractatione, corpus, & ſanguis Chriſti. Iacet igitur non minus euerſus tropus Oecolampadij: quàm cæterorum: qui δεικτικὸν pronomen, & verbum ὑπαρκτικὸν tropicè enarrauerunt. Itaq́ manent verba Chriſti, HOC EST CORPVS MEVM, & HOC EST SANGVIS MEVS, in propria, & vſitata ſua vi, atq́ poteſtate.

*Noua Caluini metonymia refellitur.*

Quid ad hæc Caluinus? Quoties, inquit in ſua Harmonia, externum ſignum DICITVR id eſſe, quod figurat: OMNIVM conſenſu, Metonymiæ locus datur. Hæc αὐτὸς ἔφα Pythagoras. Quis enim iſtius Apollinis, èx tripode, vel cerebro eius dicto oraculo nō credat? præſertim cum adeò confidenter, & magnificè glorietur de OMNIVM conſenſu. Ergò ne principium illud eſt ἀμετάπ[ι]ωτον, quod paſſim crepat: panem VOCARI corpus: quia ſit ſymbolum corporis? Errat autem bonus vir non leuiter: puerilibus nondum Grammaticorum, & Rhetorum præceptionibus imbutus. Vt enim nihil dicamus hoc in loco de cæteris metonymiæ formis: OMNIVM doctorum hominum CONSENSV, tranſnominationi, vel immutationi, quæ eſt τοῦ σημείου, καὶ τοῦ σημειωθέντος, locus datur: quoties ſignum collocatur, pro ſignato, hoc eſt, σημεῖον ἀντὶ τοῦ πράγματος, οὗ ἐστι σημεῖον, ἤγουν ἀντὶ τοῦ ἐπισήμου. Modus enim hic eſt ἀνακόλουθος: neq́ enim retrorſus commeat: vt res ſignata pro ſigno ponatur. Exempla hypallages iſtius ſunt illa Ciceronis.

Cedant arma togæ: cōcedat laurea linguæ.

Et,

Mercatoribus tutum mare fuiſſe dicam? cum duodecim ſecures in prædonum poteſtatem peruenerint?

Item,

Docto oratori palma danda eſt.

Et,

Miror, te non huius rei palmam, vt cæterarum rerum, Craſſo detuliſſe.

Et,

In quadrigis qui palmam primus acceperit.

Item,

Quam palmam, vtinam dij immortales, tibi, Scipio, reſeruent.

Et illud Virgilij de Aeolo Ventorum rege.

—Vaſto ſedet rex Æolus antro:
Sceptra tenens: regitq́ animos: & temperat iras.

Etenim vt arma belli, toga pacis, laurea corona triumphi, lingua Eloquentiæ, palma victoriæ ſigna ſunt: ita ſecures, & faſces magiſtratus ſunt inſignia: ſceptrum regni. Itaq́ Cicero prætoribus, inquit, faſces præferebantur, & dabantur ſecures, iidem cum faſcibus, & ſecuribus lictores habebāt. Reges etiam ſedebant cum purpura, & ſceptro, & inſignibus regijs. Iam ea natura eſt metonymiæ: vt τὸ σημεῖον nominetur quidē: res autem ſignata, τὸ ἐπίσημον πρᾶγμα, καθ' ὑπόνοιαν, ἢ ὑπακοήν, intelligatur. Vt in illo Ciceronis verſu: Arma, pro bello ponuntur: toga, pro pace: laurea pro triumpho: lingua pro eloquentia. Comparatio enim ſplendida eſt: eamq́ ob cauſam facta immutatis verbis: quibus illuſtre genus efficitur orationis, λόγος λαμπρός. Bello enim pacem: dicendi facultatem omnibus triumphis anteponit. Superfluus autem ſermo fuiſſet: ſi res ſignatas appellaſſet orator. Alterutrum enim ſolum exprimitur. Sic pro prætoribus ſecures poſuit: palmam pro victoria: vt Virgilius ſceptra, pro regno: quod definit continenter. Regno enim potiri in ventos, eſt eorum animos (ventus enim eſt ἄνεμος) regere, iraſq́ temperare. Non igitur metonymia huius generis eſt: cum vtrunq́ in eadem propoſitione ſic exprimitur: vt res ſignata dicatur de ſigno, vel ei attribuatur. Quis enim ſcriptor ſic loquitur? Arma ſunt bellum: Toga eſt pax; laurea eſt triumphus: lingua eſt eloquentia; ſecures, & faſces ſunt magiſtratus, conſules, aut prætores: palma eſt vi-

## DE TROPIS, SEV MODIS,

*eſt victoria: ſceptrum eſt regnum? Certè iſtiuſmodi transnominationis exemplũ dari nullum poteſt. Etſi enim dicimus: arma ſunt ſigna belli: toga ſignum eſt pacis, laurea triumphi: lingua eloquentiæ veluti inſtrumentum: ſecures, & faſces ſunt inſignia magiſtratus: ſceptrum regni: tamen literatorum hominum conſenſu, metonymiæ locus in his generibus loquendi non dabitur. Eſt enim horum omniũ propria oratio: propterea quòd genus ſuis formis attribuitur. Nam ſceptrum eſt inſigne regni: ſecures, & faſces conſularis, aut prætorij imperij ſunt inſignia. Etenim tũ eſſe deſinit metonymia: cum nomen* SIGNI *exprimitur. Multò minus* δεικτικῶς *coniungimus ſignum, & ſignatum: vt ſic loquamur. Hæc arma ſunt bellum, hæc toga eſt pax, hæc laurea eſt triumphus, hoc ſceptrum eſt regnum. Non igitur eſt metonymica locutio in his verbis Chriſti: Hoc (panis) eſt corpus meũ. Hoc (poculum) eſt ſanguis meus, noui teſtamẽti. Vt panis* DICATVR *corpus Chriſti: quia ſit eius ſymbolum: poculum item* VOCETVR *ſanguis Chriſti: quòd ſit eius ſignum. Eſt ergo illa verborũ, Caluino interprete, ſententia: panis eſt corporis mei ſignum: calix eſt mei ſanguinis ſymbolum. Etenim in metonymia, ſigna ponuntur propriè, rem aliquam indicantia, aut notantia. Nos verò in cœna Dominica, quanquam ſcriptura non ita loquatur: tamen, quia vetuſtas ſic loquitur, concedimus panem, & poculum, ſeu vinum eſſe corporis & ſanguinis Chriſti ſymbola, aut ſigna: veruntamen non figurantia eſcam, potumq; cæleſtem abſentem, eumq; in memoriam reducentia: ſed quædam veluti inſtrumenta, exhibẽtia res ſignatas, atq; præſentes. Quid quòd ea eſt vis immutationis huius: vt ſignum pro ſignato collocatum, ſit plerunq; rei præſentis, non abſentis? Bellum enim cum armis ſemper cõiunctum eſt: toga præſentis pacis eſt ſymbolũ: corona laurea triumphi non eſt abſentis, eloquentia ſine lingua nulla eſt: prætores, & conſules ſemper erant cum lictoribus, faſcibus, & ſecuribus: ſceptrum etiam quando pro regni habenis ponitur, ſemper eſt regni præſentis. Falſa igitur iſta metonymia Caluini eſt: qui panem, & vinum clamitat eſſe corporis, & ſanguinis abſentis, à cœnæ vſu, ſymbola. Chriſtum enim hominem, cum ſuis ſodalibus, in remotiſſimo, à terra, cœlo collocat: eiusq; virtutem, aut vigorem communicãtib. relinquit. Quod ſi notha iſta, & ſuppoſititia metonymia vera eſt, abſentes res deſignans atq; figurans: profectò nec vigor corporis Chriſti, aut eius virtus, qua ad nos deſcendit, eſt præſens. Nihil igitur in ſua cœna habent Caluiniſtæ* ἀρτοφάγοι, *&* οἰνοπόται, *præter panem & vinum. niſi quòd, inani quadam imaginatione, ſibi perſuadent: ſe aſcendere in cœlum nouum, & inauditum. Sed vt Chriſtus non deſcendit ſua virtute (cum non ſit deſcenſus, vel aſcenſus in cœleſti regno) & vt corporis, & ſanguinis Chriſti vigor, neq; transfunditur in nos, neq; deſtillatur: ſic iſti minimè ad nuper inuentum cœlum aſcendunt: quemadmodum pueriliter ſomniant. Quamobrem omnium Rhetorum, & Grammaticorum conſenſu, tum locus datur metonymiæ ſigni, & rei ſignatæ: cum illud ſolum verbo explicatur: hæc autem intelligitur. Vbi enim ſignum ſuo appellatur nomine: ibi non ponitur* τεχνικῶς, *ſeu materialiter: ſed* κυρίως *propriè, in ſua nimirum vi, atq; poteſtate natiua. vt genus de ſua dicatur ſpecie. Itaq; non eſt metonymica locutio illa Dei vox ad Noë, eiusq; familiam, & terrã. Arcum meum ponam in nubibus: & erit ſignum fœderis inter me & inter terram.* καὶ ἔσται εἰς σημεῖον διαθήκης ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ τῆς γῆς. *Et paulò poſt: Dixitq; Deus ad Noë: Hoc eſt ſignum fœderis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem, ſuper terram. Nequaquam enim vltra interficietur omnis caro aquis diluuij.* τοῦτο τὸ σημεῖον τῆς διαθήκης· ἧς διεθέμην ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον πάσης σαρκὸς, ἥ ἐστιν ἐπὶ τῆς γῆς. *In his, inquam locis, & ſimilibus, nulla eſt immutatio. Primùm enim ſignum non ponitur pro ſignato: ſed vtrunq; coniungitur in propoſitione: vbi genus formæ ſua tribuitur. Deinde attributum explicatur* διορισμῷ, *per ſuum* ἀντίστροφον, *correlatiuum. Arcus enim,* τὸ τόξον, *vel iris à Deo data, & conſpecta, ſignum illius erat pacti, & fœderis, ſeu promiſſionis, quam addidit ſigno Dominus. Sed quemadmodum omne propoſitum, omniſq; propoſitio, aut generis,*

Geneſ. 9.

aut

aut proprij, aut rei aduentitiæ habet inueſtigationem: genus tamen, proprium, & id, quod accidere dicitur, non explicantur verbo: ſic vera immutatio ſignum quidem ponit loco rei ſignatæ: ſigni autem nomen in ea nunquã exprimi ſolet. Vt in illo Poëtæ:

Magna fuit quondam capitis reuerentia CANI:
Inq; ſuo precio RVGA ſenilis erat.

Caput enim canum, & ruga ſenilis, pro ætate graui, ſeu pro ipſa ſenectute ponuntur: ſignum videlicet, pro re. Nam illud nominatur: hæc intelligitur. Vt enim dicimus, homo eſt animal: non homo eſt genus: ſic Ouidius caput nominauit canos, rugamq; ſenilem: non autem dixit: canum caput, ſenilisq; ruga, ſunt ſigna ſenectutis. Nam qui ſic loquitur, is propriè, non tropicè loquitur. Quid? quod vtrunq; dicendi genus rerum eſt præſentium, non abſentium: & id, quod SIGNVM ſuo nomine appellatur: & id, in quo ponitur ſignum τῇ δυνάμει, vi, atq; facultate, non ἐνεργείᾳ, reipſa, & verbo expreſſum, pro ſignato. Neq; enim arcus ille, vel Dei abſentis, vel pacti, ſeu promiſſionis diuinæ abſentis erat ſignum: ſed præſentiſsimi & Dei, & fœderis ſempiterni. Nec caput hominis canum, atq; ruga abſentis ſenectutis indicia ſunt: ſed præſentis ætatis eius, quæ ipſa morbus eſt. Iam verò in verbis inſtitutionis cœnæ Dominicæ longè alia eſt ratio. Etenim primùm conſtat, panem, & vinum non eſſe talia ſigna: quæ res tantum figurent, & adumbrent: ſed eiuſmodi ſymbola: quæ exhibent, ac offerũt res nobis cœnandas, corpus, & ſanguinem Chriſti: ideoq; hæc ipſa præſentia nobis diſtribuunt. Deinde, non vtitur Chriſtus illo genere orationis: Hoc eſt ſignum corporis mei. Hoc eſt ſignum ſanguinis mei. quæ loquendi formulæ nullam habent transnominationem. Tum enim, vt diximus, modificatio eſſe deſinit, nullaq; amplius eſt oratio μετωνυμικὴ: cum SIGNI vocabulum explicatum eſt. Poſtremò duarum à Chriſto rerum mentio fit, Hoc, panis, eſt corpus meum. Hoc (poculum) eſt ſanguis meus. Id quod nunquam fit in metonymia ſigni, & rei ſignatæ: quemadmodum in continentis, & contenti translatione ea, quæ τὸ περιέχον δηλωτικῶς demonſtrat, fieri cõſueuit. Cur igitur Caluinus, eiusq; diſcipuli, gloriantur, OMNIVM, ſcilicet ſibi addictorum, conſenſu, metonymiæ locum dari: quoties externum ſignum DICITVR id eſſe, quod figurat? Panem namq; exponit, VOCARI corpus: quia ſit ſymbolum corporis. Cauſam equidem huius iactantiæ, nullam video aliam: quàm vt tollat corporis, & ſanguinis, in cœna, hoc eſt, manducatione, & potu, ſubſtantialem præſentiam. Vt quoniam panis, & vinum, dicuntur à veteribus Eccleſiaſticis doctoribus ſymbola: idcirco ſint abſentis in remotiſsimo quodã cœlo, corporis, & ſanguinis Chriſti ſymbola. Quaſi verò omnia ſigna rerum ſint abſentium: ac non potius pleraq; ſint præſentium rerum ſymbola. Id quod exemplis pluribus demonſtrarem: ſi ex ſuperioribus res intelligi non poſſet. Nugatoria itaq; eſt argumentatio. Signa ſunt abſentium rerũ ſigna. Panis, & vinum ſunt ſigna corporis, & ſanguinis Chriſti. Ergo panis, & vinum ſunt abſentis corporis, & ſanguinis Chriſti ſymbola. Prior enim propoſitio μερικὴ eſt: quia conſtat ex fortuitis: quorum enunciationes ἀόριστοι, infinitæ, nõ ſunt καθολικαὶ, ſed partis alicuius duntaxat. Aſſumptionem cõcedimus eatenus: quatenus elementa illa ſunt ſymbola, non figurantia, τυπικὰ, ſed exhibentia, προσφέροντα. Dedit enim panem, deditq; poculum diſcipulis ſuis Dominus. Quia frangere, & dare, diſpenſationis, & exhibitionis verba ſunt. *Accipite, &c. verba ſunt exhibitionis.* Ideoq; ἀντιστρέφουσα, correlatiua actio ſubiungitur. Vt enim ex poculo omnes biberunt: ſic de pane illo omnes comederunt. Quamobrem ἀσυλλόγιστος eſt argumentatio: ex puris nimirum particularibus, vt pueri elementarij Caluini ſciunt, confecta. Nam ſymbola non ſunt abſentis corporis, & ſanguinis Chriſti, panis, & vinum: ſed quia ſunt exhibentia res, quas offerunt: neceſſe eſt, eas ipſas res cœnantibus eſſe præſentes. Nihil enim cœnatur, vel ore ſumitur corporeo: niſi ſit manducanti, & bibenti præſens: niſi quis aura, quæ tamen præſens eſt, veſci cupiat.

Argumentum igitur non ſolum falſum eſt, ſed futile etiam, & friuolum, à ſignis, ad rerum abſentiam petitum. Itaq; falſiſsimũ eſt, quod idem Caluinus garrit: externum ſignum DICI id eſſe: quod figurat, ſeu pa-

nem VOCARI corpus. Non enim panis, & vinum DICVNTVR, & VOCANTVR tantum corpus, & ſanguis Chriſti: ſed etiã SVNT corpus, & ſanguis Chriſti: non ſolum NOMINE, & APPELLATIONE: verũ etiam reipſa, & veritate. Putida igitur iſtius hominis fanatici ratio eſt. Externum ſignum ideo VOCARI id, quod figurat: quia ſit eius ſymbolum. Imò, quia eius eſt ſymbolum, non figurans: ſed offerens, non adumbrans, ſed diſtribuens: non in memoriam reuocans: ſed exhibens: ſequitur panem eſſe præſentis alimoniæ ſymbolum: & præſentis, non virtute, & vigore ſolum: ſed etiam ſua eſſentia, atq; natura. Tam enim ἀνακόλουθος, & nugatoria hæc eſt ratiocinatio, quàm iſta ſuperior.

*Panis eſt ſymbolum corporis.*

*Panis igitur vocatur tantum, nõ eſt corpus.*

Vt enim minorem concedimus: ſed cum diſtinctione, quam paulò ante poſuimus: ſic maiorem negamus. Externum ſymbolum id eſſe DICITVR quod figurat. Columba enim erat externum ſignum Spiritus ſancti: afflatus Chriſti, eiusdem Spiritus dati Apoſtolis: flammæ in ore Apoſtolorum ſignum erant Spiritus eiusdem. Sed Spiritus ſancti præſentis, nõ abſentis. Itaq; non VOCABATVR tantum columba, afflatus Chriſti: & flammæ in ore Apoſtolorum non APPELLABANTVR tantùm Spiritus ſanctus: ſed reuera, propter illam ἕνωσιν, ſeu παρουσίαν, ἢ φανέρωσιν τοῦ πνεύματος ἁγίου, columba erat Spiritus ſanctus, afflatus Chriſti, & flammæ in ore Apoſtolorum reuera ERANT Spiritus ſanctus. Cum hac enim re viſibili, & externa verè ADERAT, & DABATVR à Chriſto

*Regula Caluini vniuerſalis falſa.*

Spiritus ſanctus. Itaq; falſiſſima eſt ὑπόθεσις, quam ſumit Caluinus, illa generalis, ἢ καθόλου: quam ἀξίωμα vocat PASSIM receptum. Signis impropriè rerum ſpiritualium nomina aſcribi: atq; ita deberi exponi omnes ſcripturæ locos: vbi de Sacramentis fit mentio. Item, ſignis tribui nomen rerum, quas figurant, vel rei ſignatæ nomen ad ſignum transferri. Deniq; ſacramentalem locutionem metonomycè ſumendam eſſe. Hoc enim Sacramentis OMNIbus commune eſſe: & propterea ad cœnam quoq; eſſe aptandum. Vnde concludi vult: ſigna VOCARI tantum, & vt ſic loquar, titulotenus, vel nuncupatiuè, tantũ eſſe id, quód figurãt. Signatũ enim eſſe abſens. Sed de iſta hæreſi infra dicemus. Idem tamen ſecum pugnans, Sacramentum, inquit, viſibili ſigno conſtare: cui res ſignata coniuncta eſt: quæ eſt eius veritas. Quod ſi verum eſt, quemadmodum eſt veriſſimum: profectò corpus, & ſanguis Chriſti, ſua natura, vel οὐσίᾳ, pani, & vino, coniuncta ſunt. Res enim ſignata, eſt corpus, & ſanguis Chriſti. Iuxta illud: Hoc (panis) eſt corpus meũ: &, Hoc (vinum) eſt ſanguis meus. Falſiſſimum enim eſt, quod per ἀλλοίωσιν iſte blaterat, rem eſſe, ſigni veritatem, ſeu promiſſionem: quam qui fide recipiunt, verè carnis, & ſanguinis Chriſti fiant participes. Non enim inquit Chriſtus: Hoc eſt promiſſio mea. Etenim vnionem ſacramentalem ille eſſe ſcribit: cum effectus ad figuram accedit. Id eſt, vita Chriſti, quam arcana Spiritus virtute nobis inſpirat. quod ipſum non niſi ſola fide conſequimur. Idem tamen in dicto Chirſti, Pauperes ſemper habetis vobiſcum, exponẽdo, ſcribit, virtute, & gratia ſpirituali eſſe præſentem. quæ rurſus alia eſt Zuinglianorum ἀλλοίωσις. Itaq; verba Chriſti, rurſus ſic peruertenda erũt: Hoc eſt virtus, & gratia ſpiritualis mea, quæ pro vobis traditur. At quàm ſint iſtæ enarrationes ἀσύστατοι, infra ſuo loco demonſtrabimus. Eandem regulam ante Caluinum Theologum, citat Bullingerus. Siquidem, inquit, ipſa MEMORACVLA, ſiue ſigna rerum, appellamus iiſdem rerum vocabulis, quarum ſunt ſigna, & memoracula. Iuxta illud Auguſtini: Sacramenta PLERVNQVE etiam ipſarum rerũ nomina accipiunt. Itaq; Caluinus, inquit, Neq; enim hanc loquendi regulam nuper fabricauimus: ſed ex veterum autoritate ab Auguſtino traditam, omnes amplexi ſunt. Hæc ille Pythagoras. Verum ex hoc ipſo loco cuiuis apparet, Sacramentarios non ſolum eſſe falſarios cœnæ noui teſtamẽti: ſed etiam Πατροφθόρους. propterea quòd corrumpunt manifeſta teſtimonia veterum Eccleſiæ doctorum. Nam Auguſtinus non conſtituit vniuerſalem hanc regulam, vt Cingliani, & Caluiniſtæ. Eſt enim

*Ἀλλοίωσις Caluini.*

*Res ſignata eidem eſt promiſſio, item effectus, ſeu vita Chriſti.*

*Vnio ſacramẽtalis, quæ ſit Caluino.*

*In Comentarijs 1. Ep. Cor.*

*Ad Bonifaciũ.*

enim ſpecialis. Itaq; Sacramēta, inquit ſanctus doctor, PLERVNQVE (nō SEMPER) ipſarum rerum nomina accipiunt. Caluinus hoc Sacramentis OMNIBVS commune eſſe fingit. Atq; hæc ſunt fundamenta, ſcilicet firma, quibus fides noſtra inniti debeat: particularia, non vniuerſalia ἀξιώματα ſtatuere. Cuiuſmodi ſunt illa, de quibus paulò antè diximus. Quid autem ex μερικοῖς efficiatur: elementarijs etiam pueris Caluini notū eſſe debet: quod hominis Chriſti præſentis hoſtium, vertiginoſus ſpiritus ignorat. Ac hypotheſis illa, quæ eſt apud Auguſtinum: vera eſt: ſi rectè intelligatur. Nam ſi per ſacramenta, κατὰ συνεκδοχὴν, intelligit elementa, vel ſymbola: concedimus, ea accipere ipſarum rerum nomina. veruntamen ita: vt non ſolum nominibus rerum appellentur: verumetiam res ipſæ ſint: quas non abſentes animo repræſentant: ſed ſibi vnitas, & copulatas, ideoq; præſentes vtentibus ſacramento, offerunt, atq; exhibent. Non .n. hæc ſigna ἀναμνηστικὰ ſunt, memoriam refricātia abſentium rerum: ſed προσφέροντα, καὶ διαδοτικὰ, offerentia, atq; diſtribuentia res præſentes. Itaq; idem Auguſtinus, Secundum quendam modum, inquit, Sacramentum corporis Chriſti, CORPVS CHRISTI EST. Non ait, DICITVR. Ac modum intelligit μυστικόν. Elementa enim panis, & vinum, SVNT Chriſti corpus, & ſanguis, ſecundum modum τῆς ἑνώσεως, καὶ συμπλοκῆς, vnionis, & copulationis: qua ſignis exhibētibus, & diſpenſantibus corpus, & ſanguis Chriſti, ſunt coniuncta, atq; præſentia. Itaq; ſigna rerum nominibus appellantur: quòd ſint illarum rerum præſentium ſymbola: nec vocantur tantum, ſed etiam ſunt illæ ipſæ res. quà duo coniuncta, vnū ſunt. ſed præſtantioris rei nomen accipiunt, κατ' ἐξοχὴν: quòd ſigno viſibili, res inuiſibilis nobis præſentetur, ſumendaq; porrigatur. Etſi enim impropriè, ſignis rerum ſpiritualium, atq; cæleſtium nomina aſcribuntur: tamen vſitatè quoq; illud fit in ſacris literis, & negotijs humanis. Cū res præſentes, non tamen conſpicuæ demonſtrantur rebus viſibilibus: quibus illæ aut continentur, aut contineri videntur. Neq; verò propterea ſacramentalis locutio, quia prima fronte hypallagen videtur habere, metonymicè eſt accipienda. Oſtendimus enim ſupra, in Chriſti verbis, Hoc eſt corpus meum: Hoc eſt ſanguis meus: vel hoc poculum eſt nouum teſtamentum, in meo ſanguine, Item, panis, & poculum eſt communicatio corporis, & ſanguinis Chriſti, non eſſe immutationē continentis, & contenti: ſed immutationem videri. Et quanquam cum de ſigno agitur, alterius cuiusdam metonymiæ ſpeciem præ ſe fert: in qua ſignum ponitur pro re ſignata: tamen quia res ſignata non intelligitur, ſed nominatur, corpus, & ſanguis Chriſti, & ſignis coniungitur in oratione, propter ἕνωσιν duarum rerum præſentium, non eſt reuera metonymia. Cum transnominatio alterum ponat, alterum omittat. Eſt enim verbi, non orationis modus.

Præterea hic tropus non eſt ἀντίστροφος, vt reciprocetur. Signata enim res non ponitur pro ſigno. Neq; enim vel bellū pro armis, vel pacem pro toga, vel triumphum pro laurea, vel ipſam victoriam pro palma, vel deniq; eloquentiā pro lingua ponimus. Similis ratio eſt in cæteris. Neq; enim prætores, aut conſules pro faſcibus, & ſecuribus, regnum pro ſceptro, ſenectutem pro canis, & rugis ponere ſolent probati ſcriptores. Iam verò Caluinus in eo errat: quòd ſignum putat pro re ſignata poni: cuius nomen ſigno tribuatur: quòd id eſſe dicatur, quod figurat. Etenim ſignum non ponitur pro re ſignata: ſed cum ea coniungitur: multò minus res ſignata ponitur pro ſigno: quod eſt contra metonymiæ naturā. Sic enim ὁλοκληρία ſacramenti tolleretur: quod conſtat ex duabus rebus, terrena, & cæleſti, elementis, ſiue ſignis, et rebus ſignatis, atq; oblatis. Quare ſuppoſititia, & adulterina iſta Caluini Metonymia meritò repudiatur à noſtris Theologis. Nullis enim eam probat ille argumentis, nullis exemplis. Certè aſſeuerando, & de OMNIVM conſenſu gloriando, regulam item Auguſtini deprauando, nihil effecit hactenus. Oſtendant Caluiniſtæ igitur exempla ſimilia metonymiæ, in quibus res ſignata de ſigno dicatur, κατὰ τὸ προσκατηγορούμενον, ſeu copulam verbi ὑπαρκτικοῦ, EST: vt in his Chriſti verbis: Hoc (panis) eſt corpus meum: Et, Hoc (poculum) eſt ſanguis

 meus.

# DE TROPIS, SEV MODIS

meus. Exemplum enim nullum, quod ſimile his ſit proferre, poterunt. Et quanquam proferrent (quod nunquam facient) tamen non continuò concluderetur ex hoc, vel illo loco adducto: in verbis cœnæ eundem eſſe verbi modum. quanquam non verbi, ſed orationis tum eſſet tropus. Non igitur, niſi perfricta fronte, metonymiam eſſe dicent. Nos verò poſtulabimus euidentes rationes: quibus conuincant: ſi ipſarum hæreſi velint nos aſſentiri: metonymicam eſſe in ſacramento cœnæ locutionem. Itaq; non OMNIVM conſenſu, metonymiæ locus, in Chriſti verbis dabitur: quin imò docti, peritiq; omnes diſſentient à Caluiniſtis: qui nouam modificationem fabricarunt. Iacet igitur & Caluini tropus inuerſus, atque proſtratus. Nam quæ Beza contra Ioachimum Vueſtphalum exempla producit in aciem: ea ſunt ἀνόμοια, καὶ ἀνάρμοστα, diſſimilia, neq; ad rem pertinentia. Cuiuſmodi eſt illud Homericum:

i. Sed præcones ſplendidi iuramenta fidelia Deorum contulerunt.

— Αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον —

Hîc enim, Euſtathio interprete, τὰ ὅρκια, ponuntur pro victimis, quæ σφάγια nominantur. Quid autem ſimile habet hoc exemplum verbis Noui teſtamenti? Certè nihil prorſus. Nam primùm nõ dicit Poëta: Iuſiurandum eſt victima: Iuſiurandum eſt fœdus: aut victima eſt fœdus. Nõ igitur probat Caluini, magiſtri iſtius hominis, metonymiam. Deinde nec iuramenta, nec victimæ ſunt ſigna fœderis: ſed cauſæ potius illius pacificationis, quæ verbis, & rebus, hoc eſt, promiſſis, & ſacrificio facto, ſeu votis nuncupatis, & hoſtijs, quæ ad ſacrificiũ præbebantur, fieri ſolebat apud gentilitios, in fœderibus ſanciendis. Alius igitur modus hic eſt metonymiæ, non is, qui ſigni eſt, & rei ſignatæ. Deinde hoc ipſum exemplũ noſtram cauſam magis adiuuat, & confirmat: quàm vt eam refellat, atq; impugnet. Quid enim? Erãt ne ὅρκια illa abſentium, vel Græcorum, vel Troianorum, vel etiam abſentis fœderis? minimè. Nec hoſtiæ erant ſigna abſentis fœderis: ſed earum ſanguis erat iuriſiurandi, quo fœdus percutiebatur, & quidem præſentis iuriſiurandi, fœderis, atq; pacis, quæ præſens offerebatur, confirmatio, atq; obſignatio. Quamobrem ſuo ipſe gladio ſe iugulat Beza: dũ præſentiã Chriſti corporis, & ſanguinis, hoc diſſimili exemplo metonymiæ, ex cœna conatur tollere. Quid, quòd hoc ipſo, præſentia Chriſti ſanguinis in cœna, vt firmiſſimo argumento, ſtabilitur, & demonſtratur? Etenim id, quo fœdus percutitur, præſens eſt. Nam victimarum ſanguine, fœdera icebantur. Atqui Chriſti ſanguine nouum Teſtamentum pactum, & ſancitum eſt, & adhuc feritur, atq; obſignatur. iuxta illud: Hoc eſt ſanguis meus, noui teſtamenti, vel, hoc poculum eſt nouum teſtamentum in ſanguine meo. Si enim antequam funderetur, ſanguis Chriſti in prima cœna, nouum teſtamentum fuit: erit etiam ſanguis idem in reliquis cœnis, noui teſtamenti ſignaculum omnibus temporibus, vſq; ad reditum Domini. Hoc enim diſcrimen eſt inter nos, & gentiles. Quòd iſti inter ſe, nos cum Deo fœdus icimus. Illi ſacrificijs, nos nullis, fœdera confirmabant. Ethnici deniq; ea obſignabant ſanguine fuſo: nos etiã hauſto. Quamobrem ſanguis Chriſti in cœna adeſt præſens, non in cælo remotiſſimo Caluiniſtarũ. Sanguis enim Chriſti epotus, & hauſtus, eſt certiſſimum pignus præſentis pacificationis, & reconciliationis, ſeu noui fœderis, quod Deus Pater Domini noſtri IESV Chriſti, cum humano genere, propter mortem Filij, percuſſit. Itaq; rectè poculum nouum Teſtamentum eſt: quia ſanguinem Chriſti continet: quo fœdus illud nobiſcum eſt pactum. Nam ſi ſanguis Chriſti, vt Caluiniſtæ mentiuntur, abeſſet à poculo, quod bibendum eſt: nequaquam eſſe poſſet nouũ teſtamentum. Non enim tantùm VOCATVR, ſeu DICITVR, vt iſti nugantur: ſed etiam EST nouum teſtamentum. τοῦτο, inquit, τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶ, ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι.

Itaq; diſtinxit Chriſtus, vt eſt apud Lucam, poſtremum hauſtum, à potu ſui ſanguinis. Cum inquit: Et accepto poculo, gratias egit, ac dixit: Accipite hoc, & diuidite in vos (διαμερίσατε εἰς ἑαυτοὺς) dico enim vobis: quòd non bibam de fructu vitis: donec regnum Dei veniat. Huic poculo mox ſubiunxit calicem noui teſtamenti, in ſanguine ſuo. Ergo poculum illud propter admirandam μεταβολὴν, nõ dicitur amplius γέννημα

Poſtremus vini hauſtus: quo concluſit Dominus Paſchatis celebrationem: & communem cœnã.

*Vide D. Lutherum in maiore confeßione, in Luca.*

*γέννημα τῆς ἀμπέλου: quia ſanguis Chriſti eſt ei vnitus: qui nequaquam eſt genimen, aut fructus vitis: vt merum vinum. Ergo eſt vinum in calice: ſed quod eſt ſanguis Chriſti, non amplius ſimpliciter fructus vitis: ex qua ſanguis Chriſti non producitur.*

*Alterum deinde aduerſus Ioachimum Vueſtphalum adfert exemplũ Beza: quod eſt metonymiæ ſigni, & rei ſignatæ: veruntamen non appoſitum, neq; ſimile verbis Chriſti. Nam ex Virgilio illud adducit:*

*— Quiq; arma ſecuti*
*Impia: nec veriti dominorũ fallere dextras.*

*Dexterarũ enim nomine, inquit, fidem & iuſiurandum intelligit: quòd vltrò, citroq; dextræ præberi ſoleant. Quis verò hic non videt, inepti hominis ineptiſſimum exemplum? Nam primùm quæro, vbi hic (vt Caluinus contendit) rei ſignatæ nomẽ ad ſignum transferatur? vbi externum ſignum dicatur id eſſe, quod figurat? vbi deniq; ſigno tribuatur nomen rei, quam figurat? Non enim dicit Poëta: dextra eſt fides, & iuſiurandũ. Deinde quæro, vtrùm dextræ, quæ ſolẽt præberi, ſint abſentis fidei, & iuramenti ſymbola? Nam ſi hoc verum eſt: nuſquam tuta fides, nuſquam ſanctum eſt iuramentum. At vbi fallitur dextra: nõ amplius dextra eſt, ſeu datæ fidei ſignũ. Vno namq; relatorũ ſublato: alterum quoq; perimitur, & eſt ἄσχετον. Nam & Caluini pueri elementarij fortè ſciunt: dextram eſſe eius, quæ manus ſtipulatione fit, fidei ſymbolum. Quamobrem in cœnæ Dominicæ verbis, metonymia Caluinica nulla eſt. Nullorum igitur hominum literatorum* CONSENSV, *illi tropo in verbis Chriſti, Hoc eſt corpus meum, & Hoc eſt ſanguis meus, locus dabitur.*

*Sed obijcient nobis fortaſſis hic Caluiniſtæ, ſigna vel quæ pro tabernis ſuſpendi ſolent: vel quæ ſunt aliorum imagines, aut ſtatuæ. In his enim δεικτικαὶ propoſitiones locum habent: vt cum ſignum pro taberna, vel diuerſorio ſuſpenſum videmus: monſtrando ſolemus dicere: Hoc eſt diuerſoriũ. Item, vbi hedera ſuſpenſa eſt: ibi vendi vinum dicimus. Sed & hæc exempla inſulſa ſunt. Nam primùm non ſolet oſtendi ſuſpenſum ſignum: ſed locus, ſeu Domus. Deinde nullus eſt tam ſtupidus, vt vel coronam, vel ſcutum, vel aliud quoddam expoſitum ſignum, vel hederam ipſam nominet diuerſorium, vel tabernam. Nemo enim monſtrans ſignum, hoc (ſuſpenſum ſignum intelligens) inquit, eſt diuerſorium. Sed hoc ipſo ſigno monitus, domum hanc publicum eſſe hoſpitium cognoſcit.*

*Habent & vrbes ſua quædam inſignia in portis depicta, atq; exſculpta. Atqui non ſunt abſentium oppidorum illa arma, ſed præſentium. quemadmodum ſigna tabernis ſuſpenſa, non abſentium: ſed præſentium ſunt tabernarum, ac vini indicium. Neq; verò obſtat nobis: quòd vrbium, vel etiam regionum in parietibus, aut libris picta inſignia, aliquando appellantur ipſarum vrbium, atq; regionum nominibus. Quanquam enim Germani dicimus:*

☞ **Das iſt Straßburg** ——————

☞ **Das iſt Saxen** ——————

*Monſtratis tantum inſignibus huius Reipublicæ, & illius prouinciæ: tamen politiores linguæ ſic non loquuntur. Ita enim dicunt Latini: Hæc ſunt inſignia ciuitatis Argentinenſis: hæc familiæ, atq; populi Saxonici. Deinde intereſt plurimùm inter ſigna, οὐσιώδη, & ποιοτικά. Hæc enim videntur duntaxat: illa verò non ſolum apparent, ſed tangi etiam poſſunt. Præterea aliud genus ſignorum eſt eorum, quæ rem offerunt, atq; exhibent: ideoq; dici potius merentur organa, ſeu inſtrumenta, quàm ſigna, atq; notæ: aliud genus eſt eorum, quæ σημειωτικὰ, δεικτικὰ, ἢ ἐπισημαντικὰ, γνωστικὰ, ἢ ἐπιγνωστικὰ, καὶ διακριτικὰ dicuntur. quæ enim exhibent rẽ, ea cũ ipſa ſunt, in exhibendo, proximè coniuncta. at quæ rem notant, indicant, & in aliquam notitiam, memoriamúe reducunt: ea tametſi interdum rerum ſint abſentium: multò maxima tamen ex parte, ſunt præſentium rerum. Quid autem arma, atq; inſignia, commune habent cum elementis, pane, & vino: quæ præſentis corporis, & ſanguinis Chriſti ſymbola ſunt, in cœnæ Domini ſumptione? Nihil omnino. Etenim illa notant, monſtrantq; oppida, ac populos: eaq; ab alijs diſcernunt, ac diſcriminant. Hæc non ſolùm res, quas ſibi copulatas habẽt, demonſtrant:*

ſed etiam nobis tradunt veluti in manus, ſumendasq́ ore corporeo nobis porrigunt. Quare ex pictis inſignibus: nihil quod firmum ſit, concludi poteſt, in hac ſacramentaria controuerſia. Venio ad picturas, & ſtatuas: in quibus δεικτικῶς etiam ſolemus loqui. Exemplum pulcherrimum eſt illud Virgilij, lib. primo Æneidos, picturæ templi Carthaginenſis, qua ſe paſcebat Æneas.

Namq́ ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo:
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas:
Bellaq́ iam fama totum vulgata per orbem:
Atridas Priamumq́: & ſæuum ambobus Achillē.
Conſtitit & lachrymās: Quis iā locus, inq̄t, Achate?
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus. —— Et paulò poſt:
Namq́ videbat vti bellantes Pergama circum,
Hac fugerent Graij: premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges: inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec procul hinc Rheſi niueis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans: prima quæ prodita ſomno,
Tydides multa vaſtabat cæde cruentus:
Ardenteſq́ auertit equos in caſtra, prius quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumq́ bibiſſent.
Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis
Infelix puer, atq́ impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruq́ hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamē. Huic ceruixq́, comæq́ trahūtur
Per terram: & verſa puluis inſcribitur haſta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis: peplumq́ ferebant,
Suppliciter triſtes: & tunſæ pectora palmis.
Diua ſolo fixos, oculos auerſa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.
Exanimumq́ auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo:
Vt ſpolia, & currus: vtq́ ipſum corpus amici,
Tendentemq́ manus Priamum cōſpexit inermeis.
Se quoq́ principibus permiſtum agnouit Achiuis:
Eoasq́ acies: & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens: medijsq́ in millibus ardet:
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix: audetq́ viris concurrere virgo.

Ex qua ὑποτυπώσει, & γραφικῇ deſcriptione obſidionis Ilij, plurima δεικτικῶν propoſitionum exēpla nobis ſuppetunt. Nā ad ſuum Achatē Æneas monſtrando dixit:
Hic eſt Agamemnon.
Hic eſt Menelaus.
Hic Priamus, Achilles, &c.
Hic ſunt Græci, Troiani inter ſe bellantes.
Hic ſum ego, &c.

Quis verò eſt adeo rudis, & imperitus: vt in his metonymiam conſtituat? Etſi enim tabulæ, atq́ picturæ ſint imagines rerum à pictore coloribus ſuis depictarum; non ſunt tamen ſimiles illis, quæ in tranſnominatione τοῦ σημείου, καὶ τοῦ σημειωθέντος adhibentur, ſignatarum rerum ſignis. Niſi quis, per ἀκυρολογίαν captioſam, ex re quauis ſignum faciat. Dialectici in eiuſmodi ζωγραφίαις, ponūt ὁμωνυμίαν, ἢ τὸ διττόν. propterea quòd in his verba duarum ſint rerum notæ. Nam Priamus fuit homo, id eſt, corpus anima, ſenſu, rationeq́ præditum: Priamus idem in templo Carthaginenſi, vbi rex Æneas, reginam Didonem præſtolabatur, fuit homo. Sed homo pictus, Priamiq́ imago. Æneas ſeipſum in iſta artificioſa, tanquam Appellis cuiusdam tabula, agnoſcens, fuit homo (nam eius humana ſpecies, atq́ figura, ſic erat artificis manu expreſſa: vt à cæteris imaginibus facilè dignoſceretur) ſed agnoſcens, fuit ἄνθρωπος λογικὸς: agnitus à ſeipſo, in pictura, fuit ἄλογος, homo non verus, ſed depictus. Eiuſmodi ὁμώνυμα, à Dialecticis, vt eſt apud Ammonium Ariſtotelis interpretem, dicūtur τὰ κατὰ τὴν μορφὴν, καὶ ὁμοιότητα. De quibus conſulantur artis diſſerendi magiſtri. Nos etiam in libris de verborum modis, illa copioſius, fauente CHRISTO, perſequemur. Eadem ſtatuarum, hoc eſt, eorum, quæ aut fuſa, aut ficta, aut exſculpta, aut cælata ſunt, omnino ratio eſt. Quæ etſi à Latinis ſigna vocantur: tamen ſigna longè alio appellantur ſenſu: quàm illa, quæ per μετωνυμίαν, de qua Caluiniſtæ dimicant, ſigna dici conſueuerunt. Huc pertinet locus Ciceronis, pro Pompeio.

Poſtremò ſigna, & tabulas, cæteraq́ ornamenta Græcorū oppidorum: quæ cæteri tollenda eſſe arbitrantur: ea ſibi ille (Pompeius) ne viſenda quidem exiſtimauit.

Et ille Saluſtij.

Signa, & tabulas pictas, vaſa cælata mirari: ea priuatim: & publicè rapere: delubra ſpoliare.

Hinc fit, vt, ingreſſi templum, vbi (ſit venia dicto) ſignum IESV CHRISTI in ligno crucis expanſi, poſitum eſt, vel Sanctorum Apoſtolorum, atq́ martyrum, & Confeſſorum, dicamus monſtrando: Hoc eſt Chriſtus in cruce: Hoc eſt Petrus, Paulus, Stephanus, &c. nō quòd ſimulachra iſta ſint

reuera illi ipſi, quorum ſunt ſigna: ſed quòd ſint nihil aliud: quàm effigies, & ἀγάλματα, incurrentia in oculos: ſtatuæ, inquam, atq; imagines Chriſti, & Apoſtolorum: quorum memoria omnibus modis eſt conſeruanda. Non enim his ſignis alligamus (vt εἰδωλομανεῖς Papiſtæ faciunt) vel Chriſtum, vel eius Apoſtolos adorandos. Ne quis hic, fortè Caluiniſta, aut Zuinglianus, ſingulari ſcilicet prædìtus zelo, odioúe Pontificiorum feruens, me εἰκονολατρείας, diabolica ſua calumnia, incuſet. Illud tantum dico: non eſſe in hoc, & ſimili genere dicendi μετωνυμίαν Caluinariam. Cum luce meridiana clarius ſit: in his, eſſe τὴν κατὰ μορφὴν ὁμωνυμίαν. Qui enim dicit: Hoc (ſignum crucis Chriſti ſeruatoris) eſt Chriſtus (vnſer Herr Gott am h. Creutz) is non ſentit (niſi prorſus mente careat: & ἐθελοθρησκεία, καὶ εἰδωλομανεία ſit occæcatus) illam effigiem ſtatuarij, aut pictoris opus, eſſe ipſum Chriſtum, pro nobis olim cruci ſuffixum, vno ſacrificio ſemel peracto: ſed ſtatuam eius eſſe intelligit μνημονευτικὴν. Ergo hoc verbum δίττον eſt, atq; ambiguum.

*In ſignis fuſis, aut ſculptis, fabricatisq; ad effigiem animalis, operibusq; pictis, non eſt metonymia.*

Quidam inſcitè nominant μεταφορὰν, translationem. Non enim ſi verbum δίττον eſt: idcirco eſt μεταφορικόν. Nam etſi omnis metaphora duarum, ad minimum, eſt rerum nota: minimè tamen inde ſequitur, omne id, quod duplicem vim, ancipitesq; poteſtates habet, eſſe verbũ translatum. Sed de his hactenus: ex quibus nullum omnino patrocinium Sacramentarij arripere poſſunt. Nam in huiuſmodi inſignium, imaginum, atq; ſignorum demonſtratione, abſolutè, & ſimpliciter loquimur: ſine quadam actione, ceremoniaq; adiecta ſingulari. At verò in cœna Chriſti, ipſe Dominus certo, proprioq; ritu fuit vſus. Id quod ἡ διάταξις τοῦ δείπνου nobis oſtendit. Accepit enim IESVS panem, eum fregit, deditq; diſcipulis: & ait: accipite, edite: HOC (.ſ. panis quem accepi, fregi, vobisq; dedi, quem ſumitis, & manducatis) EST corpus meum, & reliqua, quæ ibi ſequuntur. Quare neceſſe eſt: vt hoſtes Chriſti hominis præſentis, nobis ſimilia proferant exempla: ſi velint ſua commenta ita probare: vt, OMNIVM cõſenſu, metonymiæ ipſorum ſpuriæ, locus cõcedatur.

*Diſſimilitudo, & diſcrimen, inter demonſtrationem pictarum, aut fictarum imaginum: & panis atq; vini in vſu cœnæ.*

Nunc pauca de alijs quibusdam ſignis: quæ non abſentium, ſed præſentium ſunt rerum. Nam in humanis negotijs, ἡ σφραγὶς, ſignum eſt, quo ſigilla, quæ & ſignacula vocãtur, alicui rei ſolent imprimi. Sed vt ſignum neq; abſentis annuli typarij, vel ſignatorij eſt, neq; abſentis gemmæ, aut palæ: ſic etiam non eſt abſentis ſigilli, atq; ſignaculi, τοῦ ἀπόντος χαρακτῆρος, καὶ σφραγίσματος. Ipſum etiam ſigillũ impreſſum, eſt præſentium literarum, diplomatis, & inſtrumenti. Quid de vexillis militaribus dicam? quæ ſunt præſentium, non abſentiũ exercituum: qui collatis, infeſtisq; ſignis cõcurrunt inter ſe, dimicãt, atq; confligunt. Amiſſo enim exercitu, prælio facto aduerſo, iam non amplius dicuntur propriè συνθήματα, ἢ σύμβολα. Tum enim non ſunt rei ſignatæ ſigna. Nam amiſſo ἀντιστρέφοντι, correlatiuo, perit relatio, ἡ σχέσις, eaq; ob cauſam rei appellatio: quæ nũc eſt ἄχρειος. Sed quid de ſignis plura diſputo? Certè vbi in ſacris literis eorum fit mentio (nam in Sacramentaria cauſa hoc verbum eſt ἄγραφον: propterea quòd nunquam explicatur) ſunt plerunq; rerum præſentium. Itaq; cum pro miraculo vſurpatur hoc vocabulum: præſentis illud rei eſt, in qua miraculum à Domino editum eſt. Sic Ioan. 2. in Cana Galilææ, Chriſtus initium fecit ſignorum, ἀρχὴν τῶν σημείων: cum aquam in vinum miraculo conuerteret: fuitq; illud diuinum, prodigioſumq; factum certè non abſentis, ſed præſentis vini: quo tanquam nuptiali dono, affecit ſponſum, atq; ſponſam, & alios, qui nuptijs interfuerunt. Subijciã autem ordine quædam ſignorum exempla, in ſtudioſorum gratiam: ex quibus videãt: quàm infirmo vtantur argumento Zuingliani, & Caluiniſtæ: qui ex paucis ſignis abſentium rerum, concludunt: in cœna, panem, & vinum (quia ſint ſigna) abſentis corporis, & ſanguinis eſſe ſymbola. At Paulus nõ definit ad iſtum modum ſigna, 1. Cor. 11. Nam panis, & poculum, inquit, eſt participatio corporis, & ſanguinis Chriſti. Niſi enim hæc eſſent præſentia in cœna: diſtribui, & ſumi, id eſt, communicari non poſſent. Geneſ. nono, τὸ τόξον, arcus (quem dederat Dominus Noë) neq; abſentis erat Dei, neque abſentis fœderis, ſed præſentis.

*Quædam ἐν παρόδῳ, in tranſitu de ſignis.*

*Signum pro miraculo, ἀντὶ τοῦ θαύματος.*

# DE TROPIS, SEV MODIS,

*Locum ſuprà citauimus. Exodi capite 12. Erit, inquit Dominus, vobis ſanguis (agni immolati, cuius ſanguinem ponetis ſuper vtrunq; poſtem, & ſuper limen domorum) ſignum in ædibus: in quibus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos.* καὶ ἔσται τὸ αἷμα, ὑμῖν ἐν σημείῳ ἐπὶ τῶν οἰκιῶν. *Certè ſanguis ille, neq; Dei abſentis ſignum erat: neq; Angeli percutientis, & perdentis omne primogenitum,* πᾶν πρωτότοκον: *neq; abſentis exterminatoris,* τοῦ ὀλοθρεύοντος ἀγγέλου ἀπόντος.

*Cap. 31.*

*Sabbatum Iudæorum fuit ſignum.*

*Eodem in libro, Videte, inquit Deus, vt ſabbatum meũ cuſtodiatis. Quia ſignum eſt inter me, & vos, in generationibus veſtris* (ἐστι γὰρ σημεῖον παρ' ἐμοὶ, καὶ ἐν ὑμῖν) *vt ſciatis: quòd ego Dominus ſum: qui vos ſanctifico. Et paulò poſt: Pactum, inquit, eſt ſempiternum, inter me, & filios Iſraël, ſignumq; perpetuum:* διαθήκη, καὶ σημεῖον αἰώνιον. *Itaq; fœderis non abſentis, ſed præſentis ſymbolum fuit ſabbatum, veteri mandatum populo.*

*Arca Domini.*

*Quarto deinde capite Ioſuæ: Ite, inquit Dominus, ante arcam Domini Dei veſtri, ad Iordanis medium: & portate inde ſinguli, lapides ſingulos in humeris veſtris, iuxta numerum filiorum Iſraël: vt ſit ſignum inter vos. Certè non abſentium, ſed præſentium: quemadmodum & arca fœderis certiſſimum erat teſtimonium præſentis Dei.*

*Iudas Machabæus ſuſpẽdit Nicanoris caput in ſumma arce.*

*Libro ſecundo Machab. capite 15. Suſpendit Nicanoris caput, in ſumma arce: vt euidens, manifeſtumq; eſſet ſignum auxilij Dei. nimirum præſentis. Et alia ſexcenta* σημεῖα *rerum ſignatarum præſentium, colligi poſſent ex veteri teſtamento. Veniamus ad nouum.*

*Signa in nouo teſtamento rerum præſentium.*

*Lucæ 2. Et hoc vobis (inquit Angelus ad paſtores) erit ſignum* (καὶ τοῦτο ὑμῖν σημεῖον) *Inuenietis infantem, pannis, faſcijsq; inuolutum, & poſitum in præſepi. Nunquid igitur fuit ſignum abſentis infantis? quomodo igitur in præſepi eum inuenerunt?*

*Matth. 24. Tunc, inquit Chriſtus, apparebit ſignum,* τὸ σημεῖον, *Filij hominis in cælo. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli. Signum igitur illud erit non præſentis ſolum Chriſti, qui vbique præſens eſt: ſed etiam in illo eius aduentu altero, viſibiliter præſentis Chriſti, ſignum erit. Capite 26. Qui autem tradidit eum, inquit Euangeliſta, dedit illis ſignum,* σημεῖον, *dicens: quemcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt, tenete eum. Oſculum igitur proditoris, fuit ne abſentis Chriſti? quomodo igitur vel Iudas oſculatus eum eſt: vel quomodo ſcelerati Iudæi, ipſum tenuerunt?*

*Romanorum quarto ſcribit Apoſtolus, Et ſignum accepit (Abraham) circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei:* σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγίδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως. *Ergo circumciſio fuit illa quidem ſignum: ſed præſentis iuſtitiæ, præſentisq; fidei. In his, & alijs infinitis locis ſigna non ſunt rerum abſentium, ſed præſentium. Neq; tamen in his vlla eſt metonymia: quemadmodum ſupra demonſtrauimus. Non enim ſignum ponitur pro re ſignata: ſed vtrunq; ex natura eorum, quæ aliò referuntur, coniungitur, in oratione. Nomen etiam ipſum ſigni exprimitur. Sic Eccleſiæ notas, & ſigna eſſe dicimus, Euangelij annunciationem, & rectam adminiſtrationem, legitimumq; vſum Sacramentorum. Quæ duo, nemo ſanæ mentis, Eccleſiæ abſentis, vel non viſibilis, ſymbola eſſe dicet. Quæ cum ita ſint: perſpicuum eſt, commentitiam, falſamq;, à Caluino, Metonymiam ſtatui, in verbis Chriſti, Hoc eſt corpus meum, Hoc eſt ſanguis meus. Vt dicantur hæc ſolum, non etiam ſint corpus, & ſanguis Chriſti. quòd illorum ſint quædam ſymbola. Quamobrem & hic Caluini tropus euerſus, proſtratusq; iacet: defenſaq; adhuc eſt* τοῦ ῥητοῦ *inſtitutionis cœnæ, proprietas: contra eos, qui figuratã, modis verborum, orationem eſſe, peruicacia intolerabili, contendunt.*

*In metonymia retinetur verborum proprietas.*

*Adde, quòd in metonymia continentis, & contenti, ſigni, & rei ſignatæ, verba ſunt propria. Id quod cum alij Rhetores, tum Cicero ſcriptum nobis reliquit.*

*Diſcrimen inter metaphoram, & metonymiam.*

*Hoc enim à tranſlatione differt: quòd* μεταφορὰ *proprium cum alieno:* μετωνυμία *autem, ornandi cauſa, proprium proprio commutat. Nam in ea neq; factum verbum eſt, neq; tranſlatum. Itaq; mutata verba dicuntur: in quibus, pro verbo proprio, ſubijcitur aliud, quod idem ſignificet. Hæc ille. Qui fit ergo: vt, quod* OMNIVM *Rhetorum conſenſu, datur: id negent præfracti Caluiniſtæ? qui tamen ex ſchola Ciceroniana, ſe gloriantur, tanquam ex equo Troiano, prodiiſſe. Quod ſi, vt,* ἐκ περιουσίας,

ρίας, hoc largiamur noſtris antagoniſtis, metonymica in verbis Chriſti locutio eſt: concedant ijdem neceſſe eſt (Rhetoribus, & in his Cicerone, ipſoq́ vſu, atteſtantibus, atq; docentibus) proprijs verbis illam conſtare Chriſti orationem. Quocirca putidum eſt, quod iſti (Andabatarum more, non cũ alijs, ſed ſecumipſis pugnantes) vociferantur: verba noui teſtamẽti non eſſe propria, ſed impropria, & figurata. Cur igitur Caluinus garrit in ſua Harmonia, ſignis IMPROPRIE rerum ſpiritualium nomina aſcribi: atq; ita debere exponi omnes Scripturæ locos: vbi de Sacramentis fit mentio? Nam ſi metonymia conſtat ex verbis proprijs, vt ſcribunt Rhetores: in cœna autem Domini locutio eſt metonymica: profectò in cœna Domini verba ſunt propria, non translata, aut figurata. Et vt in diſciplinis philoſophicis ἀκυρολογία, ἢ κατάχρησις fit: cum terrena elementa dicuntur eſſe res cœleſtes: tamen in ſcriptura, & cœnæ ſacramento, quod verbum eſt viſibile, maximè proprium illud genus eſt dicendi, quo ſignis externis, pane, & vino, cœnantibus offeruntur ſpiritualia dona, corpus, & ſanguis Chriſti: à quibus κατ' ἐξοχὴν ſuam illa denominationem accipiunt: & id non ſolum eſſe dicuntur: ſed etiam ſunt: quæ καθ' ἕνωσιν μυστικὴν ipſis copulata, veſcentibus, & bibentibus ad ſumendum diſpenſant.

Confutantur, qui verba, comedite, & bibite, enarrant, pro credite.

Reſtant igitur ex Sacramentariorum colluuie nõnulli: qui clamitãt, μεταφορὰν eſſe in verbis, Comedite, & bibite. Nam ea interpretantur iſti, per CREDERE. vt iſte inſtitutionis cœnæ ſit contextus. IESVS accepit panem, & gratijs actis, fregit: deditq́ diſcipulis, ac dixit: accipite,* Credite, Hoc eſt corpus meum. Quotieſcunq; enim credideritis panem hunc: mortem Domini annunciate, donec venerit.

* Cur igitur Phrenetici non credunt verbis, quæ ſequũturẽ

Et,

Similiter & poculum accepit, poſtquam cœnatum eſt, & gratijs actis, dedit illis, dicens: Credite ex eo omnes. Et crediderunt ex eo omnes. Et dixit illis: Hic enim eſt ſanguis meus. Hoc facite, quotieſcunq; credideritis, in mei recordationem. Quotieſcunq; enim de hoc poculo credideritis: mortem Domini annunciate, donec venerit.

Abſurdam eſſe hanc metaphoram.

Etſi autem ſunt: qui metaphoram iſtam miris laudibus ornant: tamen quàm abſurda ſit: intelligi poteſt, cùm ex præcedentibus verbis: tũ ex alijs locis, qui ſunt de cœna Domini. Primum enim de pane inquit Chriſtus, Accipite, manducate: quem acceptum, comederunt, hoc eſt, ore corporis intra ſe aſſumpſerunt. De poculo item dixit: Bibite ex eo omnes. Et, vt Marcus habet, biberunt ex eo omnes. Non inquit, credite panem: & crediderunt ex eo poculo omnes. Deinde Paulus ijsdem verbis vtitur propriè. Vt in his locis. Quotieſcunq; enim comederitis panem hunc (.ſ. qui eſt corpus Chriſti) & de poculo hoc (qui eſt ſanguis Chriſti) biberitis: mortem Domini annunciate, donec venerit. Item, Quiſquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini indignè: reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Et, Probet autem homo ſeipſum: & ſic de illo pane edat: & de poculo illo bibat. Nam qui edit, & bibit indignè: iudicium ſibijpſi edit, & bibit: non dijudicans corpus Domini: videlicet, quod cum pane manducat. Item: Cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectet. Quod ſi quis eſurit: domi edat. Non igitur dicit:

Τὸ ῥητὸν, ἢ τὸ προσδιωρισμένον, additum, & verbis expreſſum.

Τὸ μὴ προσδιωρισμένον, quod nõ eſt additum.

Paulus ijsdem verbis in hac cauſa vtitur propriè.

Quotieſcunq; credideritis panem hunc, & de poculo hoc credideritis.

Τὰ μὴ προσδιωρισμένα

Item,

Quiſquis crediderit panem hunc, aut crediderit de poculo Dñi indignè.

Prodigioſa verborũ Pauli expoſitio.

Item,

Et ſic de pane illo credat: & de poculo illo credat. Nam qui credit, & credit indignè: iudicium ſibijpſi credit, & credit.

Item,

Cum conuenietis ad credendum.

Et,

Quod ſi quis eſurit: domi credat.

Sic, inquam, non loquitur Apoſtolus. Nam quæ iſta eſſet abſurditas, τερατολογία, monſtroſaq́, ac portentoſa oratio? Quis autem non videt, τὸ φαγεῖν, καὶ τὸ πιεῖν, propriè, non translatè vſurpari? Ac ne putaret quiſpiam: eundem eſſe panem, quem antea comederant: & idem, quod prius biberant, eſſe vinum, fructum ſcilicet vitis: de quo ſe poſthac manducaturum, & bibiturum Dominus negauerat: idcirco adiecit ὁρισικῶς, καὶ ῥητῶς: panem, & potum non eſſe κοινὸν, vulga-

## DE TROPIS, SIVE MODIS

vulgarem: ſed ἱερὸν, ſacrum: non nudum, & ſolum: ſed eum, cui coniuncta ſit, in vſu, vel in cœnando, ſuum corpus, & ſuus ſanguis. Hoc (inquit δεικτικῶς, demonſtrando panem, & poculum) eſt corpus meum, & ſanguis meus. Non inquit, quem panem, & calicem creditis (vt huius ſacramenti veritas, atq; natura pendeat à credulitate, atq; dignitate, aut incredulitate, atq; indignitate cœnantium) ſed hic panis, inquit, quē editis, hoc vinum, quod bibitis (ore corporis, non auribus, vel naſo) eſt meum corpus, meusq́; ſanguis. In hoc nimirum vſu: quatenus editur panis, & quatenus vinum hauritur: eatenus eſt manducanti, & bibenti, meum corpus, meusq́; ſanguis. Neq; enim alia ratione ſacramētali, præſens Chriſtus adeſt ori manducantium, & bibentiū. Etſi enim, generali præſentia, vbiq; totus ſit: non tamen peculiari præſens eſt mihi, tibi, & illi: ſine hoc reuelato verbo, & ſine patefactione iſta ſingulari. Quare ſacramentaliter, manducando, & bibendo, ac intra nos ſumendo, ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἀεὶ ζῶντα, καὶ βασιλεύοντα, Chriſtum ſic noſtrum facimus: vt ei veluti incorporemur. Itaq; tota hæc externa actio, non dicitur FIDES, ſed COENA DOMINICA, à cœnando nimirum, id eſt, edendo, & bibendo: non à credendo. Quid? quòd contra dicendi rationis, atq; doctrinæ præcepta eſt: vt vnum, idemq́; verbum, in eodem inciſo, propriè, & translatè ſumatur. Cuius rei equidem dari nullum poteſt exemplum. Aliud enim eſt παράγραμμα: quod verbo ſolum fit ambiguo: aliud μεταφορὰ: quæ conſtat & ancipiti, & peregrino vocabulo. Παράγραμμα Ciceronis illud notum eſt: Vt ijdem eſſent SECTORES collorum, & bonorum. Iā omnibus Rhetoribus conſtat: παραγράμματα in iocis, ſalibus, atq; facetijs adhiberi. Atqui Dominus cuius anima ad mortē vſque contriſtata erat: non vt βωμολόχος quiſpiam ſcurra, dicax, vrbanusq́; eſſe voluit: cum nouum Teſtamentum conderet: cœnamq́; ſui corporis, & ſanguinis, in Eccleſia, vſq; ad ſuum viſibilem ad nos reditum, celebrandam, inſtitueret.

Panis, & vinum, ſunt corpus, et ſanguis Chriſti, in ſumptione oris.

Metaphoram iſtam eſſe ἄτεχνον, καὶ ἄχρηστον.

Παράγραμμα.

Μεταφορά.

Pro Sexto Roſcio.

In verbis Cœnæ abſunt ioci, & ſales, mordaciaq́; dicta.

Nequaquam igitur vſus eſt verbis mordacibus, ſalſis, & iocoſis: cuiuſmodi ſunt σκώμματα, παραγράμματα, πάντα τὰ γελοῖα: quibus vel riſus excitatur, vel lepos quidam adfertur orationi. Sed vſus eſt verbis proprijs, vſitatis, & ſignificantibus. Nō tamen negamus, Chriſtum his verbis, propter ſimilitudinem, alluſione quadā, vſum fuiſſe translatè. quemadmodum & calicem μεταφορικῶς, de conſuetudine Hebræorum, non ſemel poſuit. Vt, in illa mœſtiſſima προσευχῇ, oratione. Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Pater mi, ſi poſſibile eſt: tranſeat à me calix iſte. Paſſionem, eiusq́; tempus intelligit. Itaq; Marcus cap. 14. ſic illud explicat: ἵνα εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. vt ſi fieri poſſet: tranſiret à ſe hora. Item in illo, ad matrem Zebedæi, & filios illius: δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; poteſtis bibere poculum: quod ego bibiturus ſum? Et iterum: Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε: meum quidem poculum bibetis. In his enim apertæ translationes ſunt. Id quod ex alijs locis intelligi poteſt: in quibus proprium, cum translato coniungitur. Idq́; in ipſa paſchatis manducatione: cum inquit Chriſtus: Dico autem vobis: non bibam poſthac ex hoc fructu vitis (hactenus proprium: ſequitur translatum) vſq; ad diem illum, quum illum BIBAM vobiſcum NOVVM in regno Patris mei. ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου: ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν ΚΑΙΝΟΝ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. Manifeſta translatio eſt. Regnum enim Dei, inquit Paulus, non eſt cibus, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium, in Spiritu Sancto. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις, καὶ πόσις: ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Itaq; & illa trāſlationem continuatam, μεταφορὰν συνεχῆ, ſeu ἀλληγορίαν habent, Lucæ 22. κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν: ἵνα ἐσθίητε, καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου: καὶ καθήσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Ego diſpono vobis: ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnū: vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Hæc, inquam, omnia manifeſtè translata ſunt. Ex quibus

Matth. 26.

Matth. 26.

Rom. 14.

Hæc omnia dicuntur ἀνθρωποπαθῶς, ſeu more humano.

*Ex puris particularibus nihil ſequitur.*

*quibus non propterea cõficitur: ea loca, quæ ſunt de cœna Domini, μεταφορικῶς eſſe interpretanda. Manducatio enim, & potus ibi ſemper ad panem, ſed hunc, qui eſt corpus Christi, & ad vinum, quod eſt etiam ſanguis Chriſti, refertur. Sed hæc ita nugatoria ſunt: vt pueris elementarijs Caluini trita eſſe debeant. Ac ne digna quidem iudicarem, quæ refutarentur: niſi Caluiniſtæ ſuum hunc tropum ſanctum eſſe vociferarentur.*

ἡ πρόφασις vel ἀφορμὴ concionis Chriſti, de carnis, & ſanguinis ſui eſu, ac potu.

*Eadem verba Ioannis ſexto, vbi de ſpirituali, quæ fit per fidem, manducatione, & potu loquitur Chriſtus, occaſione ducta à miraculo, quo fermè quinquies mille virorũ, quinq; panibus ordeaceis pauit, & duob. piſcibus, μεταφορικῶς vſurpauit. Primũ enim diſtinguit cibum: ac βρῶσιν aliam nominat τὴν ἀπολλυμένην, pereũtem: aliam τὴν εἰς ζωὴν αἰώνιον μένουσαν, quæ permanet in vitam æternam. Ac reprehendit turbam: quòd, ventris cibi cauſa, Meſſiam regem ſequantur; hortaturq́; vt cibum quærant, nunquam interiturũ. Itaq; diſtinctio illa cibum nominat propriè panes, & piſces: translatè autem ſuam carnem appellat panem: quemadmodum ſuum ſanguinem vocat potũ. Manducare etiam, & bibere, exponit ipſe per verbum πιστεύειν. Nã τοῦτό ἐστι ἔργον τοῦ θεοῦ inquit: ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Hoc eſt opus Dei: vt credatis in eum, quem miſit ille. Deinde, à Capernaitis, de Manna in deſerto manducato à Patribus: de quo Pſalmus 77. loquitur: Panem de cœlo dedit eis ad edẽdum: opportuna data occaſione, inſtituit ſplendidiſſimam comparationem: qua ſe ita cum Manna comoonit: vt ſe longè huic cibo ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δεδομένῳ, anteponat. Moſen non dediſſe patribus in veteri teſtamento, hunc de cœlo panem: ſed Patrem cœleſtem: qui nunc nouo populo det panem* VERVM, *de cœlo. Hic ἐπίθετον,* VERVM, *ἀληθινόν, oſtendit panem accipi à Chriſto translatè, non propriè: vt in cœna Dominica: in qua panis ἄζυμος fuit adhibitus. Hinc ſubijcit αἰτιολογίαν, rationem θετικήν, & ἀόριστον. Panis enim* DEI, *inquit, eſt: qui de cœlo deſcẽdit: & dat vitam mundo. Mox ſubijcit ὑπόθεσιν, & aſſumptionem.* EGO *ſum panis ille* VITAE. *Qui*

Chriſtus panis eſt verus, panis Dei, panis vitæ.

*venit ad* ME: *non eſuriet: & qui credit in me: non* SITIET *vnquam.* Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. ὁ ἐρχόμενος πρός με: οὐ μὴ πεινάσῃ. καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ: οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. *Omnia hæc translata ſunt, in iſta grauiſſima comparatione. Chriſtus enim panis eſt, ſed* VITAE. *Itaq; ipſemet Dominus iſtam translationem èxplicat. Panem, & ſitim etiam non corporis intelligit: ſed animæ, quæ credens in Chriſtum, ſaturatur. Minorem propoſitionem illam, facto quodam interuallo, κατ᾽ ἀπόστασιν, renouat, poſt γογγυσμὸν Iudæorum, aſſeuerãdo. Ego ſum panis ille, qui de cœlo deſcendi. vbi clarius èxponit metaphoram: adiecta* SVMMA, *ſeu fundamento totius Euangelij:* Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν: ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. *Certò enim affirmo vobis: quòd, quicunq; crediderit in me: habeat vitam ſempiternam. Sequitur comparationis ἐπανακαίνωσις, renouatio altera. Ego ſum panis ille vitæ. Patres veſtri comederunt Manna in deſerto, & mortui ſunt.* HIC *eſt panis ille de cœlo deſcendẽs, vt èx ipſo edat aliquis: et non moriatur. Et rurſus ἐπεξεργαστικῶς, καὶ ἐπιφωνηματικῶς, aſſeuerat. Ego ſum panis viuus: qui de cœlo deſcendi. Si quis ederit èx hoc pane: viuet in æternum. Vides, quemadmodum ſe panem identidem appellet: & quòd, per φαγεῖν, nihil aliud hoc loco intelligat, quã credere in ipſum. Nullum enim panem coctum èx farina ipſis oſtendit: nullum omnino in illa ὁμιλίᾳ tractauit. Itaq; continenter ſubijcit διορισμὸν, explicationem: qua propius ad rem accedit, εἰδικώτερον illuſtrãdo translationem. Et panis, inquit, quẽ ego dabo,* CARO *mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Mors enim Chriſti, vitæ noſtræ reparatio eſt: ſi mortuo, & cruci pro nobis ſuffixo Chriſto, confidamus. Nã hæc victima, non niſi* FIDE, *ad ſalutem manducatur. Quocirca ad μάχην, concertationem Iudæorum σαρκικῶν, qui lanienam Chriſti imaginabantur corporis, nõ de* MODO, *reſpõdet Dominus, ſed de* RE, *aſſeuerãdo, & amplificando. Amen dico vobis: niſi* EDERITIS *carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habetis vitam in vobis. Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem; habet vitam æternam,*

& ego

## DE TROPIS, SEV MODIS,

& ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. CARO enim mea verè eſt cibus. Et ſanguis meus verè eſt potus. Qui edit meam carnē, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo. Hunc effectum manducationis fidei, continenti oratione, exaggerat. Sicut miſit me VIVENS Pater: & ego VIVO propter Patrem: ita qui ederit me: viuet ipſe quoq; propter me. Demùm concludit, Hic eſt panis ille: qui è cœlo deſcendit. Non ſicut comederunt Patres veſtri Manna, & mortui ſunt. Qui ederit hunc panem: viuet in æternum.

Perſtrinxi magnam huius capitis partem: nō ſolum, quia ſententias maximè inſignes continet: de Chriſti carne tradenda pro nobis in mortem: & de eius ſanguine, pro mundi vita, fundendo: ſed vt eò facilius etiam ſtudioſi intelligant, hanc orationem Chriſti manifeſtis translationibus conſtare. Manet enim in metaphorica locutione: dum alludit, non tantum ad editum miraculum: quo panibus quinq;, & duobus piſcibus, famem ſedauit corporalem, ingentis hominum multitudinis: verum etiam ad Manna, quod de cœlo Patribus dedit ipſe Deus, per Moſen. Sed quoniam & hic cibus ventris fuit: & Chriſtus, in nouo teſtamento, integrū hominem paſcere vult: inſtituit hic ſermonem prolixiorem, de pane nō interituro: ſed permanente in vitam æternam: qui totum hominē, per fidem, ſpiritualiter nutriat: quem panem ſe eſſe dicit. Itaq; modū ſalutarem apprehendendi illum cibum, demonſtrat, nempe veram in ipſum fidem. Et quanquam hic Caluinus fabricat diſtinctionem, intar credere, & manducare: quòd illud cauſa ſit, hoc effectus: tamen eam meritò Theologi noſtri explodunt. Ab eius cōmento diſſentiunt quoq; κορυφαῖοι inter Sacramentarios: Zuinglius, Oecolampadius, Bullingerus, et Petrus Vermylius Martyr: qui Manducare carnem Chriſti ſpiritualiter, nihil aliud eſſe ſcribunt: quàm credere in Filiū Dei; pro nobis mortuum. Adeo conſentit Caluinus per omnia, cum Tigurinis. Concionis enim totius ſumma hæc eſt: niſi quis crediderit, carnem meam traditam, meumq; ſanguinem effuſum, λύτρον eſſe pro peccatis totius mundi: non habebit vitam in ſemetipſo. Quamobrem

Caluini falſa diſtinctio.

fides, vel ipſa credendi actio, μεταφορικῶς nuncupatur manducatio. At huius effectus, eſt VITAE perceptio: & arctiſſima coniunctio cum Chriſto, in nobis habitante. Iuxta illud: Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me MANET, & EGO in illo. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα: καὶ πίνων μου τὸ αἷμα: ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Viuit enim in nobis Chriſtus totus, & integer, κατὰ τὴν μονὴν, non ſolum per corporis, & ſanguinis ſui manducationem, & potum, quem nobis pane, & vino, in cœna ſua, diſpenſat: verum etiam per fidem, extra ſacramenti vſum, meditando ſcilicet, tractando, & audiendo verbum Dei, & Euangelij prædicationem. Sed magno diſcrimine. Itaq; non vna ratio eſt edendi carnem Chriſti: vt Sacramentarij ſtolidè contendunt. Sic enim nugatoriè concludunt (ſi concluſio nominari debet, quæ eſt ἀσυλλόγιστος) Eſt quædā ratio manducandi Chriſtum: nempe, quæ fit, per fidem, qua credimus, eum, pro nobis mortuum eſſe: eaq; dicitur ſpiritualis. Non eſt igitur alia, quæ vocatur corporalis, & ſacramentalis: qua non ſolum corpus, & ſanguis Chriſti, pane, & vino exhibentur, & diſtribuuntur, in cœna: ſed etiam, cum his ſymbolis, ore corporeo, intra nos ſumuntur. Nam qui de illo eſu, & potu ſuæ carnis, & ſanguinis præcepit: is etiam inſtituit, & mandauit alterum modum, qui eſt corporalis. Quod ſi Dipnoſophiſtis ita licet argumentari: licebit etiam alijs eodem modo ineptire, & colligere. Vna quædam eſt Dei præſentia, nimirum generalis: nulla eſt igitur alia ratio Dei præſentiæ, & manifeſtationis. Item, Eſt quædam iuſtitiæ ſpecies, quam vocant diſtributiuam, διανεμητικὴν: nō igitur alia huius virtutis eſt forma, quæ eſt μεταβλητικὴ, commutatiua. His ſophiſmatis, ſeu anilibus deliramentis referti ſunt libri, Chriſti hominis in cœna præſentis hoſtium. Nam ex iſto numero illud quoq; eſt nugatorium argumentum: Hoc in loco verbum Edere, & Bibere, tranſlatè accipitur. Ergo & in cœna μεταφορικῶς vſurpatur. Sed iſtos doctores remittimus ad elementarios pueros Caluini: qui aliter in Dialecticis inſtituendi ſunt. Etſi verò pleriq; ex veteribus etiam Scriptoribus, hunc locum

Chriſtus ad ſuos venit, per verbum, & ſacramenta: in quibus percipitur: vt in ipſis maneat.

Duplex ratio, & modus, edendi carnem, & bibendi ſanguinem Chriſti.

ad cœ-

ad cœnam accomodârunt: tamen non diſſerit de illa manducatione: quantumuis ad eam alludat Chriſtus, propter ſimilitudinē, quæ eſt in formis generis eiuſdem, quas nominant Dialectici συγγενεῖς. Non enim dubium eſt: quin ad cœnam, quam anno pòſt inſtituit, hîc Chriſtus alludat: ſicut alluſit ad miraculum, & ad Manna in deſerto à Patribus manducatū. præſertim cum ſub finem Iudæ mentionem faciat. Vbi inquit: Sed ſunt quidam ex vobis: qui nō credunt. Nouerat enim ab initio Ieſus: qui eſſent non credentes: & quis proditurus eſſet ipſum. Et paulò poſt: Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus Diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis Iſcariota. Hic enim proditurus eum erat: quum tamen eſſet vnus ex duodecim. Etſi igitur reſpexit quoq; ad cœnam, quam ſciuerat ab initio, ſe inſtructurum eſſe: tamen nō inde conficitur, tum inſtituiſſe Chriſtum opiparū ſui corporis, & ſui ſanguinis externum conuiuium, cum hæc loqueretur. Prætereo hic nonnullorum ἐριστικῶν blaſphemias, & mendacia. qui vociferantur hoc ſextum Ioannis caput loqui de cœna: primùm quia Chriſtus ab æterno, ſua prouidentia cœnam inſtituerit: deinde, quia loquatur non ſolum de manducatione carnis Chriſti, & potu ſanguinis ſui: verum etiam de Iuda proditore. Tum quia Ioannes inſtitutionem cœnæ prætermiſerit. Nam ſcripſit hic Euangeliſta παραλειπόμενα πολλὰ, multa quæ ab alijs ſunt prætermiſſa: & hi viciſſim perſequuntur multa: quæ hic Euangeliſta ne attigit quidem. Qui enim ſuum Euangelium poſtremus conſcripſit: is probè ſciuerat, cœnæ διαταγὴν tres Euangeliſtas ſuauiſſimo cōcentu conſcriptam Eccleſiæ reliquiſſe: eandemq; ab Apoſtolo Paulo ad Corinthios, quaſi vno ore, fuiſſe repetitam. Itaq; ea prolixè commemorat Ioannes, quæ ante, & poſt cœnam, in ipſoq; paſchatis eſu, facta, dictaq; fuerūt à Chriſto. Quò impudentiores iſti ſunt: dum calumniantur, nos tropos facere: vbi nobis commodum eſſe videatur. Nullum enim nos modum excogitamus: vt Sacramentarij: ſed qui aperti, & vſitati ſunt: eos & admittimus, & indicamus. Iam vaniſſimum eſt, quòd iactant, Patres pleroſq; omnes ſacramentarijs patrocinari. Quid enim, inquiunt, habetis aliud, quàm illud verbum Dei: Hoc eſt corpus meum, Hoc eſt ſanguis meus? Atqui propterea cauſa noſtra veriſſima, & certiſſima eſt: quia VERBVM de hac traditum habemus ἀνενδοίαστον, καὶ ἀναμφίβολον. Quid, quòd Patres, plerıq; hoc caput Ioannis, in ſuis annotationibus, ſic ad cœnam, quāquam impropriè, accommodant: vt totum Euchariſtiæ tractent ex profeſſo negotium: non ex Zuinglianorum, & Caluiniſtarum, ſed ex Theologorum Auguſtanæ confeſſionis ſententia? Mendacium igitur eſt: veteres ſcriptores Eccleſiaſticos cum ſacramentarijs facere. Impudentius eſt mendacium: quod mihi quidam, inter Dipnoſophiſtas, non minimus, aliquando obiecit: ſe in Luthero innumeros locos mōſtraturum: in quibus neget, ore corporis ſuſcipi in cœna Chriſti carnem, & ſanguinem. Proferat tandem locum vnum, non infinitos. Ego contrà ad ſexcentos producam: in quibus affirmat, cum orthodoxa Eccleſia, in ſacramento altaris (abſit inuidia verbo) manducari, & hauriri, corporis ore, mündtlich/ Chriſti corpus, & ſanguinem.

*Christus καρδιογνώστης.*

*Cauillationes putidæ Caluiniſtarum quorundam.*

Reijcimus igitur falſam, & abſurdam Dipnomaſtigum tranſlationem: quæ totam cœnæ actionem euerteret. Nam ſi verba inſtitutionis interpretanda ſunt, ex hac Chriſti, de ſua morte, & noſtra, in ipſum incarnatum, mortuum, & reſuſcitatum fide, grauiſſima diſputatione: quid reliquum erit in cœna? Nam ſi panis μεταφορικῶς ſumi debet: quemadmodum apud Ioannem accipitur: certè non ſumpſit Ieſus panem, neq; panem fregit, ſuiſq; diſtribuit diſcipulis. Atqui panem acceperunt, & comederunt, non fide, ſed ore corporis. Non igitur panis tranſlatè vſurpatur in cœna. Idem de poculo ſentiendū eſt. Nam ſi in hoc verbo tranſlatio eſt: profectò non fuit in cœna poculum, quod Chriſtus accepit, ſuiſq; diſcipulis dedit. Itaq; & illud falſum eſt, quod Marcus ſcribit: Et biberunt ex eo omnes. Nullum autem vinum adfuit: ſi verbum illud eſt τροπικόν. Nihil igitur biberunt: ſed crediderunt tantùm. Quare ſi verba iſta, panis, & poculum, ſeu vinum, manducare, & bibere, ſunt metaphorica; iā omnis

*Abſurda, quæ comitātur metaphoram Dipnomachorum*

## DE TROPIS, SEV MODIS

*ritus, & ceremonia fuerit ſublata neceſſe eſt. Falſum igitur eſt, quod tres Euangeliſtæ, & poſt eos Paulus, ſcribunt, Chriſtum cœnam inſtituiſſe: falſum etiam, quòd Paulus ſcribit, ſe id tradidiſſe Corinthijs, quod accepit à Domino: quòd* IESVS *ea nocte, qua traditus eſt: acceperit panem, & poſtquam gratias egit, fregerit, ac dixerit: Hoc meum eſt corpus: quod pro vobis frangitur. Nulla igitur fuit omnino cœna. Nulla etiam eſt retinenda deinceps in Eccleſia. Cur ergo Lucas ſcribit: Hoc facite in mei recordationem? Et Paulus, Hoc facite, in mei commemorationem? Quotieſcunq; enim comederitis* PANEM HVNC *(qui eſt corpus Chriſti) & quotieſcunq; de* HOC *poculo: quod eſt nouum teſtamentum, in meo ſanguine, biberitis: mortem Domini annunciate,* DONEC *venerit. Hic videat, pius, & cordatus lector, quid Sathan quærat. Nam quoniam illi vehementer dolet, Miſſam Papiſticam eſſe abrogatam in Eccleſijs rectè reformatis: eiq;, cum puritate doctrinæ Euangelij, ſubſtitutam veram cœnam Domini, & verũ eius vſum: alia via, mille artifex, aggredi conatur Chriſtianos: quos, cœna abrogata, ſummo theſauro Chriſti corporis, & ſanguinis ſpoliare cogitat: ſicut in Babylonica, tyrannidis pontificum Romanorum, captiuitate, fecit. Vt enim in Papatu, hominibus ſuſtulit Chriſtum: iiſq; reliquit panem, & vinum: ſic per Sacramentarios, vtrunque meditatur deinceps facere. Etenim hactenus iſti nobis nucleum abſtulerunt, nempe, corpus, & ſanguinem Chriſti, vt Papiſtæ fecerunt. Nunc putamina quoq; conantur tollere, panem, & vinum, deteriores hac in re Pontificijs monachis, & ſacrificulis. Itaq; euertent, cum tempore, conniuente Deo, totum ritum, & ceremoniam cœnæ Dominicæ ſacramenti perdæ: vt rem externam, quæ ad procurandam hominum ſalutem, nihil adferat adiumenti. At ſi verum eſt, quod iſti nugantur, Panem, & Vinum, Edere, & Bibere, non propriè, ſed translatè accipi: mirum eſt: eos in ſuis concœnationibus, panẽ, & quidẽ noua quadam forma piſtum, apponere: vinum etiam, & crateras ligneos, alia figura præditos, adhibere, in ſuis ſympoſijs: in quibus certè edunt ἀρτοφάγοι iſti panem, & bibunt οἰνοπόται vinum. Vnde ſequitur, eos propriè accipere Panis, & Vini, Manducationis, & Potus vocabula. Quod ſi ita eſt: cur exponunt verba cœnæ μεταφορικῶς, ex capite ſexto Ioannis? Vnde rurſus vertiginoſus phreneticorum, ἢ φρεναπατῶν ſpiritus animaduertitur: qui ſibi nuſquam conſtant: nec ſolum cum ſuis manipularibus diſsident: verum etiam ſecum turpiter pugnant. Præterea, ſi verba cœnæ ſunt exponenda, per caput 6. Ioan. cõcedant neceſſe eſt nobis, vocabula corporis, & ſanguinis in cœna, propriè, non tranſlatè, aut metonymicè eſſe intelligenda, vt Oecolampadius, & Caluinus contendunt. propterea quòd Chriſtus in Ioanne, loquitur de ſua carne, & de ſuo ſanguine: idq; κυρίως, non μεταφορικῶς, vel ὑπαλλακτικῶς. Ex quo conſequitur: corpus, & ſanguinem Chriſti eſſe in cœna præſentia manducanti, & bibenti. Nam, ipſo facto, Sacramẽtarij, dum panis, & vini eſum, & potum retinent: edunt item, & bibunt ore ſuo carnali: confitentur, panem, & vinum, in ſua propria, atq; natiua ſignificatione, accipiẽda eſſe: quicquid de iſtorum gregalium fece, quidam blaterent, de μεταφορᾶ capitis apud Ioannem Euangeliſtam. Quamobrem ipſorum aduerſariorum facto, & confeſsione: panis, & vinum ſunt corpus, & ſanguis Chriſti, in cœnæ ſumptione. Si enim panem, & vinum, ore ſuo carnali comedũt, & hauriunt: certè ea verba propriè intelligunt. Et quoniam negare non poſſunt, apud Ioannem propriè vſurpari à Chriſto, verba carnis, & ſanguinis: ſequitur & in cœna, quam illi interpretantur, per illam concionem, corpus, & ſanguinem Domini propriè ſumi oportere. Ex quib. conficitur propria illa oratio: Hoc eſt corpus meũ: Hoc eſt ſanguis meus. Ergo proprietas verborum, etiã inuitis Sacramentarijs, eſt ex ipſorum confeſſione, retinenda. Quæ cum ita ſint: quis amplius dubitabit: quin id, quod Chriſtus ſimpliciter, & propriè dixit, ſit* VERISSIMVM, *&* CERTISSIMVM? *videlicet, panem* ESSE *ipſum corpus Chriſti, pro nobis traditum: poculum, ſeu vinum,* ESSE *ipſum Chriſti, pro nobis profuſum, ſanguinem. Hæc enim Chriſti ſunt verba. Ex quibus nequaquam ſequitur μετουσίωσις.*

σις, aut alia aliorum diabolica portenta. Nam Paulus definit panem, & poculum eſſe communicationem corporis, & ſanguinis Chriſti. Et poſtea, repetita inſtitutione, verbiſq; cœnæ Domini: vtrunq; retinet: & alternis vicibus, modò panem hunc, modò poculum hoc, modò corpus, modò ſanguinem, appellat. Nam τὸ δεικτικὸν, hunc, & hoc, remittit nos ad verba Chriſti: qui DIXIT, *Hoc eſt* CORPVS *meum. Hic eſt* SANGVIS *meus.*

Quare admirari ſatis non poſſum impudentiam fanaticorum hominum: qui ſextum Ioannis caput idem tractare vociferantur: quod tractat cœnæ Chriſti inſtitutio: quam per illud aiunt eſſe exponendam. Atqui ſcriptores Eccleſiaſtici illud ipſum caput, per verba cœnæ, de corporali manducatione, & potu totius ſacramenti enarrauerunt. In cuius digna perceptione, quæ fit ad ſalutem, neceſſaria eſt illa ſpiritualis. propter appendices: Quod (corpus) pro VOBIS traditur: Qui (ſanguis) pro VOBIS effunditur, in remiſſionem peccatorum. Sed ſubijciam perſpicua argumenta, propter ſtudioſos adoleſcentes: quibus negatur, in ſexto Ioannis, cœnam eſſe inſtitutam.

*Cœnam nõ eſſe inſtitutam in 6. cap. Ioannis.*

I. A Tempore.

Dominus ea nocte inſtituit cœnam, qua traditus eſt.

Atqui orationem hanc Ioan. 6. non habuit ea nocte, qua traditus eſt. Habuit enim eam anno integro antè, quàm fuit traditus in mortem.

Ea igitur oratione non eſt inſtituta cœna.

II. A Loco, & perſona.

Cœna Domini inſtituta eſt in ciuitate, in domo patrisfamiliâs ædium: ἐν καταλύματι, in cœnaculo magno, ſtrato, parato.

Concio Ioan. 6. non eſt habita in ciuitate, neq; in domo patrisfamiliâs, &c. ſed in Capernaum, in ſynagoga.

Ergo hac in concione non eſt inſtituta cœna Domini.

III. Rurſus à Tempore.

Cœna Chriſti inſtituta eſt à Domino, edentibus diſcipulis, & Domino, vltimum paſcha: item poſtquam cœnaſſent: μετὰ τὸ δειπνῆσαι.

Concio Ioan. 6. non eſt habita vltimo paſchate.

Concione igitur Ioan. 6. non eſt inſtituta cœna Domini.

IIII. A modo, materia, & forma.

Cœna inſtituta eſt à Chriſto, panis ſumptione, gratiarum actione, fractione, exhibitione: poculi item porrectione.

Atqui in hoc ſermone, Chriſtus Dominus neq; ſumpſit panem, neq; fregit, neq; diſcipulis dedit.

Hoc igitur ſermone non inſtituit cœnam.

V. Ex eodem loco.

In cœnæ inſtitutione, Chriſtus panem à ſe acceptum, fractum, & datum, iubet accipere, & manducare.

In concione illa non iubet panem edere, ſcilicet panem Domini: ſed SE, id eſt, panem Dominum iubet manducare.

Ergo, in concione Ioan. 6. non fuit inſtituta cœna Domini.

VI. Eſt generis eiuſdem.

In cœna inſtituenda Chriſtus poculum accepit, deditq; diſcipulis, vt ex illo biberent: & biberunt ex eo omnes.

In hac autem concione neq; Chriſtus accepit poculum, quòd diſcipulis daret: neq; hi ex poculo biberunt.

In hac igitur concione, non fuit inſtituta cœna Domini.

VII. Eſt eiuſdem naturæ.

In cœnæ inſtitutione Chriſtus panem datū, acceptum, & manducatum ore corporis, dixit, eſſe ſuum corpus: poculum datum, & epotum dixit aſſeuerando, ESSE ſuum ſanguinem.

In hac autem concione, nullum panem, poculumúe eis dedit, de quo diceret, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus.

Ergo in hac concione habita in ſynagoga, non inſtituta fuit cœna Domini.

VIII.

In cœnæ inſtitutione, Chriſtus mandat diſcipulis: vt idem facerent, in ſui commemorationem: ſicut & Paulus fecit ad Corinthios.

In 6. Ioannis capite nihil tale mandatur, nihil legitur.

In 6. Ioannis igitur non eſt inſtituta cœna.

IX.

In cœnæ inſtitutione, & noui teſtamenti factione, non ſunt tranſlata verba, Edite, bibite, & panis.

# DE TROPIS, SIVE MODIS

*At in concione illa, ſunt μεταφορικὰ iſta verba.*

*Igitur in illa concione, cœna non fuit inſtituta.*

X.

*Ad quod quis oratione alluſit, id ab eo, ad quod alluſit, eſt diuerſum.*

*Atqui Chriſtus hac concione alluſit ad cœnam Domini.*

*Hæc igitur concio eſt longè diuerſa ab inſtitutione cœnæ.*

*Quare ſi cœna non fuit tum à Chriſto inſtituta: profectò cœna Chriſti nondum fuit. Cauſis enim nihil agentibus: effectus in actum non producitur. Cur igitur garriunt Sacramentarij, caput ſextum Ioannis loqui de cœna Domini? Vnde patet, Auguſtinum, qui ad cœnam refert hanc Chriſti ὁμιλίαν, in grauiſſimo errore eſſe verſatũ, quòd infantibus contendit, porrigendam eſſe cœnam Domini. qui tantum ſpiritualiter Chriſti carnem manducant, eiusq; bibunt ſanguinem, hoc eſt, credunt, operante in ipſis fidem, Spiritu ſancto. Certè verba iſta ſignificant ἀνάγκην, neceſſitatem. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis.*

*Error Auguſtini.*

*Sequuntur argumenta: quibus oſtenditur, ſpiritualem manducationem Ioan. 6. ad infantes baptizatos pertinere: corporalem minimè.*

*I.*

*Is in me manet, & ego in illo, inquit Chriſtus: qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem.*

*Infantes baptizati, in Chriſto manent, & Chriſtus in illis.*

*Infantes igitur baptizati, edunt carnem, & bibunt ſanguinem Chriſti, ſpiritualiter, per fidem. Credunt enim pro ſuo modulo, atq; menſura, Chriſto, victimæ, pro humano genere.*

*Nam ſi hæc intelligenda eſſent de communione cœnæ: ſequeretur illud ἄτοπον, incommodum, atq; abſurdum: infantes baptizatos, non habere vitam in ipſis: nec manere in Chriſto. Hoc eſt, eos non eſſe viti Chriſto inſitos ſurculos, ſcilicet, in baptiſmo: quod falſum eſt. Iuxta illud: Sinite paruulos ad me venire: talium enim eſt regnum cælorũ.*

*II.*

*Si pueris infantibus cœna Domini danda eſſet: ſequeretur, eam eſſe opus, quod ſine vero motu fidei efficit hominem iuſtum, ſeu acceptum coràm Deo: & quod mereretur vitam æternam.*

*Sed cœna Domini non eſt opus, quod ſine vero motu fidei, efficit hominem iuſtũ, ſeu acceptum, coràm Deo: & quod meretur vitam æternam, ex opere operato.*

*Pueris igitur infantibus cœna non eſt porrigenda.*

*Aſſumptionis approbatio προσυλλογιστική.*

*Nam vſus cœnæ Domini, ſine fidei exercitio (qua fide non ſolum beneficia Chriſti agnoſcimus: verum etiam inuocatio recta Dei excitatur) pernicioſus eſt. Etenim qui manducat indignè: iudicium ſibijpſi edit: non dijudicans corpus Domini. Infantes enim, etſi, ſuo quodam modo, Chriſto credunt, autore Spiritu ſancto: tamen exercere fidem, agnitione, & commemoratione mortis, & beneficiorum Chriſti, nõ poſſunt.*

*III.*

*Cœna Domini eſt ideo inſtituta: vt ſit ceremonia publicorum congreſſuum, coniuncta cum prædicatione Euangelij.*

*Infantes non ſunt in publicis congreſſibus: in quibus prædicatur Euangeliũ, quod audiant.*

*Cœna igitur Domini pro infantibus non eſt inſtituta.*

*IIII.*

*Qui de illo pane edere vult, & de illo poculo bibere, is ſe prius debebit probare.*

*Infantes autem ſeipſos, per ætatem, probare non poſſunt: ſed ij, quorum iam ætas maturuit, & qui intelligunt vtranq; doctrinam, & poſſunt conſcientiam ſuam explorare.*

*Infantes igitur de pane, & poculo Euchariſtiæ, non poſſunt edere, & bibere.*

*V.*

*Quoties panem hunc manducaueritis, & de poculo illo biberitis, inquit Paulus: mortem Domini annunciate.*

*Infantes non poſſunt annunciare mortem Domini.*

*Infan-*

*Infantes igitur de pane, & poculo Euchariſtiæ, nondum poſſunt edere, & bibere.*

V.

*Quoties panem hunc manducaueritis, & de poculo illo biberitis, inquit Paulus: mortem Domini annunciate.*

*Infantes non poſſunt annunciare mortem Domini.*

*Infantes igitur non poſſunt adhuc manducare panem, & de poculo cœnæ bibere.*

*Hic enim non alia neceſſitas imponitur: niſi vt fiat commemoratio mortis Domini, cum ſumitur cœnæ ſacramentum. Vt ſciamus Chriſtum victimam eſſe: de qua in hoc conuiuio manducamus, Quare non imponitur his cœnam ſumendi neceſſitas: quia profeſſionem nondum intelligunt: ſed ſatis eſt, infantes inſertos eſſe Eccleſiæ, per baptiſmum.*

VI.

*Manducatio carnis Chriſti, de qua loquitur 6. caput Ioannis, eſt neceſſaria ad ſalutem.*

*At cœna Domini, vbi haberi non poteſt, non eſt neceſſaria ad ſalutem. Nam ſi quis ea deſtituatur: illa ſpiritualis, quæ eſt fidei, ſufficit ad ſalutem.*

*Cœna igitur Domini, non eſt illa manducatio, de qua in Ioanne Chriſtus diſſerit.*

*Quamobrem duplex Chriſti carnis, & ſanguinis eſt manducationis, & potus ratio: vna ἡ ἔξω τοῦ δείπνου κυριακοῦ, quæ eſt omnibus ad ſalutem neceſſaria. Altera ἡ ἐν τῷ κυριακῷ δείπνῳ, quæ non eſt ita neceſſaria: vt homines, qui ea deſtituūtur, & priuantur, ideo damnentur. Quin imò multi corpus, & ſanguinem Chriſti in cœna eius, ſumunt, & condemnantur. Vt Iudas: quem S. Patres cœnæ communicaſſe ſcribunt. Idq́ Lucas apertè fatetur. Et cùm iam, inquit, tempeſtiuum eſſet, accumbit: ac duodecim Apoſtoli cum eo. Ergo & Iudas Iſcariotes cum eo diſcubuit: nec ſolum diſcubuit: ſed etiam manſit, dum cœna Dominica fuit peracta. Deinceps igitur vltimum, poſt paſchatis eſum, hauſtum exponit hiſtoricus Euangeliſta. Deſiderio deſideraui hoc paſcha edere vobiſcum: antequam patiar. Dico enim vobis: quod poſthac non edam vltrà ex eo: donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo, gratias egit, ac dixit: Accipite hoc, & diuidite in vos. Dico enim vobis: quòd non bibam de fructu vitis: donec regnum Dei veniat. Sequitur ſubſtitutæ cœnæ deſcripta διαζυγή. Et accepto pane, quum gratias egiſſet, fregit, ac dedit eis, dicens: HOC EST CORPVS MEVM, quod pro vobis datur. Hoc facite, in mei recordationem. Similiter & poculum, poſtquam cœnauit, dicens: Hoc poculum nouum teſtamentum IN SANGVINE MEO: quod (poculū) pro vobis effunditur. Veruntamen ECCE manus PRODENTIS me, mecum eſt in MENSA. Fuit igitur Iudas traditor in menſa, vſq; ad peractæ cœnæ finē. Itaq; apud Matthæum inquit Chriſtus de poculo: Bibite ex eo OMNES. Et, vt Marcus ſcribit: Biberunt ex eo OMNES. Proinde Iudas bibit ex poculo noui teſtamēti cœnæ. Manducauit ergo & panem illius epuli. Conſentiunt cum his, quæ ſunt apud Ioannem. Sic enim is ſcribit: καὶ ΔΕΙΠΝΟΥ γενομένου, & cœna facta: quùm Diabolus iam immiſiſset in cor Iudæ Simonis Iſcariotæ: vt proderet eum, &c. ſurgit à cœna Chriſtus, & cœpit lauare pedes diſcipulorum. Nam quòd Euangeliſta hoc pluribus repetit nō ita multò poſt: non pugnat vel cum Luca, vel cum ipſo Ioanne. Explicat enim id quod generatim dixit, εἰδικώτερον, quaſi particulatim (cum hæc, inquit, dixiſſet IESVS: turbatus eſt ſpiritu, & teſtificatus eſt: dixitq́, Amen dico vobis: quòd vnus ex vobis me proditurus eſt. Et mox, Ioanni reſpondens Chriſtus: ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Cumq́ intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et poſt offulam, μετὰ τὸ ψωμίον, ingreſſus eſt in eū Satanas. Dicit igitur ei IESVS (εἰρωνικῶς) Quod facis: fac citius. Et mox: cum ergo ille (Iudas) accepiſſet offulam, continuò exiuit. Erat autem nox. Et cætera, quæ ibi ſequuntur. Ex quibus apparet, Iudam non exiuiſſe, ante peractam cœnam Dominicam. Nihil enim Ioannes poſtea, vel de agni eſu, vel de cœna ei ſubſtituta memorat. Itaq; Marcus 14. quod Ioannes de offula poſtremo loco, κατὰ τὴν τῆς ἱςορικῆς τάξεως ἀναςροφὴν, narrat: id exponit ſtatim de principio accubationis, ad*

Iudas manducauit, & bibit panem, & calicem Domini: ſed non panem Dominum. De quo dicit: Ego ſum panis ille: qui de cœlo deſcendi.

Harmonia Euangeliſtarū.

*hunc modum. Et quum veſpera iam eſſet: venit cum duodecim. Et quum accumberent, ederentq́, dixit Ieſus: Amen dico vobis: vnus ex vobis, proditurus eſt me:* QVI EDIT MECVM. *At illi cœperunt eſſe mœſti: ac dicere illi ſingulatim. Num ego? Et alius, num ego? At ille reſpondens, dixit illis: Vnus è duodecim, qui intingit mecum, in catinum.* εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ ἐμβαπτόμενος μετ᾽ ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον. *Vel, vt Matthæus ſcribit, 26.* ὁ ἐμβάψας μετ᾽ ἐμοῦ, ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει. *Cæterum neq; Marcus, neq; Matthæus mentionem vllam faciũt diſceſſus Iudæ poſt paſchatis eſum: in quo hæc facta ſunt. Continenter autem cœnæ inſtitutæ narrationem ſubiungunt. Lucas verò, Iudam proditorem cum reliquis diſcipulis, etiam manſiſſe ſcribit, poſt cœnam peractam. Cum inquit: Veruntamen ecce: manus Prodentis me,* MECVM EST IN MENSA. *Itaq; Ioannes eadem,* γενομένου τοῦ δείπνου, *facta eſſe paucis verbis ſignificat. quæ poſtea,* καθ᾽ ὕστερον πρότερον *repetit, & expolit pluribus. Eſſet .n.* παρ᾽ ἱστορίαν, *contra hiſtoriæ ſeriem: ſi Ioannes eſum paſchatis, & vulgarem cœnam poſtpoſuiſſet cœnæ Dominicæ: quæ ſucceſsit agni manducationi. Quamobrem ex Euangeliſtarum conſenſu, primùm conficitur: Iudam* τὸν Χριστοῦ προδότην *cœnæ non ſolum interfuiſſe: verum etiam eidem communicaſſe. Iam verò diſcipulis omnibus dedit panem, & calicem Dominus: & quidem de poculo inquit mandando: Bibite ex eo* OMNES. *Et biberunt ex eo* OMNES. *Quid autem comederunt? Panem: ſed eum, quem Chriſtus* ESSE *corpus ſuum pronũciat. Ex poculo igitur quidnam biberunt? vinum: ſed quod* ESSE *definiuit ſuum ſanguinem. Atqui non ſolum obtulit Chriſtus diſcipulis omnibus ſuum corpus, ſuumque ſanguinem, vt Caluinus garrit: verum etiã eſcam, potumq́ acceperunt omnes. Iuxta illud: Et biberunt ex eo* OMNES. *Neq; enim Chriſtus dixit tantùm, hoc quod accepi, fregi, & vobis dedi, ſeu panis oblatus, & porrectus, eſt meum corpus: ſed etiam, quem iuſsi vos accipere, & comedere, is eſt corpus meum. Hæc enim omnia concurrere in iſta externa, corporaliq; actione oportet. Nec ſolum dixit: poculum quod accepi, vobisq́ dedi, eſt meus ſanguis: ſed etiam addidit: ex quo poculo iuſsi vos* OMNES *bibere. quemadmodum ex eo biberunt omnes. Hoc inquam, epotum poculũ, eſt meus ſanguis. Quamobrem proditor Iudas, qui de pane comedit, & de poculo bibit, etiam manducauit corpus, & hauſit ore (non fide vera) ſanguinem Chriſti. Nec ſumpſit modò elementa, & ſymbola, vt Sacramentarij, lacerantes cœnam, blaterant: ſed integrum etiam ſacramentum. Adeſt enim Chriſtus pani, & vino, in vſu tantum, ſeu manducatione, & potu. Cum igitur ex his, quæ dicta ſunt, conſtet: Iudam panem hunc, & poculum hoc, intra ſe recepiſſe: conficitur, eundem, propter vtrumq́ rerum genus, in hoc ipſo vſu, copulatum,* ἑνώσει μυστικῇ, *intra ſe Chriſtum totũ, cum anima, corpore, & ſanguine aſſumpſiſſe, veruntamen nõ vt* SERVATOREM, *ſed vt* IVDICEM. *Quæ duo Chriſtus rex, & Dominus gerit in æternum munera, atq; officia. Et quoniam proditor indignè comedit panem hunc, qui eſt corpus Chriſti, & indignè bibit de illo poculo, quod eſt ſanguis Chriſti: reus fuit corporis, & ſanguinis Chriſti: & quia ſe non probauit, neq; ſe, neq; corpus Chriſti dijudicauit: iudicium ſibi edit, ac bibit. Hoc eſt, iuſtum intra ſe iudicem Chriſtum accepit. Itaq; ab ipſo Domino iudicatus fuit, neque correptus, ſeu caſtigatus, vel morbo, vel etiam morte corporali. Sed quia tanti peccati, abuſus ſcilicet cœnæ, & propoſiti ſceleris proditionis Domini, eum non pœnituit: ruit in deſperationem: ſibijpſi horribilem interitum corporalem accerſiuit, ſeq́ præcipitauit in æternam condemnationẽ. Quanquam enim omnes, qui indignè Chriſtum ſumunt, hoc eſt, ſine pœnitentia ſeria, & vera in ipſum fide, propter hunc reatum, iudicium, ſeu* παιδείαν σωματικὴν *incurrunt: & rei ſunt præterea perpetuæ condemnationis: tamen, quicunq; hoc agnito peccato, pœnitentia acta, & vera in Chriſtum fide, conuertuntur ad caſtigantem, & iudicantem Dominum: ij ab æterna pœna liberantur, & redeunt in gratiam, propter ipſum Dominum, quem contumelia affecerant. Omne enim peccatum commiſſum aduerſus Filium hominis, pœnitentiam agenti, condo-*

*Signum hoc eſt ſed non abſentis Iudæ.*

*Duo Chriſti ſunt officia, ſeruare, & cõdemnare.*

Iudas proditor Chriſti integrum percepit ſacramentum.

condonatur. At qui peccat in Spiritum Sanctum, vt Iudas fecit: huic peccatum illud nunquam remittitur. Et quoniam in hunc locum pertracti ſumus: deinceps ſubijciemus, in ſtudioſorum gratiam, teſtimonia quædam piæ, & eruditæ vetuſtatis: quibus probatur, Iudam, quia vera, viuaq; fide caruit (mortua enim præditus ſolum fuit) non ſpiritualiter ad ſalutem: ſed corporaliter, nimirum ore corporeo, Chriſti & corpus, & ſanguinem percepiſſe. Ex quo conficietur: in cœna Domini, carnem, & ſanguinē eius, propriè ſumi ORE, non fide. Quæ enim ore fit, in hoc myſterio, ſacramētalis dicitur mãducatio: q̃ fide tantũ, extra myſticam hanc cœnæ actionem, ſpiritualis.

Status repetitio.

## Chryſoſtomus in Matth. Homelia 83.

O cœcitatem proditoris: qui cum ineffabilibus myſterijs communicaſſet: idem permanſit: & diuina menſa ſuſceptus: in melius commutari noluit. Quod Lucas ſignificauit, dicens: quia poſt hoc Sathanas introiuit: non quòd Dominicum corpus deſpiceret: ſed quia proditoris ſtoliditatem deridebat.

## Idem in caput 11. Epiſt. 1. ad Cor.

Proditor cum Chriſto, & cæteris Diſcipulis diſcubuit. Chriſtus proditorem à cœna non depulit, quin illi cibos obtulit: & diuinorum munerum participem effecit.

## Auguſtinus ad fratres in Eremo. Sermone 38.

Nec putandum eſt: quòd Iudas tunc CORPVS CHRISTI ſumpſiſſet: quia iam Deminus OMNES diſcipulos communicauerat: & Iudam, ſicut Lucas euidenter oſtendit: panem tamen intinctum Dominus diſcipulo porrigere voluit: vt cor intinctũ veneno ſignificaret. Et poſt buccellam intrauit in eum Satanas. Nunquid Satanas iam ante cor eius intrauerat? Omnino, fratres, ante buccellã cor Iudæ intrauerat: ſed effectu, & voluntate tantum. Sed poſt buccellam intrauit Satanas effectu, & opere. Tamen bona fuit buccella: quam Chriſtus diſcipulo dedit: bonum etiam Sacramentum: quod ei tribuit. Sed aliquando bona obſunt: & mala quoq; proſunt. CORPVS enim Domini, quod bonum eſt, malis malum eſt.

Dominus Iudæ buccellã dedit: eidemq; Sacramētum, ſeu corpus, & ſanguinem ſuum tribuit.

## Idem, Tomo 8. Enarrat. in Pſal. 10.

Quid vobis fecit Chriſtus: qui traditorem ſuum, tanta patientia pertulit: vt ei primam Euchariſtiam confectam manibus ſuis, & ore ſuo commendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet?

## Tom. 7. lib. 2. contra literas Petiliani cap. 47.

Non dicunt iſta, niſi qui de menſa Domini vitam ſumunt: ſicut Petrus: non iudicium: ſicut Iudas. Et tamen ipſa (menſa Domini) vtriq; vna fuit. Sed non vtriq; valuit ad vnum. quia ipſi non erant vnum.

Et,

Non dicunt iſta: niſi qui calicem Domini in vitam æternam, mutata mente, ſuſcipiunt: non qui iudicium ſibi manducant, & bibunt. Sicut Apoſtolus ait. Et tamen vtriſq; non vni calix ille vnus eſt, inebrians ad capeſcenda cœleſtia Martyres: non ad funeſtanda præcipitia circumcelliones. Memento ergò Sacramentis Dei nihil obeſſe mores malorum hominum: quò illa vel omnino non ſint: vel minus ſancta ſint. Sed ipſis malis hominibus: vt hæc habeant ad teſtimonium damnationis: non ad adiutorium ſanitatis.

## Contra Creſconium Grammat. lib. 1. cap. 25. tomo 7.

Nonne idem Apoſtolus docet: etiã hoc pernicioſum malè vtentib. fieri? Ait enim: Quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & ſanguinis Domini. Ecce, quemadmodũ obſunt diuina, & ſancta malè vtentibus.

## Idē, in Ioan. cap. 1. Tract. 6. tom. 9.

Et ſancta poſſunt obeſſe. In bonis enim ſancta ad ſalutem inſunt: in malis ad iudicium. Certè enim fratres, nouimus, quid accipiamus: & vtiq; ſanctum eſt, quod accipimus, & nemo dicit, non eſſe ſanctum. Et, Quid ait Apoſtolus? Qui manducat, & bibit indignè, &c. Non ait, quia res illa mala eſt: ſed quia ille malus malè accipiendo, ad iudicium accipit bonum, quod accipit. Num enim mala erat buccella, quæ tradita eſt Iudæ à Domino? Abſit. Medicus non daret venenum. SALVTEM medicus dedit. Sed indignè accipiendo, ad perniciem accepit: quia non pacatus accepit.

# DE TROPIS, SEV MODIS,

Lib. 9. contra Fulgentium Donatiſtam Tom. 7.

*Sicut qui manducat, & bibit ſanguinẽ Domini indignè: iudicium ſibi manducat, & bibit. Sic & qui accipit indignè baptiſma: ad iudiciũ accipit, nõ ad ſalutem. Nam & Iudas proditor* BONVM CORPVS, *& Simon Magus bonum baptiſma Chriſti percepit. Sed quia bono benè non ſunt vſi: mali, malè vtendo, deleti ſunt. Bonum eſt baptiſma, bonum eſt Chriſti corpus, & ſanguis: bona eſt lex: ſed ſi quis ea legitimè vtatur.*

Ex libro contra Donatiſtas, poſt collationem, cap. 6. tom. 7.

*Nõ habent boni cum malis partem, nec in pœna criminis: nec in præmio pietatis. Quæ enim pars fidelium cum infideli? Et, cum intra eadem retia, donec ad littus perueniat,* PARITER DIVINA SACRAMENTA *percipiant: iſti ſociantur: illi diſſociantur: iſti conſonant: illi diſſonant: iſti habent partem cum miſericordia: illi cum iudicio. quoniam miſericordiam, & iudiciũ cantat Eccleſia Domino: & qui manducat indignè: iudicium ſibi manducat, nõ alteri. De ipſo quippe pane, & de ipſa Dominica manu, & Iudas partem, & Petrus accepit: & tamen quæ ſocietas, & quæ conſonantia, quæ pars Petro, cum Iuda?*

Ibidem.

*Cum boni, & mali idem verbum Dei ſimul audiunt: & ſimul Sacramenta Dei percipiunt: & tamen habent diſſimiles actuum ſuorum cauſas: & diſſimiles gerunt voluntatis diuerſitate perſonas:* EVNDEM CIBVM SANCTVM *alijs manducantibus dignè, alijs indignè: nec cauſa cauſæ, nec perſona perſonæ præiudicat.*

Idem Auguſt. de baptiſmo contra Donat. lib. 5. cap. 8. tom. 7.

*Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, ſed malè accipiendo, locum in ſe Diabolo præbuit: ſic indignè quiſquis ſumens Dominicum ſacramentum, non efficit: vt quia ipſe malus eſt, malum ſit: aut, quia non ad ſalutem accipit, nihil acceperit.* CORPVS *enim Domini, & ſanguis Domini nihilominus erat etiam illis: quibus dicebat Apoſtolus: Qui manducat indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.*

Tomo 7. de baptiſmo, contra Donatiſtas, lib. 7.

*Salus propria eſt bonis. Sacramenta verò communia, & bonis, & malis.*

Idem epiſtola 163. Tomo 2. lib. epiſtolarum.

*Traditorem ſuum, qui iam precium acceperat eius, vſq; ad vltimum pacis oſculum, inter innocentes, ſecum eſſe perpeſſus eſt. Quibus non tacuit eſſe inter illos tanti ſceleris hominem: & tamen primum Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui, nondum* ILLO EXCLVSO, *communiter* OMNIBVS *dedit.*

Libro 2. contra Epiſt. Petiliani capite 37.

*Quis noſtrum dicit eſſe participationem iuſtitiæ, cum iniquitate? etiamſi iuſtus, & iniquus, ſicut Iudas, & Petrus pariter Sacramenta communicent: Ex* VNA *quippe* RE SANCTA, *Iudas ſibi ſumebat iudicium: Petrus ſalutem.*

In Ioan. tract. 50.

*Qui aliquid de Eccleſia furatur: Iudæ proditori comparatur. Talis erat iſte Iudas: & cum ſanctis diſcipulis vndecim, intrabat, & exibat: ad ipſam* COENAM *Dominicam pariter acceſſit: conuerſari cũ eis potuit. De* VNO PANE, *& Petrus, & Iudas accepit: & tamen quæ pars fideli, cum infideli? Petrus enim accepit ad vitam: Iudas ad mortem. Quomodo enim ille odor bonus, ſic ille* CIBVS BONVS. *Sicut ergo odor bonus, ita cibus bonus bonos viuificat: malos mortificat. Qui enim manducat indignè: iudicium ſibi manducat.*

*Idem ſcribit Theodoretus in enarratione epiſt. ad Corinth. Non ſolum, inquit, vndecim Apoſtolis, ſed etiam Iudæ proditori precioſum corpus & ſanguinem impertijt.*

Idem Tomo 7. de Baptiſ. contra Donatiſt. lib. 3. cap. 14.

*Dicit Apoſtolus: Chriſto bonus odor ſumus Deo, in omni loco: & tamen in ijs, qui ſalui fiunt, inquit: & in ijs, qui pereunt: alijs quidem odor vitæ, in vitam: alijs autem odor mortis in mortem. Quod etſi de alia re dixit: ad hoc ego poſui: vt intelligatur ali-*

tur ali-

*gatur aliquod bonum, nō ſolum vitam poſſe operari benè vtentibus: ſed etiam mortem, malè vtentibus. Nec intreſt, cum de* SACRAMENTI INTEGRITATE, *& ſanctitate tractatur: quid credat: & quali fide imbutus ſit ille, qui accipit Sacramentum. Intereſt quidem pluriūm ad ſalutis viam: ſed ad Sacramenti quæſtionem nihil intereſt. Fieri enim poteſt vt homo integrum habeat ſacramentum: & peruerſam fidem. Sicut fieri poteſt: vt integra teneat verba ſymboli: & tamen non rectè credat, ſiue de ipſa* TRINITATE, *ſiue de reſurrectione, vel aliquid aliud.*

Idem libro ſentent. cap. 339 habe-
*tur autem locus de conſecrat di-
ſtinct. 2. c. Quid eſt.*

*Quid eſt Chriſtum manducare? Non eſt hoc ſolū: in* SACRAMENTO CORPVS *eius accipere (multi enim indignè accipiunt) ſed in ipſo manere: & hæere ipſum in ſe manentem.*

Idem tomo 10, ſerm. 11. de verbis
*Domini in Matth. & Ioan.*

*Illud etiam quòd ait: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo: quomodo intellecturi ſumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere: de quibus dicit Apoſtolus, quòd iudicium ſibi manducent & bibant: cum* IPSAM CARNEM *manducent, &* IPSVM SANGVINEM *bibant? Nūquid & Iudas magiſtri venditor, & traditor impius, quamuis primum ipſis manibus eius confectum ſacramentū carnis, & ſanguinis eius, cum cæteris Diſcipulis, ſicut apertius Lucas Euangeliſt declarat, manducaret, & biberet, manſit in Chriſto, & Chriſtus in eo? Multi atq;, qui vel corde ficto, carnem illam manducant, & ſanguinem bibunt, vel cum manducauerunt, & biberunt, apoſtatæ fiunt, nunquid manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed profectò eſt* QVIDAM MODVS MANDVCANDI *illam carnem, bibendi illum ſanguinem: quo modo qui manducauerit, & biberit, in Chriſto manet, & Chriſtus in eo. Non ergo, quocunq; modo quiſq; manducauerit carnem Chriſti manet in Chriſto, & in illo Chriſtus: ſed certo quodam modo: quem modum vtiq; ſe videbat: quando iſta dicebat.*

*Non igitur ſolum pij manducant corpus, & bibunt ſanguinem Chriſti in cœna Domini: ſed impij etiam, atq; hypocritæ. Et quia fide vera deſtituuntur:* ORE *corporis ſumunt Chriſti carnem, & ſanguinē. quæ ſumptio propria eſt huius Sacramenti. Rectè igitur idem Auguſtinus, contra Donatiſtas, poſt collat.* BONI, *&* MALI, *ſimul manducant, & bibunt corpus, & ſanguinem Domini: ſed cum magna diſtinctione. Et contra literas Petiliani: Quid eſt autē, inquit, dementius: quàm ſacramentis Domini communicare: & verbis Domini non communicare? Hi vtiq; dicturi ſunt: In nomine tuo manducauimus, & bibimus: & audituri: Non noui vos.* QVI CORPVS EIVS, *&* SANGVINEM IN SACRAMENTO *manducant, & bibunt: & membra eius toto orbe diffuſa, in Euangelio nō agnoſcunt.*

*Ex his omnibus perſpicuum eſt: indignos, ſeu impios, atq; hypocritas, qui fidem veram ſimulant, eam autem non habent, ſed, ad ſummum, hiſtoricam, ad cœnæ communionem adferunt, manducare corpus, & ſanguinem Chriſti. Nam quòd nonnulli inter fidem iuſtificantem diſtinguunt: vt languida, aut minus attenta fide prædítos, inter indignos numerent: non dignum eſt vlla reſponſione. Omnes enim ita ſumus ὀλιγόπιστοι: vt nullus ſit, qui non orare continenter debeat: Domine adauge in me fidē. Vbi enim ſcintilla quaſi eſt veræ in Chriſtū fidei: ibi neceſſe eſt: vt cor ſit καλὸν, probū, timore, & fiducia erga Deum præditum: quod cor ſanè contritum Deus non reijcit: ſed, propter Filium ſuum recipit. Eamq; ob cauſam is homo ſe probat: ac ſe, Chriſtiq; corpus dijudicat. Itaq; talis non ſolum Sacramentum integrum percipit: ſed rē quoq; ſacramēti: de qua loquitur appendix. Quod pro vobis traditur: Qui pro vobis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Nos autē non hîc loquimur de fructu cœnæ: ſed de eius victu, & potu, non de efficacia: ſed de ſubſtantia. Iam, ex ſuperioribus patet, Sacramentum integrum, ſymbola nimirū offerentia, & res oblatas accipi in cœna, propriè manducando, & bibendo (Iudas enim veræ fidei expers, corpus, & ſanguinem*

Chriſti corpus & ſanguis Ore carnali ſuſcipiuntur.

nem ſumpſit. Vnde ſequitur neceſſariò, hāc eſcam, atq; potum, ORE ſuſcipi corporeo. Hic mihi videor Sacramētarios iſta legentes fremere, & furere, non ſecus, atq; Ethnici olim aduerſus Chriſtianos fremebant: & nunc faciunt Iudæi, & Turcæ. Sed furentibus iſtis, & Capernaitis Iudæis, Turcis, & omnibus impijs oppono non ſolum gladium VERBI DEI, & SCVTVM fidei: ſed etiam piæ vetuſtatis autoritatem: qua iſtorum fremitum facile retundemus.

TESTIMONIA VETERVM Scriptorum Eccleſiaſticorum: quibus probatur, corpus, & ſanguinem Chriſti, ſumi in cœna ORE corporali.

AVGVSTINVS lib. 12. contra Fauſtum, cap. 9.

Mediatorem Dei, & hominum, hominem IESVM Chriſtum, carnem nobis ſuam manducandam, bibendumq; ſanguinem, dantem, fideli corde, atq; ORE ſuſcipimus.

Epiſtola 118.

Placuit Spiritui ſancto: vt in honorem tanti Sacramenti, in OS Chriſtiani prius Dominicum CORPVS intraret, quàm cæteri cibi.

Sermone de tempore 215.

Videte, fratres chariſſimi, ſi iuſtum eſt: vt ex ORE Chriſtianorum, VBI CORPVS Chriſti INGREDITVR, luxurioſum canticum, quaſi venenum Diaboli, proferatur.

CYPRIANVS Sermone de lapſis.

Sanctificata ORA cœleſtibus cibis, poſt corpus, & ſanguinem Domini, prophana contagia, & idolorum reliquias reſpuerūt.

CHRYSOSTOMVS in Matth. Homil. 59.

Quæ venia nobis dabitur: imò verò quæ ſupplicia non perpendemus: quando linguā noſtram, qua Dominicam deguſtauimus carnem, Diaboli ſponte linguam efficiemus.

Idem Homil. 6. in 1. Epiſt. ad Timoth.

Nihil amarum, nihil durum ea lingua proferat: quæ diuinis rebus aſſueta eſt: nihil ex illo ORE prodeat: quod DOMINICO CORPORE ſæpius ſaginatur.

In cap. 11. Epiſt. 1. ad Corinth.

Hæc facis, ea præſertim die: qua carnem eius, lingua contingere dignus effectus es. Et Vt hæc tibi non accidant: inſtrue dextam, linguam, & labia: quæ in te, ad INGIESSVM Chriſti, veluti veſtibula facta ſunt.

Homil. 11. ad populum.

Quomodo ſanctum ſuſcipiemus ſacrificium? quomodo mirabilibus communicabimus myſterijs, lingua illa, qua animam contamiuauerimus. Si nemo namq; purpuram regam manibus accipere inquinatis auderet, quomodo Dominicum corpus lingua poluta ſuſcipiemus?

Homil. 21.

Linguam cuſtodi à contumelioſis mundam, & turpibus verbis, blaſphemia, periurio, & alijs omnibus huiuſmodi. Etenim pernicioſum eſt, tam tremendis miniſtrantem myſterijs, linguam ſanguine tali purpuratam, ad conuitia, atq; contumelias, & ſimultates transferre.

In ſermone de Euchariſtia.

Reputate ſalutarem ſanguinem, quaſi è diuino, & impolluto latere effluere: & ita approximaintes, puris labijs accipite.

THEOPHYLACTVS in cap. 13. 2. Epiſt. ad Corinth.

Cum Dei nos ad templum præferimus: OS quidem, quod eſt huius templi veſtibulum, deoſculamur: per IDIPSVM prætereà CHRISTVS INGREDITVR: cum ſacroſanctum ſumitur corpus.

CYPRIANVS in ſermone de lapſis.

Alta, & erecta ceruix, nec quia cecidit, inflexa eſt. Tumens animus, & ſuperbus, nec quia victus eſt, fractus eſt. Iacens ſtantibus, & integris vulneratus minatur: & quòd non ſtatim Domini CORPVS, inquinatis manibus accipiat, aut ORE polluto, Domini SANGVINEM bibat, Sacerdotibus ſacrilegus iraſcitur.

Iterum Cyprianus in ſermone de lapſis.

Spretis his omnibus, atq; contemptis, vis infertur corpori eius, & ſanguini eius. Plus

modò

modò in Dominum, manibus, atq; ORE delinquunt: quàm cum Dominum negauerunt. &c. Supra enim locum inſequentem poſuimus.

AMBROSIVS ad Theodoſium Imperatorem, vt ſcribit Theodoretus lib. 5. cap. 18.

Quibus oculis aſpicies Domini templũ? quibus calcabis pedibus ſanctum illius pauimentum? quomodo manus extendes, de quibus adhuc ſanguis ſtillat iniuſtus? quomodo huiusmodi manibus ſuſcipies ſanctũ Domini corpus? qua temeritate ORE tuo poculum ſanguinis precioſi percipies: quando furore verborum tuorum, tantus iniuſtè eſt ſanguis effuſus?

Et iterum Theophylactus in 3. caput ad Coloſſenſes.

Apertè, veſtro ORE, dixit, id eſt, quod ex Dominici corporis communicatione, ſanctificatum eſt. Abſurdum itaq; vt OS illud ſermonis fœditate coinquinetur: quod Chriſtum ſuſcipit.

GREGORIVS lib. 4. Dialog.

Eius quippe caro ibi ſumitur: cuius ſanguis iam non in manus infidelium, ſed in ORA fidelium infunditur.

Idem Homil. 22. in Euang.

Quid namq; ſit ſanguis agni, iam non audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper vtrunq; poſtem ponitur. quando non ſolum ORE corporis, ſed etiam ore cordis hauritur.

LEO Papa in ſermone 6. de ieiunio.

Sic ſacræ menſæ communicare debetis: vt nihil prorſus de veritate corporis Domini, & ſanguinis ambigatis. Hoc enim ORE ſumitur: quod fide creditur.

Huc pertinent loca ſanctorum Patrũ: quibus oſtendunt, Chriſtum intra nos ſumi in cœna eius: nec animam tantum, ſed corpus etiam noſtrum, ad reſurrectionem mortuorum, & vitam æternam paſci carne, & potari ſanguine Domini.

*De effectibus ſumptionis integri ſacramenti.*

Chryſoſtomus Homilia 60. ad populum Antiochenum.

Quòd nunc dicunt: vellem ipſius formã aſpicere: figuram, veſtimenta, calciamenta. Ecce, eum vides: ipſum tangis, ipſum manducas: & tu quidem veſtimenta videre cupis. Ipſe verò tibi concedit, non tantum videre: verum & manducare, & tangere: & INTRA TE ſuſcipere.

Tertullianus lib. de reſurrectione carnis.

Caro corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur: vt & anima de Deo ſaginetur.

Irenæus lib. 4. cap. 44.

Quomodo autem rurſus dicunt: carnem in corruptionem deuenire: & non percipere vitam: quæ à corpore, & ſanguine Domini alitur? Quemadmodum qui eſt à terra panis, percipiens vocationem Dei, iam non communis panis eſt: ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſiſtens: ſic & corpora noſtra, percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia.

*Sumptione carnis, & ſanguinis Chriſti, confirmatur fides reſurrectionis.*

Idem libro 5.

Quomodo carnem negant capacem eſſe donationis Dei: quæ ſanguine, & corpore Chriſti nutritur?

Cyrillus lib. 4. in Ioann. cap. 13.

Quòd ſi ſolo tactu Chriſti, corrupta rédintegrantur: quomodo non viuemus: qui carnem illam guſtamus, & manducamus?

Hilarius in Pſalm. 127.

Menſa Domini eſt: ex qua cibum ſumimus, panis ſcilicet viui. Cuius eſt hæc virtus: vt ipſe viuens, eos quoq;, qui ſe accipiant, viuificet.

Idem lib. 8. de Trinitate.

Si verè verbum caro factum eſt: & nos verè Verbum carnem, cibo Dominico ſumimus: quomodo non NATVRALITER in nobis MANERE exiſtimandus eſt: qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit: & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis, ſub Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit. Ita enim omnes vnum ſumus: quòd & in Chriſto Pater eſt: & Chriſtus in nobis eſt. Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit: & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt: noſq; verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus: & per hoc vnum erimus: quia Pater eſt in eo: & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitas aſſeritur: cum naturalis, per Sacramentum proprietas, perfectæ ſit Sacramentum vnitatis?

Theophylactus, in cap. 6. Ioan.

Carnis Dominicæ, qui non fiunt participes:

# DE TROPIS, SEV MODIS,

*tipes: non erunt participes æternæ vitæ: eò quòd non ſuſceperunt* IESVM, *qui eſt vita æterna. Non enim nudi hominis caro eſt: quæ manducatur: ſed Dei: &* DEIFICARE *valet: vtpote contemperata Deitati.*

Cyrillus *lib. 3. in Ioan. cap. 37.*

*Quid igitur Chriſtus pollicetur: quid credentibus offert? corruptibile certè nullum: ſed benedictionem: quam communicatione corporis, & ſanguinis Chriſti aſſequimur. Vnde ad eam incorruptionem reducemur: vt cibo, & potu corporis non indigeamus. Viuificat .n. corpus Chriſti: & ad incorruptionem, ſui participatione reducit. Non enim alterius cuiuſdam: ſed ipſius* VITAE *corpus eſt.*

*Idem in cap. 26.*

*Suo corpore credentes, per communionem myſticam benedicens, & ſecum, & inter nos vnum corpus efficit.*

*Lib. 4. in Ioan. cap. 13.*

*Non poſſunt cum ſanctificatione beatæ vitæ fieri participes: qui, per myſticam benedictionem* IESVM *nō ſuſceperunt. Vita enim ſecundum naturam ille eſt: qui ex viuo patre genitus eſt: ſed non minus corpus ſuum quoq; viuificat. Coniunctum .n. ineffabiliter eſt Filio Dei: à quo vniuerſa viuificantur: idcirco corpus ſuum dicitur: & vnus cum eo eſt. Nempe poſt incarnationem vnus eſt: & vnus manet, abſq;* DIVISIONE *vlla: præterquā quòd Dei Patris Verbum, &* TEMPLVM *à virgine ſumptum, idem natura non ſunt. Non enim eiuſdem eſt ſubſtantiæ, à Verbo Dei homo aſſumptus: vnus tamen cum illo eſt, coniunctione ineffabili. Quoniam igitur ſalutaris caro* VERBO *Dei (quod naturaliter vita eſt) coniuncta, viuifica effecta eſt: quando* EVM COMEDIMVS, *tum* VITAM *habemus in* NOBIS, *illi coniuncti, quæ vita effecta eſt.*

*Υποστατικὴ in Chriſto ἕνωσις.*

*Lib. 4. in Ioan. cap. 17.*

*Si quis carnem, & ſanguinem Chriſti recipit: cum ipſo ita cōiungatur neceſſe eſt: vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. Sicut paululum fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio totum hominem, in ſeipſam attrahit: & ſua gratia replet. Et hoc modo Chriſtus in nobis manet: & nos in Chriſto. Verè enim totum fermentum in totam maſſam pertranſit.*

*Συσσωμάτωσις, qua incorporamur Chriſto capiti, membra, effectus dignæ participationis corporis, & ſanguinis eius. De quo effectu, ſeu fructu cœnæ, diſſentiunt à nobis Sacramentarij.*

*Cap. 26.*

*Suo corpore credentes, per communionem myſticam benedicens, & ſecum, & inter nos, vnum corpus efficit. Quis enim eos, qui vnius ſancti corporis vniōe vniti ſunt, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam ſi omnes vnū panem manducamus: vnum omnes corpus efficimur. Diuidi enim, ac ſeiungi Chriſtus non patitur. Idcirco etiam Eccleſia corpus Chriſti facta eſt: & nos ſinguli membra Chriſti, ſecundum Paulum. Vni enim Chriſto, per corpus ſuum, coniuncti, quoniam in nobis illum, qui eſt indiuiſibilis, accepimus, ipſi potius, quā nobis membra accommodantur.*

Chryſoſtomus *Homilia 83. in Matth.*

*Ipſum vides, ipſum tangis. Veniat in mentem tibi: quo ſis honore honoratus: qua menſa fruaris. Ea namq;* RE *alimur: quam angeli videntes, tremunt: nec abſq; pauore, propter fulgorem, qui inde reſilit, aſpicere poſſunt: & nos in* VNAM CVM ILLO MASSAM *reducimur: Facti Chriſti corpus vnum, & caro vna. Quis paſtor vnquam, membris ſuis, oues ſuas nutriuit? Ipſe proprio* CORPORE *nos alit: & ſibi coniungit, atq; coagmentat.*

*Singulis fidelibus, per hoc myſterium, ſe coniungit: & quos peperit, non alijs nutriendos tradit: ſed ipſe ſtudioſiſſimè alit.*

*Homil. 4 in Ioan.*

*Vt non ſolum, per dilectionem, ſed* RE IPSA *in illam carnem conuertamur, per cibum illum efficitur, quem nobis largitus eſt. Cum enim ſuum in nos amorem indicare vellet: per corpus ſuū, ſe nobis* COMMISCVIT, *& in vnum nobiſcum redegit: vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè eſt.*

*Ενωσις capitis, cum ſuis membris.*

*Homil. 60. ad populum.*

*Cogita, quali ſis inſignitus honore: quali menſa fruaris. Quod Angeli videntes horreſcunt: neq; liberè audent intueri, propter emicantem inde ſplendorem: hoc nos paſcimur: huic nos vnimur: & facti ſumus vnum Chriſti corpus, & vna caro. Quis paſtor, oues proprio paſcit cruore? Et quid dico paſtor? Matres multæ ſunt: quæ poſt*

partus

*partus dolores, filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipſe non eſt paſſus: ſed ipſe nos proprio* SANGVINE *paſcit: & per omnia nos ſibi coagmentat. Vnicuiq; fidelium ſemetipſum, per myſterium, commiſcet: & quos genuit, per ſemetipſum enutrit: nec alteri tradit.*

*Homil. 61.*

*Neceſſarium eſt, myſteriorum diſcere miraculum: quid tandē ſit: & quare ſit datum: & quæ rei vtilitas. Vnum corpus ſumus, & membra, ex carne eius, & oſſibus eius. Vt itaq; non tantum per charitatem hoc fiamus: verum & ipſam rem, in illam miſceamur carnem. Hoc per eſcam efficitur, quam largitus eſt: nobis volens oſtendere deſiderium, quod erga nos habet. Propterea ſemetipſum nobis immiſcuit: & corpus ſuum in nos contemperauit: vt vnum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum. Ardenter enim hoc amantium eſt. Hoc itaq; Iob inſinuans, dicebat de ſeruis: quibus erat ſupra modum deſiderabilis: quod deſiderium oſtendētes, dicebant: Quis dederit nobis ex carnibus eius impleri? Propterea quidem & Chriſtus id fecit: in maiorem nos inducens charitatem: & ſuum erga nos oſtendens deſiderium: non tantum ſe præbens cupientibus videndum: ſed & palpandum, &* COMEDENDVM, *& carni dentes infigere, & complicari, & omne deſiderium implere. Tanquam* LEONES *igitur* IGNEM SPIRANTES AB ILLA MENSA *recedamus: facti Diabolis terribiles: & caput noſtrum mente reuoluentes, & charitatem, quam nobis exhibuit. Nam parentes quidem alijs ſæpe filios tradunt alendos. Ego autem, inquit, non ita: ſed* CARNIBVS *meis alo: meipſum vobis appono, vos omnes generoſos eſſe volens: & bonas vobis prætendens de futuris expectationes. quippe, qui vobis hîc* MEIPSVM *trado, multò magis in futuro. Volui eſſe frater veſter: carnem, propter vos, & ſanguinem aſſumpſi. Vobis viciſſim ipſam carnem & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado.*

*Atq; hæc, ex infinitis Patrū locis, ſumpta locupletiſſima teſtimonia volui adijcere: quæ fide optima collegerunt, viri pio zelo ardentes, D. Ioachimus Vueſtphalus, & Doctor Tilemanus Heshuſius. Nam ex his ſtudioſi veritatis intelligent, carnem Chriſti nō ſolùm quia aſſumpta eſt à* VERBO *in vnam indiſſolubilem perſonam, plurimum prodeſſe: & quia pro mundi vita data eſt: verum etiam, quia nobis eadem, cum ſanguine Domini bibendo, in cœna eius, ore manducanda exhibetur, ac diſpenſatur. Quicquid enim Dominus in noſtrum commodum inſtituit: hoc non modò vtile, ſed etiam neceſſarium eſt nobis ad ſalutem. Itaq; εἰς κόρακας βαλλέτωσαν, Dipnoporthorum ἀλλοιώσεις, μεταφοραὶ, ὑπερβολαὶ, & μετωνυμίαι: quæ nullo negotio, ex ijs, quæ ſupra dicta ſunt, refutari poſſunt. Quamobrem non ſolum ridicula, ſed blaſphema quoq; eſt Zuinglij iſta enarratio dicti Ioannis 6.* CARO *non prodeſt quicquam. Is enim pſeudopropheta hîc carnem Chriſti intelligit. Sed copioſè refutatus eſt ille, à D. Martino Luthero, & ab alijs quibuſdam. Non enim inquit Dominus: αὕτη σάρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν: vt Zuinlius nugatur: ſed ἡ σάρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. Quod loquendi genus γραφικόν eſt, proprium Scripturæ: quæ per carnem noſtram, intelligit vitioſam, & corruptam hominū naturam. Itaq; carnalis cogitatio, & intelligentia, ἡ σαρκικὴ διάνοια, carnale ingenium, & carnales vires, nihil conducunt, ad veræ vitæ recuperationem. Quod enim ex carne natum eſt: caro eſt. Item, Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Spiritus autē ζωοποιεῖ, viuificat. Ex Spiritu enim Sancto oportet renaſci: vt veram vitam conſequamur. Nam carnalis Chriſti corporis, & ſanguinis laniena, eſus, & ingurgitatio, nihil confert ad vitā, qualem lacerationem, & in fruſta ſectionem Capernaitæ imaginabātur: quam & Zuingliani ſomniant, nobiſq; obijciunt. Sed quemadmodum ſpiritualis renaſcentia plurimum prodeſt: ita ſpiritualis manducatio, quæ ipſius fidei actus eſt, plurimū conducit: propterea quòd affert ſecum vitam æternā. Cum igitur caro hominis vitioſa nihil proſit: & verba Chriſti ſint vita, atq; ſpiritus (Vitam enim nobis in Euangelij prædicatione Aſſertor noſter offert, donatq; Spiritum ſanctum) neceſſe eſt, verba eius plurimùm prodeſſe. Itaq; & hæc tota concio, omneq;*

*Zuinglius mutat articulum, in pronomē demonſtratiuū.*

mneq́ verbum, & propterea cœnæ verba, & inſtitutio ſeruata, iuxta Chriſti mandatum, maximas adfert nobis commoditates. Quocirca Chriſti corpus, & ſanguis, iuxta verbum eius, manducata, & hauſta, ſummas apportat ſumentibus dignè, vtilitates. Iuxta illud, Hoc facite in mei recordationem. Item, quod corpus pro vobis traditur: qui ſanguis pro vobis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Quæ verba fide ſunt apprehendenda. Hæc eſt illa, de qua loquitur caput 6. Ioannis, ſpiritualis manducatio. Itaq́ verè, & eleganter Nonnus Paraphraſtes huius Euangeliſtæ, inquit:

Πνεῦμα πέλει ζωαρκὲς ὑπέρτερον· ἀλλογενὴς δὲ
Σαρκὸς ἐπιχθονίης βροτέη φύσις οὐδὲν ὀνήσει.
Μύθων δ᾽ ἡμετέρων ῥόος ἔνθεος οὓς ἀγορεύω,
Ζωὴ ὁμοῦ, καὶ πνεῦμα πέλει, καὶ ἐτήτυμος ὀμφή.

Id eſt,

Spiritus ſupernus eſt viuificans: alienigena autem
Carnis terreſtris mortalis natura nihil proderit.
Et verborū meorum, quæ annūcio, fluxus diuinus:
Vita ſimul, & ſpiritus eſt, & vera vox.

Sed reuertamur tandem eò: vnde digreſſi ſumus. Conſtat enim, in illa tota diſputatione Chriſti, quæ eſt Ioannis 6. capite, hæc verba, edere, bibere, & panis eſſe translata. Nihil enim Dominus ibi agit de ore corporeo, nihil de pane à piſtore cocto. Quæ cauſa eſt, vt Auguſtinus, etſi de ſacramētali manducatione, & potu corporis, & ſanguinis IESV CHRISTI rectè ſenſerit: tamē perperam locum illū ad corporalem ſumptionē retuliſſe: dum putat infantibus cœnā Domini ſtatim à baptiſmo porrigēdam eſſe. Ex quo colligitur, Auguſtinum, verba inſtitutionis cœnæ, propriè intellexiſſe: vt edere panem, qui eſt corpus Chriſti, ſit, illo teſte, ore corporeo, panem, qui eſt corpus Chriſti, intra ſe recipere: & bibere poculum, ſeu vinū, quod eſt & ſanguis Chriſti, ſit nihil aliud: quàm vinum, quod eſt ſanguis Chriſti, ſanguis nimirum noui teſtamenti, ore corporeo haurire. Putida igitur Sacramentariorum conſecutio eſt: verbum credendi, & bibendi, vocabulum item panis, interdum ſumuntur μεταφορικῶς. Ergo in cœnæ Dominicæ hiſtoria, translatè quoq́ ſunt accipienda. Non minus ſtolida eſt hæc, iſti ſimilis. Verbum bibere, & aqua, ſunt aliquādo modificata: quare, & in cœna Domini, & in baptiſmo translata ſunt. Ergo in baptiſmo non eſt adhibenda aqua: nec in cœna Domini, requiritur externa, & corporalis, quæ fit ore carnali, actio. Tollantur igitur ex Eccleſia, noui teſtamenti Sacramenta. Hæc enim quarto capite Ioannis leguntur, in colloquio Chriſti, cum muliere Samaritana, apud fontem. Si ſcires, inquit ad illam Dominus, donum Dei, & quis ſit, qui tibi dicit: Da mihi quod bibam: tu petiſſes ab eo: & dediſſet tibi AQVAM VIVAM. Item, Omnis qui bibit ex hac aqua: ſitiet iterum. Quiſquis autem BIBERIT ex AQVA, quam ego dabo ei: non SITIET in æternum. Sed AQVA, quam ego dabo ei: fiet in eo FONS AQVAE, ſalientis in vitam æternam.

*Eſaiæ 22. eædem ſunt translationes. Haurietis, inquit, aquas, in gaudio, de fontibus Saluatoris.*

Quis hic nō videt, translata eſſe verba à fonte, & aqua ea, quam ex illo hauriebat mulier? Eſt igitur aqua alia fontana, quæ reſtinguit ſitim corporis: alia eſt aqua viva, quæ animæ ſitim pellit: eaq́ eſt Euangelij doctrina, ipſeq́ Spiritus ſanctus, qui per verbi auditum credentibus donatur. Vtitur igitur comparatione ſuauiſſima: qua vtranq́ aquam diſtinguit. Explicatur verba μεταφορικὰ, κατ᾽ ἐπίθετα, & διορισμούς.

Dediſſet tibi aquam VIVAM.
Qui biberit ex aqua, QVAM ego dabo:
qui fiet illi fons aquæ SALIENTIS
in vitam æternam.

Fons etiam duplex eſt, alter ex qua Samaritana mulier aquam hauriebat: alter aquæ, quam Chriſtus daturus erat, ſalientis in vitam ſempiternam. Itaq́ bibitur illa aqua, cum ore hauritur: hæc cum in Chriſtum creditur. Sed ſitis illa reſtinguitur hauſta aqua: hæc ſedatur, cum cor acquieſcit promiſſionib. Filij Dei, nobis, in Euangelio, factis. Mox noua translatione, inter cibum diſtinguit. Nam interea, inquit Euangeliſta, rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi, Ede. Ille autem dixit: Ego CIBVM habeo edendum (βρῶσιν ἔχω φαγεῖν) quem vos neſcitis. Dicebant ergo inter ſe. Num quis attulit ei, quod ederet? Dicit ei Ieſus. Meus CIBVS eſt: vt faciam quod vult is, qui miſit me: & perficiam opus eius. Tum enim Chriſtus aſſertor humani generis, non eſuriebat cibum ventris: ſed

Sed vt ſupra ſitiebat, ita hic eſurit hominũ ſalutem: cuius rei ardens oſtendit ſuum deſiderium: quod omne eò ſpectat tantùm: vt ſua morte, atq; cruce peccatores redimat, ac ſaluet: quæ Patris ſui cœleſtis eſt benigna voluntas.

Quamobrem perſpicuæ ſunt in ſacris literis, non obſcuræ tranſlationes: & modificationes non reconditæ, ſed explicatæ.

Hactenus demonſtrauimus, quæ verba ſint, in cœnæ Dominicæ inſtitutione, propria, quæ tranſlata, quæ in his media. Oſtendimus etiam in illis propoſitionibus, Hoc eſt corpus meum, Hoc eſt ſanguis meus, neq; μεταφορὰν, neq; μετωνυμίαν rectè collocari: tametſi immutationem quandam habere videantur. Quod ſi dicendi illud genus non eſt tropicum: ſequitur neceſſariò, eſſe orationem, quæ verbis natiuis, vſitatis, proprieq; ſignificantibus, eſt confecta. Quamobrem ſententia, ἡ διάνοια, Chriſti nulla alia dari poteſt, ac debet: quàm ea, quam pariunt, gignuntq; eius perſpicua, planaq; verba. Panem, quem dedit ſuis diſcipulis manducandum, eſſe corpus illius: poculum epotum, eſſe eius ſanguinem, pro nobis effuſum: non conuerſione, aut μεταποιήσει illorum in hæc: ſed vtrorumq; copulatione, ſeu ἑνώσει. Nam Paulus Apoſtolus panem, quem frangimus, κοινωνίαν eſſe ſcribit, corporis Chriſti: poculum, cui benedicimus, κοινωνίαν ſanguinis Chriſti. Vtrunq; enim eſt quoddam veluti medium, ſeu ὄργανον, quo corpus, & ſanguis Domini diſpenſantur, & cum quibus ſumuntur manducando, & bibendo. Cur igitur non credimus manifeſto Dei verbo? Quia mundus ignorat ſcripturas, & virtutem Dei. Nam quòd Sacramentarij ἀντινομίας congerunt: quibus oſtendere conantur, hunc verborum τοῦ ῥητοῦ Chriſti, ſenſum, atq; διάνοιαν pugnare cum apertis locis ſcripturæ, & præcipuis articulis Chriſtianæ religionis: manifeſta calumnia eſt. Non enim quia iſtis videntur capita doctrinæ cœleſtis inter ſe pugnare: idcirco inter ſe verè pugnant. Hoc quidem iſti confidenter, vt alia affirmant: ſed id nullis, quod facere debebant, firmis docent argumentis: multò verò incertioribus, magisq; dubijs, quã id quod eſt in quæſtione. Quamobrem ſophiſticæ cauillationes iſtæ ſunt, quibus repetitur principium.

Sed iſtæ ἀντιλογίαι, ſunt à noſtris Theologis ſæpe refutatæ: ad quorum ſcripta ſtudioſos adoleſcentes remitto. Idem poſt D. Martinum Lutherum, D. Ioan. Brentiũ, Doctorem Tilemanum Heshuſium, & D. Ioachimum Vueſtphalum, copioſe præſtitit reuerendus, & clariſſimus vir, Doctor IOANNES MARBACHIVS, harum Eccleſiarum inſpector, gentilis, & compater meus, in eo commentario, quem hoc tempore, propter neceſſarias cauſas, in lucem edidit. Ac veteres Eccleſiaſtici Scriptores, vt commentum de tranſſubſtantiatione reijcerent: retinerentq; integrum Sacramentum: præſentiam videlicet corporis, & ſanguinis Chriſti, vnà cum pane, & vino, contra Berengarij hæreſin, vſi in explicando, & pro ſua libertate, ſunt particulis, IN, SVB, CVM. Idq; eodem ſenſu. Nam etſi τοπικῶς, ἢ περίγραπτον ἕνωσιν iſtæ voculæ ſonare videantur: tamen non ſenſerunt Patres, localiter Chriſtum elementis, vel ineſſe, vel ſubeſſe: ſed ideo ſic loqui voluerunt: vt non abeſſe à panis, viniq; manducatione & potu oſtenderent Chriſti corpus, & ſanguinem: ſed reuera, vt in eodem loco, quamuis non locali circumſcriptione, ADESSE præſentia corpus, & ſanguinem Domini, in vſu, ſeu manducando, & bibendo. Itaq; non ſunt vſi tantum præpoſitione, IN (pane, & vino) ne incluſionem artocreatiſticam aſſerere viderentur: ſed cæteris quoq;, SVB (pane, & vino) item, CVM (pane, & vino) Quibus loquendi formulis ſuam illi fidem de præſentia totius Chriſti in cœna, hic in terris, confiteri non dubitârunt. Imò vt de re oſtenderent ſe certos eſſe: ita hac promiſcua præpoſitionum vſurpatione, ingenuè confeſſi ſunt, modum præſentiæ ſe ignorare: quod & nos apertè fatemur. Nam modum negando oſtendimus: quòd non locali circumſcriptione, minus ſignorum conuerſione, adſint corpus, & ſanguis: at affirmando, modum, qui ſoli Deo cognitus, & poſſibilis eſt, indicare non poſſumus. Tetra igitur Zuinglianorum calumnia eſt: qui clamitant, D. Martinum Lutherum, & qui hunc ſequuntur, verbo Dei duce, & comitibus ſanctis Patribus, nõ ſolum excogitaſſe has voculas, ac phraſes: ſed eos etiam ſecum

De præpoſitionibus IN, SVB, CVM.

# DE TROPIS, SEV MODIS,

*in verborum Chriſti prima interpretatione, pugnare, & diſsidere: neq; certos eſſe in ſua ſententia. Nam ſi particulæ iſtæ localẽ præſentiam ſignificarent: eſſet ἐξήγησις ἀσύστατος: nec ſibi cõſtaret expoſitio. Nunc verò cum nullam circumſcriptam copulationem, impanationem, incluſionem, affixionem, conglutinationem, & deliteſcentiam his præpoſitionibus ſtatuant vel Patres, vel noſtri Theologi: ſed præſentiam duntaxat, cuius modus in hoc myſterio nobis abſconditus eſt, Chriſto ſoli ſapienti, & omnipotenti, probè notus: ſequitur, graui nos affici, à Caluiniſtis, iniuria: qui vociferantur, nos parùm nobis conſtare. Non enim, ſi de modo dubitamus: idcirco hæſitamus de rei veritate. Etenim τὸ ῥητὸν, vel contextum verborum cœnæ retinemus: vt eſt à Spiritu Sancto nobis traditus: dum panem, & vinũ, corpus, & ſanguinem agnoſcimus in cœna præſentia: & dum ipſam copulam, illas res connectentem, relinquimus in ſua propria vi, atq; poteſtate. Eruditæ, piæq; vetuſtatis explicationem etiam pròbamus: qui ὑπαρκτικὸν verbum enarrauerunt his particulis, quas ſuprà poſuimus. Expoſtulent igitur cum antiquis ſcriptoribus (quorum autoritate iactant ſuam cauſam niti) quòd illi ipſi hoc modo locuti ſint. Nulla enim in his eſt lis, atq; contentio. Corpus, & ſanguis Chriſti, ſunt in pane, & vino: eademq; ſunt ſub, aut cum pane, & vino. Nam in eiusmodi locutionibus omnis circumſcriptio excluditur: eamq; ob cauſam, nullam efficiunt ἀντίφασιν. At quomodo Sacramentarij, δὶς διὰ πασῶν, & è diametro, in verbis Chriſti torquendis, enarrandis, traijciendis, & excarnificandis, ſibi conſtent: & quam nullam, aut ἀσύστατον habeant συνέπειαν, alibi dicemus. Nam antiquitatis hîc teſtimonia recitabimus: vt appareat, & veterum ſententiam nos tueri, & receptam in Eccleſia explicationem ſequi: quemadmodum hoſtes Chriſti, in cœna præſentis, defendunt nouum dogma, ignotum veræ, & Catholicæ Eccleſiæ Chriſti: & nouas interpretationes excogitant: quæ nullam certã pariunt ſentẽtiam.*

### *IN.*

Auguſtinus *in ſermone ad Neophytos.*

*Hoc accipite* IN *pane: quod pependit in cruce. Et, Hoc accipite* IN *calice, quod eſt effuſum ex Chriſti latere.*

*Idem contra literas Petiliani.*

*Qui corpus, & ſanguinem* IN *Sacramento manducant, & bibunt: & membra eius toto orbe diffuſa, in Euangelio non agnoſcunt.*

Theophylactus *in caput 5. ad Hebræos.*

*In carne, & ſanguine Chriſti, nihil cruentũ, nihil corruptibile mens humana concipit. Sicut dicit Apoſtolus. Qui corpus Domini indignè manducat: iudicium ſibi manducat: ſed* VIVIFICATRICEM SVBSTANTIAM, *atq; ſalutarem* IN *pane, & vino: per quæ, ſi dignè ſumantur, nobis eſt peccatorum remiſsio, & regni Dei poſſeſsio collata.*

Chryſoſtomus *in ſermone de Euchariſtia.*

*Menſa myſterijs inſtructa eſt: & agnus Dei, pro te, immolatur: Sacerdos, pro te angitur: Seraphim aſtant: omnes incorporeæ virtutes, pro te, cum Sacerdote intercedũt: Sanguis* IN *cratere, in tuam purificationem, è immaculato latere, hauſtus eſt.*

*Idem in 1. ad Cor. Homil. 13.*

*Eorum autem verborum eiuſmodi eſt ſententia: Quod eſt* IN *calice: id eſt quod è latere fluxit: & illius ſumus participes.*

Theophylactus *idem repetit è Chryſoſtomo.*

*Quod dicit, eſt huiuſmodi: Hoc quod eſt* IN *calice: illud eſt, quod effluxit è latere Chriſti.*

Epiphanius *lib. 3.*

Καὶ βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος· ἡ δὲ δύναμις EN *αὐτῷ, εἰς ζωογόνησιν .i. Cibus quidem panis eſt: ſed* IN *eo eſt corpus Chriſti, quod viuificat. Diſertè, inquit,* IN *eo. Nondum enim orbis terrarũ vocabulum tranſſubſtantiationis audierat. Hunc locum citat Scriptum oblatum Friderico Electori Palatino, in comitijs Ratisbonenſibus, anno* XL. *cui ſubſcripſerunt Philippus Melanthon, Martinus Bucerus, & Ioan. Piſtorius.*

### *SVB.*

Hilarius *lib. 8. de Trinit.*

*Si verè Verbum caro factum eſt: & nos*

verè, Verbum carnem cibo Dominico ſumimus: quomodo non naturaliter in nobis manere exiſtimandus eſt: qui, & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit: & naturam carnis ſuæ, ad naturam æternitatis, SVB Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit. Ita enim omnes vnum ſumus: quòd & in Chriſto Pater eſt: & Chriſtus in nobis eſt.

Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit: & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt: noſq; verè SVB myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per hoc vnum erimus: quia Pater eſt in eo: & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitas aſſeritur: cum naturalis, per ſacramentum proprietas, perfectæ Sacramentum ſit vnitatis?

Cyprianus, *in ſermone de Cœna Domini.*

*Panem Angelorum* SVB *ſacramento manducamus* IN TERRIS, *eundem, ſine ſacramento, edimus in cœlis: non miniſterio corporali, ſæpe repetitis actionibus, ad eadem reuertentes: ſed conſummato ſacerdotio noſtro, erit, & permanebit perpetuò, implens nos, & reficiens nos, ſufficientia: qua proferetur palàm, abſq; vllis integumentis omnibus, conſpicabilis, ſummi præſentia ſacerdotis.*

Bernhardus *in concione, de Cœna Domini.*

*Videtur ſpecies panis, & vini: creditur autẽ ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti. Tria quippe in Sacramento* ALTARIS *attendere debes: ſpeciem panis, veritatem carnis, virtutem gratiæ ſpiritualis. Quod videmus, ſpecies eſt panis, & vini: quod* SVB *illa ſpecie credimus: verum eſt corpus, & verus ſanguis Chriſti: quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere.*

Ita veteres Scriptores oſtendere voluerunt præſentiã corporis, & ſanguinis Chriſti in cœna, ſeu manducatione panis, & vini potu. Si igitur hæc præſentia ſunt: vt ſunt præſentiſſima veſcentibus, & bibentibus: certè ſunt inter ſe coniuncta, atq; vnita. Quæ cauſa eſt, vt in noſtris Eccleſijs, quæ ſunt Auguſtanæ confeſſionis, ſic loquamur: corpus, & ſanguis Chriſti cum pane & vino verè, & ſubſtantialiter adſunt, diſtribuuntur, & ſumuntur à veſcentibus, & bibentibus. Sic enim habet ipſa confeſſio: De cœna Domini docent: quòd CVM pane, & vino, verè exhibeantur corpus, & ſanguis Chriſti, veſcentibus in cœna Domini. Apologia idem repetit: quòd in cœna Domini verè, & ſubſtantialiter adſint corpus, & ſanguis Chriſti: & verè exhibeantur CVM illis rebus, quæ videntur, pane, & vino, his, qui Sacramentum accipiunt.

## *DE PRÆDICATIONE, ſeu proloquendi ratione, in verbis cœnæ Domini.*

*Ex his, quæ dicta ſunt hactenus, omnibus perſpicuum eſt, Euchariſtiam, vt Irenæus ſcribit, conſtare duabus rebus, terrena, & cœleſti. quarum altera cernitur oculis: altera creditur mente. Eamq; ob cauſam propoſitionis ſubiectum eſt coniunctum, συμπεπλεγμένον, propter illarum ipſarum rerum, in vſu cœnæ, copulationem, & vnionem. Ac quoniam id quod cœleſte eſt, non videtur: idcirco per attributum, ſeu κατηγορούμενον explicatur, ſuoq; exprimitur nomine. vt ſciamus, non panem ſolum eſſe, quod nobis datur: nec vinum tantum: ſed etiam corpus eſſe præſens, ſanguinemq; præſentem Chriſti. Nam propoſitiones Filij Dei ſunt iſtæ:*

| 1. Subiectum duplex, propter ἕνωσιν. | 2. Copula. | 3. Prædicatum ſimplex, & vnum. |
| --- | --- | --- |
| Hoc, panis, quem videtis, & corpus, quod non cernitis. | EST | Corpus meum. |
| | Item, | |
| Hoc (poculum) quod videtis, & ſanguis meus, quẽ creditis, non cernitis. | EST | Sanguis meus, noui teſtamẽti, &c. |

*Ergo κατηγορία, ſeu prædicatio in his eſt partim, vt Scholaſtici, & Sophiſtæ loquuntur,* IDENTICA, *ἢ κατὰ τὴν ταυτότητα. Eſt enim τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ αὐτοῦ: propterea, quòd idem de eodẽ dicitur. Hoc*

## De Tropis, ſeu Modis in verbis Cœnæ.

*ſcilicet, corpus, vnitũ pani, & ſanguis meus, coniunctus cum vino, Eſt corpus, & ſanguis meus: partim non eſt identica. fit enim per diſparatas rerum formas: quæ abſolutè, & extra ἕνωσιν μυστικὴν, copulari affirmando non poſſunt: vt hoc (panis, & poculum, ſeu vinum) eſt corpus, & ſanguis meus: non quòd illa hæc ſint per ſe, ſuáque natura: ſed propter aliud, δι' ἄλλο, ſcilicet, propter id, quod ſibi vnitum habet, & quod offerunt, atq; exhibent. Vtrunq; enim rerũ genus vnũ quiddam eſt συνδέσμῳ, vnione ſacramentali: & vtrunq; ex ſententia verborum Chriſti, & Irenæi, catholicæq; Eccleſiæ, retinendum eſt. primùm contra Sophiſtas: qui in Papatu panem, & vinum annihilarunt, ſua μεταμορφώσει, vel tranſſubſtantiatione: deinde, contra Sacramentarios, Viglephum, Zuinglianos, & Caluiniſtas: qui panem, & vinum retinent adhuc, in ſuis concœnationibus, & ſympoſijs: corpus autem, & ſanguinem Chriſti relegant in remotiſſimum quoddam à terris, vbi cœna adminiſtratur, cœlum.*

*Sed de his copioſius aliâs, iuuante Chriſto. Reſtat .n. vt κατ' ἀντίθεσιν, Aduerſariorum falſas, & inter ſe δὶς διὰ πασῶν, atq; ex diametro repugnãtes interpretationes τοῦ ῥητοῦ inſtitutionis cœnæ Dominicæ, conſideremus: & quàm ἀσύστατοι, & abſurdæ ſint, demonſtremus.* (*Sibi non conſiſtentes.*) *Vt omnes videant, quantùm vertiginoſo Sacramentariorum ſpiritui ſit, in hac controuerſia, credendum. Nam quot ſunt Hydræ illius infernalis capita: tot etiam ſunt earum ſectarum interpretationes, atq; contextus. Nam alij Tutiſtæ nominati ſunt: alij Significatiſtæ (liceat enim mihi quoq; barbaris vti his vocabulis, in dogmate pernicioſo perſtringendo) alij Figuriſtæ, alij Metonymici, alij Nuncupatiſtæ, alij Anabatici, & catabatici, ſeu Enthuſiaſtæ.* (*Sacramentariorum ſchiſmata, ac ſectæ.*) *Adeò fœcundus eſt error, de Chriſti hominis, à cœna eius abſentia. Sed quia anguſtia temporis impedit: quò minus ſuperioribus hæc Antilogica poſſimus adijcere: & ipſa tractatio peculiarem ſcriptionem requirit: conſtitui, ſeparato, ab his Auguſtanæ confeſſionis, quam tabulis, propter ſtudioſos adoleſcentes, delineamus, libro, de Sacramentariorũ ſectis diſſerere. Hactenus enim de ſtatu cauſæ huius, & de genere verborum, atq; orationis, tantùm κατασκευαστικῶς: quod oſtendimus proprium, non translatum eſſe, in illis propoſitionibus:* HOC EST CORPVS MEVM: HOC EST SANGVIS MEVS. *Reliquum eſt: vt noſtram doctrinam, ex proprietate τοῦ ῥητοῦ τῆς διαθήκης cœnæ, affirmando, & confirmando, exponamus, atq; demonſtremus. Id quod primo quoq; tempore, Deo volente, in noſtris topicis, atq; analyticis faciemus. Ducemus enim* VERBVM *Chriſti, per omnes locos dialecticos: Notationem, Definitionem, Totum, Partes, Coniugata, Cauſas, Effecta, Coniuncta, Similia, Contraria, Repugnantia, Antecedentia, Conſequentia, & Teſtimonia. Vt fontes huius controuerſiæ, adoleſcentes certò cognoſcant. Et ex his ipſis locis argumenta κατασκευαστικὰ, καὶ ἀποδεικτικὰ (quibus vera ſententia, de totius Chriſti præſentia in cœna, hic in terris, defendetur, ac demonſtrabitur) ducturi ſumus. Oro autem Deum Patrem Domini noſtri* IESV CHRISTI: *vt ſuo Spiritu Sancto omnes errantes ducat in veritatis agnitionem: & nos in vera, de hoc doctrinæ capite, ſententia confirmet: cùm propter gloriam nominis ſui: tum propter afflictæ Eccleſiæ ſalutem. Amen.*

### Sermo tuus, Chriſte, veritas eſt.

### Deo ſoli gloria.

# INDEX LOCORVM PRÆCIPVOrum, maximeq; memorabilium, in hac prima Confeſsionis Auguſtanæ, & Tridentinarum parte.

ARTICVLVS PRIMVS, *de vnitate eſſentiæ diuinæ, & de Tribus perſonis. pagina* 2.
*Eiuſdem Apologia. pag.* 3.
*De eodem confeſsio Eccleſiarum Saxonicarum, & Vuirtembergenſium.* ibid.
*De S. Trinitate, èx Athanaſio. p.* 4.
*De Doctrina, ex confeſsione Saxonicarum Eccleſiarum. p.* 5.
*Quid ſit Deus, Quid perſona, Quomodo diſcernantur, & differant, Creare, gignere, naſci, & procedere.* 6.
SECVNDVS *Articulus, de peccato originis. pag.* 7. & 8.
*De hoc, Confeſsio Eccleſiarum Saxonic. & Vuirtemberg.* 9.
*De diſcrimine peccatorum, Confeſsio Eccleſiarum Saxon.* 10.
*Apologia huius articuli. p.* 13. 14. 15. 16. (17. & 18.
TERTIVS *Articulus, de* FILIO DEI INCARNATO. 19. & 20.
*Apologia illius: cum Symbolo Apoſtolorum, & Athanaſij.* 21.
*Symbolum Nicænum.* 22.
*Formula quædam confeſsionis fidei, quæ extat apud Epiphanium. p.* 23.
*Symbolum, ſeu Cantio Beati Ambroſij, & Auguſtini.* 24.
QVARTVS, QVINTVS, & SEXTVS *Articulus, de* IVSTIFICATIONE. 25.
*Quartus articulus.* 26.
*Idem ex veteri editione repetitus.* ibid.
*Quid Fides ſignificet.* 27.
QVINTVS *Articulus, de prædicatione pœnitentiæ, & remiſsionis peccatorum* VNIVERSALI. 29.
*Idē articulus repetitus ex veteri edit.* ibi.
SEXTVS *Articulus de Iuſtitia bonorum operum.* 30.
APOLOGIA *loci de Iuſtificatione.* 31.
*De Scripturæ diſtributione, & quottuplèx ſit Iuſtitia.* 33.
*Aduerſariorum de Iuſtificatione, & Iuſtitia, falſa doctrina.* 34.
*Iſtorum errorum reprehenſio.* 35.
*Antitheſis, quomodo noſtri ſentiant, de Iuſtitia rationis.* 37.
*De iuſtitia Euangelij, quod prædicat iuſtitiam fidei in Chriſtum.* 39.
*De fide iuſtificante, quid illa ſit, &c.* 41.
*Patres in veteri teſtamento, promiſsionem de Chriſto nouiſſe, & iuſtificatoś eſſe, per fidem.* 42.
*Quomodo contingat fides, & qualis ea ſit, & de modo regenerationis.* 43.
*Quòd ſola fides in Chriſtum iuſtificet.* 44.
*Probatur primùm* γραφικοῖς *argumentis quinq;.* 45.
*Deinde ſcripturæ teſtimonijs.* 48. 49.
*Poſtremò Patrum teſtimonijs.* 50.
*Refutatio Aduerſariorum, & Antitheſis. pagina* 51.
*De dilectione, & impletione legis, & quid de hac noſtri ſentiant, & de bonis operibus.* 53.
*Quomodo fiat dilectio: et quomodo Deo placeat.* 54.
*Quomodo Aduerſarij, & hypocritæ ſentiant de dilectione.* 55.
*Refutatio obiectionis Aduerſariorum.* 56.
*Quare Dilectio non iuſtificet, reſponſio conſtans quinq; argumentis.* 59.
*Reſponſio ad argumenta Aduerſariorum* γενική. 65. 66. 67. & 68.
*Reſponſio ad argumenta ſingula Aduerſariorum.* 69.
*Ad argumentum primum, 1. Cor. 13. Si omnem fidem habeam: dilectionem autem non. &c.* 70. 71. & 72.
*Confutatio ſecundi argumenti, ex 3. Coloſ. Caritas eſt vinculū dilectiōis.* 73. 74. 75.
*Refutatio tertij argumenti, 1. Pet. 3. Vniuerſa delicta tegit charitas.* 76. & 77.
*Confutatio quarti argumenti, èx Iacobì cap. 2.* 78. 79. & 80.
*Refutatio quinti argumenti, ex locis Danielis, Eſaiæ, Lucæ, & Matthæi.* 81, 82.
*Reprehenſio falſæ ſententiæ.* 83.
*Reſponſio ad ſeptimum argumentum, ductum èx Tobia.* 85. & 86.
*Reſponſio ad octauum argumentum.* 87.
*Refutatio noni argumēti ſcholaſtici.* 88. 89.
*Reſponſio ad argumentum, de merito condigni. p.* 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. (98. 99. 100. & 101.
*Scholarum Apophthegmata.* 102.

# GRÆCORVM QVORVNdam interpretatio.

Pagina 1. τὸν κατὰ τὴν φωνὴν προφορικὸν λόγον. Orationem, quæ voce effertur.

Pag. 16. ἡ ἀπόδειξις ἄτεχνος, probatio inartificialis. ἀδιάφορον, rem mediam, **ein mittel ding.**

Pag. 32. προοιμιαστικὰ, exordij loco præpoſita. Σύστασιν, commendationem: Ἀντίθεσιν, & διαβολὴν, oppoſitionē, & criminationem. Κατασκευαστικὰ, confirmantia. Ἀνασκευαστικὰ, refellentia.

Pag. 33. ἡ γραφὴ ἁγία, ſacræ, diuinæq́ literæ. δικαιοσύνη πίστεως, iuſtitia fidei. ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, quæ ex fide eſt iuſtitia.

Pag. 35. ἄτοπα, abſurda. Πελαγιανίζειν, colludere cum Pelagio.

Pag. 37. ἐπικρίσει ἀπολογικῇ, iudicio autoris ſubiecto, rationis loco. Δυνατοῦ, à poſſibili. θέσεις ψευδεῖς, propoſita, ſeu placita pontificiorum falſa.

Pag. 39. ἀποδεχομένη, accipiens.

Pag. 44. ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς, principium dimidium eſt totius. Heſiod. ἐν τοῖς ἔργοις, in operibus. ταυτοσήμαντα, idem ſignificantia.

Pag. 56. ἀπολογία ἐπεξεργαστικὴ, ratio expoſitionem ſuperiorem repetendo expoliens.

Pag. 65. ὁ δὲ ἄδικος λόγος, &c. Iniuſtus autem ſermo, in ſemetipſo ægrotans, ſapientibus indiget remedijs. Euripides.

Pag. 71. συλλογιστικὴ, conſtans argumentatione. τὴν διάνοιαν, ſententiam. τὸ μὴ προσδιωρισμένον, non additum, neq; expreſſum.

Pag. 75. πρότασις ἐκ τοῦ αἰσχροῦ, propoſitio, à turpi.

Pag. 78. ἀσαφὲς, καὶ ἄτοπον, καὶ μαχόμενον, obſcurum, abſurdum, & pugnans. κατὰ βίαιον, violatione, ſeu violenta refutatione. ἐκ τοῦ μὴ παραλειφθέντος, ex eo, quod non eſt omiſſum. ἐνεργοῦσαν, καὶ ζῶσαν, efficacem, & viuam. προσυλλογισμὸς, approbatio. πόρισμα, corrolarium, conſecutio.

Pag. 81. ἀξίωμα, ἢ ὑπόθεσις, principium, & regula generalis. ἐν τῇ ὑποφορᾷ, in obiectione. ἐκ τοῦ σαφοῦς, ex perſpicuo.

Pag. 82. ἀνακολούθως, non conſequenter.

Pag. 83. ἀντιθέσει νουθετικῇ, oppoſitione, cum admonitione. ὁμολογία, conceſſio. ἀφαίρεσις, remotio, vel correctio. κατασκευὴ, ratio. παρομολογία, ἢ συγχώρησις, conceſſio. κατασκευὴ μαρτυρώδης, probatio facta teſtimonijs.

Pag. 85. στοιχεῖον, principium, regula. ἀρχὴ αὐτόπιστος, principium, quod per ſe fidem meretur, cui contradici, vel opponi nihil poteſt, & quod non indiget approbationis.

Pag. 86. ἑρμηνεία κατ' ἀντίλεξιν, expoſitio, per verborum commutationem. καθαρισμοῦ, purgationis, mundationis.

Pag. 87. τὸ προσδιωρισμένον, additum. τὸ ῥητὸν, verba. τὴν διάνοιαν, ſententiam. ἡ πρότασις, propoſitio. ἡ προβολὴ τοῦ ῥητοῦ, expoſitio, vel recitatio verborū. ἡ ἐπίκρισις ἐκ τοῦ ἀκολούθου, adiudicatio, ex conſequente.

Pag. 88. πρότασις διαστάσει, propoſitio, per diſtinctionem.

Pag. 89. διαστολὴν, diſtinctionem.

Pag. 92. τοῦ ἀντιπίπτοντος, eius, quod obijci poterat.

Pag. 93. πορισματικῶς, conſequenter. εὖ παρακολουθήσει, optima conſecutione.

Pag. 94. ἀντιστρέφον, inuerſionem.

# LOCORVM ALIQVOT
## emendatior lectio.

*Pagina 17. In ἀντιθέσει, pro pœnam, lege pœnæ. pag. 21. In Symbolo Apoſtol. lege ποιητὴν, factorem. p. 24. pro δεόμεθα, lege δεόμεθα. p. 19. τὸ οἰκτιρμόν. p. 36. verſu 2. pro doctrina, lege doctrinæ. p. 39. ſub finē, lege, prædicat iuſtitiam fidei. p. 41. in membro* IIII. *Quoties* NOS *de fide loquimur. p. 43. in Anacephalæoſi Philippica, Et voluntas aſſentiens.) Intellige, iam à Deo, per Spiritum ſanctum impulſa. Tum enim non amplius eſt mortua, & ocioſa, vt prius: ſed eſt viuificata, & actuoſa. Nam Spiritus ſanctus in conuerſione, efficit, vt voluntas aſſentiatur verbo, ac promiſſioni, eiq; non repugnet. Agit enim ipſa per ſe nihil: ſed quaſi patitur, dum conuertitur. p. 53. ſub finem propè, lege: Sine Chriſto. p. 54. Pauli 1. Cor. 3. ſub finem. Coloſſ. 2. καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, & eſtis in illo completi. p. 61. Pſalmi,* CXXX. *p. 64. Statuendum eſt, quòd Sola fides principiò iuſtificet, & regeneret. p. 65. ἐν αὐτῷ. p. 66. verſu 2. delēdus eſt titulus, κακοζηλία hominū, &c. p. 70. Correctionē. p. 71. In fine, leg. Secūdæ. p. 76. συνδρομὴν. p. 86.* Επιφορὰ, *B. Conceditur, & admittitur. C. p. 87. προσδιορισμόν. p. 92. verſu 3. Num pariter. pa. 106. in margine, tolle, Inuocatio eius, Nā refertur ad ſuperiora: Harum maximarum, &c. p. 118. & 19. pro lagenæ, lege ſagenæ. pag. 123. ſub finem, pro nemine, lege malis. p. 128. pro ψευδεῖ, lege ψευδεῖς. p. 141. in collationibus, ἐν ταῖς λογίαις. p. 142. percurremus ſuis locis (ordo .n. &c. p. 151. πῶς ἔστι. 164. φάγετε. Ibid. in 2. parte cœnæ in Luca, ἡ καινὴ διαθήκη, ἐν τῷ αἵματι. & in Latina, nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: quod (poculum) pro vobis effunditur. Ibid. pro 20. Lucæ, lege 22. verſu vltimo, multiplex. pag. 166. ἔστι, & mox, αἵματος. In fine, ἐπαινέσω. ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. pag. 167. poſt illa verba: noui teſtamenti, adde, vel, hoc poculum nouum teſtamentum, in meo ſanguine: quod (poculum) pro vobis, &c. pa. 169. In Iuſtino martyre, ſub finem. Hic calix eſt ſanguis meus, & ſolis ipſis communicaſſe. Et paulò poſt: & potu corporis, & ſanguinis Chriſti fundamenta. Ex mox, in Camerario, verſu 6. ὥσπερ. p. 172. τὸ πόμα. In fine, pro deprecatio, prædicatio. p. 176. verſu 4. ac modum retinet. p. 177. pro Gigantum, lege Cyclopum. p. 178. vt in nobis maneat. p. 179. Actorum 17. p. 180. ſub finem. Et ex vtroq; procedit, &c. p. 181. verſu 3. ὁ κλίσας. 183. verſu vltimo. quo me ex faucibus. p. 185. Colum. 1. verſu 1. loquitur Dominus, Ioannis 14. p. 191. verſu 45. & plerumq; ſunt ambigua. p. 193. Col. 2 verſu 1. q̄ aliò referūtur. Paulò poſt. Nobis Lutheranis ergo ſubiectum eſt. Mox, Edite, hoc eſt corpus meum. p. 196. Col. 1. ſub finem, manducatio, & potus dicitur, & fruitio, &c. Colum. 2. verſu 33. fidei contemplationem. pag. 197. colum. 1. verſu 6. pro ſtantem, lege, iacentem. p. 200. ſeu ore animæ, quod fides eſt. colum. 2. περὶ τοῦ τοῦ χριστοῦ σώματος, καὶ αἵματος. verſu vltimo, à voluntate. p. 201. col. 1. verſu 26. ſanguis Chriſti, ſeu vino, &c. col. 2. verſ. 2. efficere. p. 202. colum. 2. verſu vltimo: vbiq; totus eſt diuinitate. p. 208. colum. 2. ſub finem, Panis enim Euchariſtiæ. p. 209. colum. 1. ſub finem, lege, idcirco illud verbum (hoc) eiusq; interpretatio. pag. 213. colum. 2. in fine, lege, fiat, vt tu dicis, per diuerſa. Et paulò poſt, hoc vinum. 216. colum. 2. ſub finem ἀντιστρέφον. p. 217. col. 1. verſu 14. canum. ſub finem, & contenti traductione. p. 224. col. 1. verſu 11. ἀγγέλου. p. 226. col. verſu 6. vſum fuiſſe interdum. verſu 9. προσευχῇ. p. 227. ſub finem. cum Manna cōponit. & mox, δεδομένῳ. p. 234. verſu 23. δείπνου. colum. 2. verſu 31. neq; iudicatus fuit. pag. 243. verſu 38. oſtenderunt.*

# FINIS.

Excuſum Argentorati, apud
Chriſtianum Mylium.
Anno 1565.

f. A. ligatur

sicut centaurum. Sed et in loco est que-
libet ubi est. hec autem est aut sursum
aut deorsum aut in aliqua distan-
tia. que sunt sex. horum autem unum-
quodque terminus aliquis est. Quod
igitur actu corpus non sit infinitum
simpliciter ex hiis manifestum est. Quod
autem quando non sit infinitum simpliciter
multa impossibilia accidunt manifestum.
temporis enim quoddam erit principium
et finis. et magnitudines non divi-
sibiles in magnitudines. et numerus
non erit infinitus. cum autem de-
terminatum sic videatur et neutrum
contingere ob hec videlicet et manifestum
quoniam sic quidem est. sic vero non est. dicitur
ergo aliud esse sicut potentia quid. aliud
sicut actu. et infinitum quidem est
appositione est et ablatione. magnitu-
do autem quod quidem secundum actum non sit
infinitum dictum est. divisione autem
est. non difficile est perimere athomos
lineas in athomos. relinquitur
potentia esse infinitum. Non oportet
autem potentia accipere infinitum sicut si pos-
sibile est hoc statuam esse, cum et erit
et hoc statua sit aliquid. manifestum
quod erit actu. sed quoniam multipliciter esse quemad-
modum dies est et agon eo quod semper est ali-
ud et aliud est sic, sic manifestum est.
et namque in hiis est et potentia et actu esse.

Olimpia enim est in eo quod possunt
agones fieri et in eo quod fiunt. Aliter a-
utem in tempore manifestum est infinitum
esse et in hominibus et in divisione magni-
tudinum. Omnino quidem sic est infinitum.
in semper aliud et aliud accipiendo
et acceptum quidem semper finitum esse
et semper aliud et aliud esse. Quare infi-
nitum non oportet accipere sicut hoc aliquid
ut hominem aut domum. sed sicut dies
dicitur et agon in quibus esse non sicut sub-
stantia quedam facta est. sed semper
in eo quod fit. aut in corruptione
finitum est. sed semper aliud et
aliud. sed in magnitudinibus
quidem permanente accepto hoc acci-
dit in hominibus autem et tempore cor-
ruptis hiis sic ut non deficere. Quod autem
est secundum appositionem idem quodam modo est
et ei quod est secundum divisionem. Infinitum
enim secundum appositionem fit econverso in finitum
enim divisum videtur in infini-
tum. in finitum appositum videtur ad
finitum. in finita enim magni-
tudine si accipiens aliquid definitum
faciat et accipiat eadem ratio-
ne non eandem aliquam magnitu-
dinem totam accipiens, non transi-
bit finitum. Si vero sic augmentet
rationem, ut quod semper eandem
accipe magnitudinem transibit

3857_8.